doctrinæ, & splendore venustissimi eloquij Chrysostomus cognominatus est: qui ex quo salutare baptismum accepisset, numquam omnino iurauit, neque aliquem iurare compulit, neque mentitus est, neque alicui vmquam maledixit, neque scurrilia locutus est, nec iocos admisit.

Lectio ix.

ILlud quoque mirabile de Chrysostomo S. Nilus ad Anastasiū hisce verbis refert: Ioannes Sacerdos admirandus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, immo vero totius Orbis splendor, vir animi perspicacis, omni fere tempore videbat Domum Domini refertam Angelorum cœtu, & tunc inprimis, cum diuinum & incruentum sacrificium offerebatur: quo quidem tempore, stupore & lætitia plenus, rem præcipuis amicis spiritualibus priuatim enarrauit: Cum cœpisset, inquit, Sacerdos sanctum sacrificium seu oblationem facere, plurimæ statim ex illis Virtutibus è cælo descendentes, stolis indutæ splendidissimis, nudis pedibus, intentis oculis pronæ altari, magno cum silentio ac reuerentia, quo ad venerandum illud mysterium expletum fuit, circumsteterunt. Deinde huc illuc singulæ per totam Domum diffusæ, Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus distributionem corporis & pretiosi sanguinis ministrantibus adhæserunt, satagentes, & sedulo adiuuantes.]

Die xxviij. Ianuarij.

IN FESTO S. AGNETIS secund[o. T]res Lectiones.

Oratio.

D[eus], qui nos annua beatæ Agne[tis] [V]irginis & martyris tuæ solem[nita]tas: da quæsumus, vt [quam] [ven]eramur offic[io], etiam piæ conuers[...]

Ex regesta apud S. Ambrosium Lib. 4. Epist. 34. & ex Rom. Breuiario.]

Lectio iij.

BEata Agnes, parentibus ad eius sepulchrum assidue vigilantibus, quadam nocte choro virginum comitata cū apparuisset, sic ad eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuam lugeatis: nam vnà cum his virginibus viuo apud illum in cælis, quem in terris tota mente dilexi. Cum aliquot post annos Constantia, Constantini Imperatoris filia, insanabili vlceri medicinam quærens, nondum Christiana ad idem sepulchrum accessisset: obdormiscens sibi audire visa est vocem hanc Agnetis: Constanter age Constantia: crede in Iesum Christū Filium Dei, qui te sanam faciet. Quæ sanata, paulo post vnà cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiēs, ibi Ecclesiam nomine beatæ Agnetis ædificauit.

Die xxix. Ianuarij.

IN FESTO S. PAVLI primi Eremitæ. Tres Lectiones.

Oratio.

DEus, qui nos beati Pauli confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum Iesum Christū Filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ex Actis eius à S. Hieronymo conscriptis, & Romano Breuiario.

Lectio j.

PAulus, Eremitarum auctor & ma[gister] [...] [inf]eriorem Thebaidem na[tus] [...] [cum] esset annorum [...] [...] qui postea de[...] [...]nis Decij

gentem, in similitudinem Iacob Patriarchæ, per quam homines in veste candida ascendebant, & descendebant, per visum conspexit, eoque Camaldulenses monachos, quorum instituti auctor fuit, designari mirabiliter agnouit. Denique cum annos centum & viginti ageret, & centum ipsos in summa vitæ asperitate Deo seruisset, ad eum migrauit anno salutis millesimo vigesimo septimo. Eius corpus quinquennio postquàm sepultũ fuit, integrum est repertum.

Die ix. Februarij.

IN FESTO S. APOLLONIÆ Virg. & mart. Tres Lectiones.

Oratio.

DEus qui nos annua beatæ Apolloniæ virginis & martyris tuæ solemnitate lætificas: da vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum.

Ex Epistola S. Dionysii Episcopi Alexandrini ad Fabium Episcopum Antiochenum, & ex Rom. Breuiario.

Lectio ij.

APollonia virgo Alexandrina, vno anno ante exortam Decij persecutionẽ Alexandriæ gloriosum pro Christo martyrium consummauit. Cum enim ingrauescente iam ætate ad idola sisteretur, vt eis venerationem adhiberet: illis contemptis, Iesum Christum verum Deum colendum esse prædicabat. Quamobrem omnes ei contusi sunt & euulsi dentes: ac nisi Christum detestata deos coleret, accenso rogo, combusturos viuam minati sunt impij carnifices.

Lectio iij.

QVibus illa, se quãuis mortem pro Iesu Christi fide subituram, respondit. Itaque comprehensa vt combureretur, cum paulisper, quasi deliberans quid agendum esset, stetisset, ex illorum [illegible] tus accensa, se iniecit. Vnde, breui cõsumpto corpore, purissimus spiritus in cælũ ad sempiternã martyrij coronã euolauit.

Die x. Februarij.

IN FESTO S. SCHOLASTICÆ Virg. Tres Lectiones. in Vesp. & Matut. Hym. Huius obtentu. ℟℟. iij. Noctur. de Communi vnius Virg. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Scholasticæ virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominũ.

Ex Libro Dialogorũ S. Gregorij Papæ.

Lib. 2. Dialogor. c. 33.

Lectio ij.

SOror sancti Benedicti Scholastica nomine, omnipotẽti Domino ab ipso infantiæ tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueuerat. Ad quam vir Dei non longe extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam vero die, cum inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, beata Scholastica rogauit fratrem, vt etiam per illam noctem ibi maneret, ad colloquendum de cęlestis vitæ gaudijs Quod cum ille negasset: ipsa insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus Dominũ rogatura declinauit.

Lectio iij.

CVmq. de mensa leuaret caput, tãta coruscationis & tonitrui virtus, tantaq. inundatio pluuiæ erupit, vt venerabilis Benedictus extra loci limen, quo consederat, pedem mouere nõ potuerit. Sicq. factum est, vt totam noctem peruigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent. Cumq. die altero eadem venerabilis femina ad cellam propriã recessisset, vir Dei ad monasterium redijt. Cũ ecce post triduum in cella consistẽs, ele- [illegible]

gentem, in similitudinem Iacob Patriarchæ, per quam homines in veste candida ascendebant, & descendebant, per visum conspexit, eoque Camaldulenses monachos, quorum instituti auctor fuit, designari mirabiliter agnouit. Denique cum annos centum & viginti ageret, & centum ipsos in summa vitæ asperitate Deo seruisset, ad eum migrauit anno salutis millesimo vigesimo septimo. Eius corpus quinquennio postquàm sepultũ fuit, integrum est repertum.

Die ix. Februarij.

IN FESTO S. APOLLONIÆ Virg. & mart. Tres Lectiones.

Oratio.

DEus qui nos annua beatæ Apolloniæ virginis & martyris tuæ solemnitate lætificas: da vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum.

Ex Epistola S. Dionysii Episcopi Alexandrini ad Fabium Episcopum Antiochenum, & ex Rom. Breuiario.

Lectio ij.

APollonia virgo Alexandrina, vno anno ante exortam Decij persecutionẽ Alexandriæ gloriosum pro Christo martyrium consummauit. Cum enim ingrauescente iam ætate ad idola sisteretur, vt eis venerationem adhiberet: illis contemptis, Iesum Christum verum Deum colendum esse prædicabat. Quamobrem omnes ei contusi sunt & euulsi dentes: ac nisi Christum detestata deos coleret, accenso rogo, combusturos viuam minati sunt impij carnifices.

Lectio iij.

QVibus illa, se quãuis mortem pro Iesu Christi fide subituram, respondit. Itaque comprehensa vt combureretur, cum paulisper, quasi deliberans quid agendum esset, stetisset, ex illorum [...]tus accensa, se iniecit. Vnde, breui cõsumpto corpore, purissimus spiritus in cælũ ad sempiternã martyrij coronã euolauit.

Die x. Februarij.

IN FESTO S. SCHOLASTICÆ Virg. Tres Lectiones. in Vesp. & Matut. Hym. Huius obtentu. ℟℟. iij. Noctur. de Communi vnius Virg. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Scholasticæ virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominũ.

Ex Libro Dialogorũ S. Gregorij Papæ.

Lib. 2. Dialogor. c. 33.

Lectio ij.

SOror sancti Benedicti Scholastica nomine, omnipotẽti Domino ab ipso infantiæ tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueuerat. Ad quam vir Dei non longe extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam vero die, cum inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, beata Scholastica rogauit fratrem, vt etiam per illam noctem ibi maneret, ad colloquendum de cęlestis vitæ gaudijs Quod cum ille negasset: ipsa insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus Dominũ rogatura declinauit.

Lectio iii.

CVmq. de mensa leuaret caput, tãta coruscationis & tonitrui virtus, tantaq. inundatio pluuiæ erupit, vt venerabilis Benedictus extra loci limen, quo consederat, pedem mouere nõ potuerit. Sicq. factum est, vt totam noctem peruigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent. Cumq. die altero eadem venerabilis femina ad cellam propriã recessisset, vir Dei ad monasterium redijt. Cũ ecce post triduum in cella consistẽs, ele[...]

Marci Actii Plauti linguae latinae principis:

comoediae vigiti: viuis pene imaginibus recēs excultae. Nouissime ex collatiōe florētinae fidelioris ipressionis: et alioꝝ oium: q̄ inueniri potuerūt: affatim recognitae. Una cū luculētissimis cōmentarijs Bernardi Saraceni: Joānis Petri Uallae: et Pyladis brixiani. Nec nō obseruatiōibus Pij Bononiēsis: Agoleti et Grapaldi scholia: Anselmiq̄ epiphillidibꝰ. Adiecto insup eleganti idice nūc primū excogitato: qui oia grammaticalia oia subobscura vocabula: omnes fabulas et hystorias: et quaecq̄ digna cognitu: alphabetice demonstrat.

✠

Ocho. Reales

Lucas olchinensis canonicus Ioanni Mariæ de gabianis cremonensi salutem.

NATVRE quodam indissolubili nexu adeo deuincti sumus docte Ioannes Maria: ut uel eos: quos nũq̃ facie cognouerimus: ob eximias aĩ dotes: incredibili amore ꝓsequamur. Quo factũ est: ut cũ hisce diebus: uiginti Plauti comœdias: latini delitias eloquii: recognoueri: tu in primis ex oĩbus necessariis meis occurristi: de cuius moribus: doctrina: ꝓbitate: Andreas cremonẽsis mihi familiarissimus ꝑdicare non desinit: cui oẽs uigilias meas: quãtulecũq; sint: potissimũ dicarẽ. Id enĩ negocii quãto mihi labori fuerit: docte Ioãnes Maria: q iam pluribus ãnis præclarissimoꝝ uiroꝝ archana nosti: in armariolo pectoris euolue. Certꝫ utiq; scio: tibi exploratissimũ esse: q̃tum oẽs fere cõsumatissimi ætatis nostræ hoĩes in Plauto emẽdãndo ĩsudauerint: qbus iurgiis ĩter se cõtenderĩt: & adhuc sub iudice lis est: qsnam eoꝝ laudatissimã palmã cõsecutus sit. Ego uero oĩum ĩfimus: eoꝝ uestigia sectatus: ex collatione oĩum exẽplarium: q̃ inuenire potui: ꝓ captu meo multa restitui: distinxi: ãnotaui: ut ab oĩb⁹ bonaꝝ artiũ studiosis antiqssimus author emẽdatissimus hẽretur. Redegi ãt de industria in idem corpus: præter tñ oĩum opinionẽ: Georgii Vallæ: olim ꝑceptoris mei: eruditissima scripta: Bernardi Saraceni: & Pyladis brixiani copiosa cõmentaria: Pii Bononiensis eminẽtes obseruationes: Vgoleti: Grapaldiq; scholiã: & Anselmi epiphillides: ut quo qsq; armoꝝ gñe accinctus in aciẽ pugnaturus descẽderit: facile legẽtibus apperet. Nec tñ eo inficias: multa in hoc poemate: ob uenerandã uetustatẽ subobscura: Delio natatore ĩdĩgere: q̃plura desiderari: nonnulla uero adulterina: & subditicia: ꝓ ingenuis in Plautinã familiã esse recepta: quæ nihilominus cõsulto uiolare nolui: ne mihi studentiũ utilitati: ac cõmodo cõsulenti uitio uerteret̃: sed ut unusqsq;: qd de hoc asseuerandũ sit: ꝓ libito sñiam ferret: incõcussa reliq. Adieci insuꝑ multas in margine ãnotationes: cum ad grãmaticalia: & inuoluta uocabula: tũ etiam ad fabulas & hystorias plurimũ cõducẽtes. Postremo cõpendiosum indicẽ commẽtus sum: quo qcqd citatũ fuit: uno ictu oculi alphabetice demonstratur: & alia multa elucubraui: quæ longũ esset enumerare. Qua in re: nũc illud de Plauti comœdiis affirmare ausim: multo oĩum esse locupletissimas: q̃ quæ ad hũc usq; diẽ excussæ circũferunt̃: qđ cuiq; cognitu facillimũ erit: q hanc nr̃am nouissimam castigationẽ cum cæteris conferre uoluerit. Hæc igit̃ oĩa q̃lia q̃lia sint: mi Ioãnes Maria: in tuo noĩe ædita: tibi muneri mittimus: qa tibi ꝓpter ingenii ꝑspicaciã: mansuetudinẽ: eruditionẽ: eloquentiã: recteq; uiuendi normam: quibus te præditũ esse audio: sum amicissimus. Nec enĩ me latet: q̃ honestissima ꝓsapia originẽ trahas: quæq; nobilissima Cremonæ ciuitate ortus: educatusq; sis: quæ non solũ multoties: ꝓ bono: & æquo cõseruãdo: horrendas ꝑtulit calamitates: ueꝝ q̃nq; stirpitus euersa est. Taceo ĩfinitos oratores: poetas: medicos: philosophos: astrologos: ac iuris cæsarei illustres doctores: q ex ipsa tãq̃ ex equo troiano effluxere. Tu iccirco Ioannes Maria: Plautum optime castigatũ: ut soles oẽs doctos: liberali aĩo amplectere: q̃nq; etiã diligentius lege: ac quoties ipm in bibliotheca tua uideris: nomĩs nostri memor eris: nã faciei nequaq̃ poteris: cum nos a faciẽ hactenus nõ noris: quod aliqñ futurum confidimus: Vale.

PLAVTI Reptoriũ noviter excogitatum.

A

B

Q

Finis.

¶ Reuerendissimo in Christo patri Francisco Marcello Pontifici Tragurino Bernardus Saracenus. Venetus. S. P. D.

Castigationes in Plautum nostras: necnon Enarrationes præsul doctissime nobiscum cui potissimum dicaremus: cuius sincerum prudens ac doctum subiremus iudicium: animo aliq̃diu reputãtibus nobis occurrit nemo: quem apud nos tibi preferendum esse existimaremus: siue Marcellæ domus claritate multis anteferenda: siue sanctissimæ religionis nostræ obseruantia: siue doctrinæ eximiæ acerrimo iudicio: quæ omnia mẽtem meam prius pendulam confirmauerunt: stabiliuerunt. Vt minime dubitauerim tibi esse destinandas has lucubraciunculas in Plautinas comoedias longiusculo tempore perfectas. Quod domesticis curis: multisq; anxius solicitudinibus citius non potuerim q̃ ipse cupiebam transigere. Quæ si tibi placuerint uiro nostra hac ætate nõ liberali animo modo: & mentis magnitudine: ac religionis cultu: sed etiam doctrina eximia: ac propemodum singulari: non parũ me profecisse putauero: q̃q̃ sentio in re eiusmodi q̃ difficile sit laudem promereri plautinas polliceri castigationes: ubi tot non modo in uersa uerba & præpostere posita sunt. sed etiã tot uerba deficiant. Sed quid ego uerba memorem: cum nõ modo uersus dimidiati inueniantur: sed etiam desint integri: nec uersus modo: sed etiam Scænæ integræ: atq; adeo etiam dimidiatę Comoediæ iam perierint. Adde porro tantam poetæ rerum caliginem ob incognitam uetustatem. Vt Sisenna tantus inq̃ autor: & Varro q̃ undecunq; doctissimus est a doctissimis dictus: ne dum Donatus Seruius. & pleriq; alii grãmatici non parum inuigilauerint. ut nobis plautũ. ex incognito cognitum facerent. Quamobrem cum hæc ipse mecum reputarem ex ipsa prouinciæ mole merito perstiti dubius aliquandiu: num hoc onus mihi esse subeundũ censerẽ. E diuerso cum ex huius autoris cognitione perspicerem eximiam q̃dam multis emanaturam utilitatem: putaui labori minime parcens hoc onus non omittendum: ut si etiam quæ uoluerim omnia ipse mihi præstare nõ potuerim: probabile tamen uisum fuerit attentasse me priorem: aliquidq; modo inchoasse: quod alii fortasse perficiant. Videbũt ꝑ nos tamen eruditi plura mendosa ueræ lectioni reddita: in suam quęq; decuriam interlocutorum cohercitũ: qui prius nullo seruato ordine uagabatur: & deniq; non mediocrem præstitam fuisse a nobis diligentiam: ut Plautina lectio iuuaretur: Sales quoq; ac ioci: sensusq; iucũdissimi lepidissimi poetæ innotescerent. Quantum autem laboris in hoc impẽsum sit statim in fronte testatum uolumus. Nam ut quiuis noscere facilius queat quid mendosum. quid emendatum: emendandumue: prout cuiq; pro suo arbitratu id integrum reliquimus. Plautinas castigationes statim in ipso operis uestibulo locauimus. quæ (ni fallor) sunt omni ueritate ueriores. Pauculis dumtaxat exceptis: quæ non tam mendosa q̃ omnino cognitu difficillima ex antiquitatis Maiestate uisa sunt. Quę fortassis una cum aliis fuissent enodata: si uel in aliquẽ emendatum codicem incidissemus: uel nisi tumultuario magis q̃ accurato studio æditiones nostras modo ob nostrum hinc propediem discessum ad orientis partes maturaremus. Percurres igitur Pontifex reuerendissime has nostras cum Plauto lucubraciunculas (in re hac enim te hominem doctissimum: eloquentiæ studio ac laude eminentem: prudentia grauissimum: reliquisq; uirtutibus insignem iudicem mihi constituendum ratus sum) In quibus si quid recte dictũ uideris: non id mihi soli tribus contendo. Cum non ex mea sed eminentissimorum autorum sententia cuncta ferme protulerim. In qua re ne quidem ueterum etiam recentiorum quorundam: & eorum præsertim qui Plautinas delitias sectati sunt non puduit sententias sciscitari. Et in primis Georgii Vallæ uiri clarissimi: quem nostris temporibus bonorum disciplinarum omnium ęrarium dixerim: cuius censura nihil est grauius. Si quid autem minus ornatum: aut non omnino enucleatum compereris: aut forte in curia omissum (Non enim potest Lippus quantũ cõtendere Lynceus) uel ignoscas uel emendes: cæterosq; moneas ut si quam habent in nos feruidam mentem tegant. Qui si forte liuore agitati perstreperint: tua oratione compesces. Quamquam nihil moror ꝙ si quid boni factum fuerit bonis: inuideãt nõ boni. Hęc autem si tui accerrimi iudicii stabunt incudi: nullius formidabo Rhinocerotis nasum.

ℂ Bernardi Saraceni Veneti in Plautinas comœdias emendationes & enarrationes.

QVod ptinet ad Amphitryonis argumētum comœdiæ hoc est Mestoris & lysidices Pelopis filiæ Hippo/
thoe filia fuit:ex q̄ & Neptuno natus est Taphus:q Echinadibus iperauit isulis:easq̧ de suo noie pprosi/
q̧ Taphios noiauit paritérq̧ Teleboas a pr̄ia sua uñ uenerat teleba. Taphii aūt filius fuit Pterelas:quē
Neptunus bello isupabilē fecerat q̄ diu in capite comā gestaret aureā:quā ei attribuit Neptunus: Pterelæ
aūt filia fuit Comœtho:mares fuere filii Chromi⁹ Tyrānus: Ampolus: Cherſidamas: Mestor Eueres.
Helectrionis aūt q Mycenis regnabat cū Alexo uxore uel (si Diodoro credim⁹) cū Eurydice Pelopis fi/
lia fuit Alcmenę:filii uero Stratobates Gorgophon⁹ Philonom⁹ Celæneus & Lycinius Nothus ex Medea Phrygia mu/
liere. Inde eni uenit Mycenas Taphii itaq̧ piterq̧ Pterelæ filii Mycenaꝝ sibi q̄rentes iperiū:& helectrione nolente con/
cedere in agrū Mycenēsiū eruperūt:bouesq̧ sustulerūt & qcqd usq̄ obuiā fuit qd p̄dæ locū obtineret. Helectriōis aūt fi/
lii ppugnarūt: in eoq̧ prœlio multi utrinq̧ ceciderūt:helectriōis qdē filii oēs p̄ter Lycinium:pterelæ uero p̄ter euere;:
Abierūt Traphii p̄dā auferentes:quā deposuerūt apud regē Elinesiū Polixenū. Amphitryo aūt a Polixeno capiēs My
cenas abduxit Helectriō porro ulcisci cupiēs filioꝝ interitū. Amphitryoni filiā Alcmenā regnūq̧ pollicitus ē si aduer/
sū Teleboas ductitet exercitū:q in pterelā inuectus una cū Cephalo & Panopeo Taphios prius supare nō potuit q̄ Co/
mœtho pterelæ filia Amphitryōis amore capta e pr̄is capite aureā abscidit comā:deditq̧ Amphitryoni:quāobrē po
tius uictoria ē. Insularūq̧ iperiū Cephalo dedit:uñ cephalenæ sūt appellatę. Interi mortuo iā helectriōe dum bellū ge/
rit uxore Alcmena potit⁹ est. ſ; Iuppit amore captus Alcmenæ:eā absente uiro cōpressit:grauida igit & ex Amphitryo
ne & ex Ioue fuit:quāobrē geminos uno partu enixa ē Herculē & Iphiclū:cū diuersis tñ conceperit tpibus idq̧ adeo usi/
q̧ ueꝝ fuisse cōstat:ut & Aristoteles in libro de aialibus id memoriæ pdiderit:posseq̧ fieri cōtenderit. Plautina ergo fa/
bula hoc h; ut Iuppiter mutatus in formā Amphitryonis tātisper quoad redeat a legiōibus domū Amphityo cū Alc/
mena cubet Mercuriusq̧ sosię formā gerat Amphitryonis serui:& perinde sosiā Mercurius a foribus aduenientem ar/
cet:cogitq̧ ad Amphitryonē redire:& quę uiderit memorare:nec credit Amphitryo quę mēmorat sosias:q domū ue/
niens cū uxor paulo añ secessisse domo:eū arguat existimat uxorē stuprum cōmisisse:Iuppit Amphitryonis forma; su/
mens ab ædibus ipsū abigit iratus Amphitryo dū minitat cædem uxori & adultero & irrūpere in ædes studet:fragore
& crepitu tonitrus añ fores cōcidit nimia formidine correptus:inde leuatus & recreatus a Ioue est oblectatusq̧:qd Alc/
mena geminos fuisset enixa:qdq̧ cum Ioue partū diuisisset:hoc argumentū fabulę. ℂ Quod autem ad carmē pertinet
paucis aperiemus:comœdiaꝝ propemodū oium carmē certe iābicum est:sed cū iambici carminis innumerabiles sint
species utūtur comici in prologis quidā & argumētis iambico trimetro:ubi aūt ad concretationē sermonū deuenit ali/
quando tetrametro quādoq̧ ēt pentametro. Trimetrum quidem appellatur carmen:quod senis concluditur pedibus:
quod breuitas iambi efficiat:ut duo pedes pro uno habeantur:unde Horatius. *Syllaba longa breui subiecta uocat iā/
bus:pes citus:unde etiā trimetris acrescere iussit nomē iambeis cum senos redderet ictus:ad tardandā iambi celeritate;
spondeus admissus est:ut idem Horatius. *Spondeos stabiles in iura pr̄na recepit*:& quoniā longa in breues resoluit re/
soluta iambi longa ēt tribrachus admittitur:resoluta spondei prima anapęstus:resoluta secūda dactilus:resolutis am/
babus proceleusmaticus. q̄re in iambico qdem carmine pedes admittuntur iambus pater:& ad tarditatem inuehen/
dam spondeus:ob resolutionē dactilus anapæstus proceleusmaticus & tribrachus. Pyrrhichius autem propter indif/
ferentem ultimam syllabam in fine recte collocatur. Ephestion uero de iambico locutus carmine: Iambicū inquit susci/
pit in regione impari hoc est prima tertia & quinta. Iambum Tribrachum *Spondeum* Dactilum Anapæstum: In pari
uero hoc est secunda quarta & sexta. Iambum Tribrachum & Anapæstum: hoc apud comicos perpetuo. at apud Iam
bographos:& Tragicos rariuscule. *Scason* autem in fine *Spondeum* pro Iambo quod Hipponacteum nominatur: alii
claudum appellant. Indifferenter autem prẹter quam in ultimo Proceleusmaticum admittit pariter & Tribrachum: si
modo ex aliis unus uel antecedat uel subsequatur: ne sit perpetuo ex longis aut breuibus.

ℂ In amphitryonis Argumentum.

AMphitryo profectus in hostes Teleboas:grauidam ex se reliquit uxorem alcmenam: cuius amore ca/
ptus Iuppiter uersus in formam eius absentis coniugis: fingit ab exercitu noctu rediisse. Illam compri/
mit: moremq̧ gerit sibi:noxq̧ illa Iouis iussu facta longior. Mercurius ut suo seruiret patri summo Io/
ui:serui Amphitryonis sosiæ cœpit imaginem:hoꝝ Alcmena deluditur dolis:fitq̧ rursus ex Ioue gra
uida:interim uictor hostium rediens amphitryo:domum præmittit sosiam:ut nuntiet uxori reditu;:
is offendit Mercurium inquam:sibi similem seruum: ambo rixantur inuicem : a Mercurioq̧ excludi/
tur domo:id idem contingit redeunti domum amphitryoni:quem uxor rata se ab illo deludi satis inclæmēter accipit:
fitq̧ illi obuius pro Amphitryone Iuppiter:sicq̧ frustratur ab uxore atq̧ ab Ioue simul:fiuntq̧ gemini amphitryones
& sosię. Tandem arbiter accersitur Blepharo:uter eorū uerus esset amphitryo recte ut discerneret:obstupuit ille & cer
ti nihil proferens abiit:interea tempus pariendi cum afforet:alcmena ex Ioue atq̧ ex uiro geminos uno enixu parit:ho
rum alter qui postmodum dictus hercules ex Ioue genitus (nam ex Amphitryone Iphiclus) binos enecat angues ma/
nu:igitur Iuppiter ut mulierem insontem ostenderet:quam uir insimulauerat probri:magnum intonuit: re; professus
ut erat:iubet igitur reconciliari uiro coniugem.

ℂ Ioannes Petrus Valla inclyto utriusq̧ iuris doctori Scaramuzæ triuultio Mediolanensi patricio primario. S. D.
Eternam.

CVM de Plauti fabulis inclyte scaramuza triuulti dū apud te Mediolani eēm inter nos uerba facerem⁹
nōnullaq̧ eaꝝ loca nō minus deprauata: q̄ ob uenerādę antiqtatis ignoratione subobscura q̄ tū mihi
succurrebāt:ut a pr̄e interp̄tante didicerā castigataq̧ annotarā neqn̄ memoria exciderēt qd sibi uel/
lēt exponerē:ea sic abs te laudari aiaduerti:ut facile itelligerē te:quę tua est non mō circa excellentissi/
mas q̄sq̧ res elegātia:sed ēt magnitudo ai & benignitas cupere: ut eā ānotata publicarē. Quare ego q
multis de causis tibi oia debeo cōmittēdum nō statui:ut isti tuo honestissimo desiderio satis nō facerē:
ſ; liberalis hospitis more q ientacula mō poscenti amico:ipsū nisi satuꝝ dimittere noluerit:ñ solū ea: ſ; alia ēt pluscula:
q̄ tu postolaras: ut ut a tyrūculo ānotari poterit edēda curaui. Ceteꝝ cū hāc nr̄am idustriā si q̄ mō ē: cuipiā inscribēdā

mācipādāq; statuerē neminē cōperi: quē tibi tuæq; domui nō mō nō ferrē: sȝ ne cōpararē qdē necimerito. Quid.n. triuul tia domo p totā Italiā dici pt insignius: a qua olim tanq̄ saluberrime stellæ omnibus ingenuis artibus excellentes q̄ pluri mi effulserint uiri: ut nr̄a ætate Illustris princeps Io. Iacobus Triuultius patruus tuus: q hoc propriū & peculiare sibi uē dicauit: ut iam alter Hercules ad improboꝝ hominum obtundēdas atterendasq; uires esse dicatur. Quo sciētia rei mi litaris nemo peritior: autoritate nemo superior: fœlicitate nemo faustior. In tractandis quæ ad muniēdū exercitum per tineant nemo laborosior. In periculis subeundis: duce prudentia: nemo animosior. Quid in conficiēdis rebus celeritatē memorem: ad prouidendum rebus omnibus uigilantiam atq; consilium: sed hæc pauca præ quæ de ipso dici possent. Quid pręterea reuerendissimo Antonio astensi episcopo fratre tuo: ut aliorum insignes omittā uirtutes dici potest inte grius: continentius: iustius ue: ad cuius recte sancteq; uiuendi normam: & indefessam ad subueniēdum amicis ac ho nestis uiris prōptitudinem non una lenitatis pietatisq; laus accedit. Erectam uero ad omnē æquitatem mentem tuā om ni laude dignissimam: tuamq; erga studia nec legum modo: quarum doctor peritissimus haberis & es: sed omnium bo narum disciplinarum uigilantiam satius mihi duco silentio prætereūdā: q̄ paucis perstringendam: quæ enim pruden tia: quæ probitas: quæ iustitia tanta usquam fuit quæ tuis exemplis non posset illustrari. Proinde cum his tantis uirtu tibus præditus sis ubi gentium quo ue in loco nostrarū frugum primiciæ sedem potuere sibi firmiorem præstantioreq; uēdicare q̄ apud te tuamq; domū tā multipliciter illustrē: q tantopere eis oblectet is qq; nec quenquā ut de mecenate Ho ra. inqt naso suspēdis adunco: si igitꝰ eas tibi placuisse cognouerimus nō exiguā uidebimur apd oēs laudē ɔsecuti. Vale.

¶Ioannis Petri Vallę in plautinas Comœdias commentationes.

PLautinas uiginti comœdias (nā plures nostra tempestate non cōparent) soli patri meo cunctas pu blice professo: Venetiis multi quidē operā dedere: quæq; ipse docuit aperuitq;: ut alia plæraq; ex ceperunt: sed alii aliorsum pro animi libidine: ac etiam ut facultas tulit & occasio annotarunt. Fue runt namq; qui sibi dūtaxat scriberent: & suis domi contenti cōiectaneis fruerentur. Fuere qui exce pta ab ipso aliis prodere conati sunt. Quorum scripta cū eorum quę a patre meo tradita erant uix quandā ne qd grauius dicam referrent imaginem. Cēsuimus ne qua demum patri meo incuriæ cul pa inureretur q̄ celerrime a nobis fieri potuit prouidendū. testes enim sunt mihi aliquot cōdiscipu li non plus trimestri spatio pauculis hisce colligendis atq; cōscribendis fideliterq; tradendis quam maxime a me tā angusto tēpore fieri potuit adhibuisse: repetita quæ olim hauserā notarāq; memo ria: ut aliquanto ante hæc cōscripserim q̄ ille exceptæ notationes fuerint impressę. Aliquādo hube riora scripturus cōmentaria. Cum plus otii nacti fuerimus: Nam Venetiis quē fugiat est nemo qua utiq; diligentia pa ter meus oīa semper fuerit interpræctatus: neq; tamen. ut in meridie. quo uetus usurpem adagium. Lucernam succenda mus. Sed in aliquatenus a multitudine remotioribus cōmoremur: quod nunc properando nō facere adacti sumus. De niq; hoc tantisper propere editū in his latinæ linguæ angustiis moliri (ut reor) minime iprobandū cōpellimur. quā do non modo Varro: Sisenna: Carisius: Donatus: Seruius & plerią; alii litteratores perire: qui hunc laborē: atq; ut nūc sic loquar mendicabula si uiuant nobis exemerint. Quin imo ne quidē Plautum ipsum nobis habere contigit nisi conci sissimum: atq; quod superest deprauatum. Nos tamen in tanta rerum difficultate has pauculas censuimus ex Plauto re liquias potius q̄ nullas quoquo fieri modo posset tanquā sancti alicuius uiri ossa esse colligendas. Nam licet diuus Hie ronymus super Eusebio dicat Plautus ex umbria sarsinas romæ moritur: qui propter annonæ difficultatē ad molas manuarias pistori se locauerat ibi quotiēs ab opere uacaret scribere fabulas & uēdere sollicitus cōsueuerat. Nempe tātuȝ a fortuna uexatus: ut Homerus ut pleriq; alii uiri doctissimi. nihil tū de diuina eius minuitur eloquentia qū quideȝ do ctissimorum uirorū cōsensu in eo dicendi genere primas tenet. Cecilio ex decē comicis latinis ob grauitatē solū primus tribuit locus. Cæteros in secūdo loco superare facile cōceditur: ut nō iniuria dixerit Varro musas epistolonis sn̄ia Plau tino sermone loquuturas fuisse si latine loqui uellēt: cui etiā accedere uidetur Quintilianus astipulari Aulus gelius qū quidem Plautū Romani eloquii delicias appellauit. Macrobius quoq; cū animaduerto inquit duos quos eloquentissi mos antiqua ętas tulit Comicū Plautū: & oratorē Tuliū in iocoꝝ uenustate aliis pcelluisse. Plautus & enim ea re clarus fuit: ut Comœdiæ q̄ post mortē eius incertæ ferebantur de iocorū copia dicendiq; uenustate plautine notę fuerint: ac de Plauto hactenus. Iam de Comœdia paucula colligamus. ¶De Comœdia.

COmœdiam igitur Aristotelis sentētia megarēses sibi asciuerunt illic siquidem erat poeta epicarmus & phormis. Principiū nāq; ex sicilia uenit sicut apud athenienses crates primus incepit. Alii in pelopon nesso argumentū a nomine capiendo comas siqdē uocari aiūt ab illis colonos: unū & comœdia. Alii co mœdiā a comessando. i. epulando. Athenienses autē suam esse uolunt & a uicis appellatā: comas enim illi uicos uocant: Inde etiam sumūt argumentū peloponnenses quod drāmata eiusmodi dicanꝰ fabula menta: qm quod ipsi dran. i. facere dicant atheniēses non dran: sed pratin. Comœdia inquit Aristote les est improborū imitatio nō per omne uitium: sed turpitudinis pars ridicula. Ridiculū nāq; est delictū quoddam atq; turpitudo doloris expres uelut ridicula facies turpe qddā citra dolorem. Tradūt alii comœdiæ Tragœdiæ satyræ & mimorū initiū a rusticanis hoibus apud atheniēses diuitum cōquerētibus iniurias: & primo uersus confinxisse sussario nē: & inde cōsecutos q priscā scripsere comœdiā: de quibus Hora. Eupolis atq; cratinus aristophanesq; poetę. Atq; alii quorū Comœdia prisca uirorū est. Scđo tēpore successit mitior comœdia: ut menādri: & philemonis ita alioꝝ. Alii a diuinis rebus principiū fuisse putauerūt. Queādmodū & tragœdiæ qbus pro fructibus collectis operantes uota solue rent antiq. Nā succēsis altaribus & admoto hirco id genus carminis sacer chorus Baccho reddebat: unū & Horatius. Vi lem certauit ob hircū. Inde tragœdiam dici uoluerūt ἀπο τουτραγου hoc est ab hirco: uel quod hirco donarētur: uel qd hirci uter musto plenus solēne præmium cantoribus foret. Vn̄ & Horatius: Vnctos saluere p utres. Alii autē tragœ diam dictā putāt qd tryga fœcē gręci uocāt: siquidē ań psonas ab ęschylo inuētas fœce ora inquinabāt. Inde Hora. Ignotū tragicę genus inuenisse camœnæ. Dicit & plaustris uexisse poemata thespis. Quæ canerēt agerentq; peruncti fœcibus ora. Post hunc psonæ pallæq; reptor honestę. Eschylus & modicis instrauit pulpita tignis. Edocuit magnūq; loq nitiq; cothurno. Successit uetus his comœdia nō sine multa laude sed in uitiū libertas excidit & ui. Digna lege regi lex ē acce pta chorusq;. Turpiter obticuit sublato iure nocēdi. Thesphin qdē primū scripsisse tragœdias multi tradiderūt: sȝ Pla

to in minoe ante thesphin fuisse tradit Tragœdias. Satyras scripserunt græci carmine iambico fabulas: quas a satyris
.i. rusticis illotis atq; petulantibus nominarunt: unde & Horatius. Mox etiam agrestes satyros nudauit: & asper Incolu
mi grauitate iocum temptauit: eo quod. Illecebris erat: & grata nouitate morandus. Spectator functusq; sacris & po/
tus & exlex. Verum ita risores ita commendare dicaces. Conueniet satyros ita uertere seria ludo. Ne quicūq; deus qui/
cūq; adhibebitur heros. Regali conspectus in auro nuper & ostro. Migret in obscuras humili sermone tabernas. Aliter
apud latinos Lucilius quem secuti Horatius Persius Iuuenalis: sicut & a comœdia aliam quoq; secuti rationem. unde
Horatius. Nil intemptatum nostri loquere poetæ. Nec minimum meruere decus uestigia græca. Ausi deserere: & cele/
brare domestica facta. Vel qui prętextas: uel qui docuere togatas. Nam prætextas a prætexta ueste nobilium: quod no/
biles personæ inducerentur: sicut togatas a toga ignobilium & romanorum: quoniam paliata a tegmine gręcorum pa/
lio: quę a græcis in latinum conuersa esset nominata est. Veluti tabernaria tabernis: idest uilissimis hominibus ubi ser/
mones quoq; uiles: ut paulo ante per Horarium ostensum est. Atelanę autem dictæ ab atella oscorum ciuitate immun/
da: sicut plani pedes quod in plano orchestræ agerentur. Rinthonicæ ab actoris nomine. Latinæ quidem fabulæ a Li
uio andronico primū cœptæ inde ab aliis celebratæ apud Romanos quo fere tempore camillus uita functus est pesti/
lentia exurgente cum uis morbi nec humanis consiliis nec ope diuina inquit Liuius leuaretur uictis superstitione ani/
mis. Ludi quoq; scænici noua res bellicoso populo. nam circi modo spectaculum fuerat. Inter alia cælestis iræ placam/
na instituti dicuntur. Cęterum parua quoq;: ut ferme principia omnia & ea ipsa peregrina res fuit sine carmine ullo: si
ne imitandorum carminu; actu. Ludiones ex hetruria acciti ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus mo/
re thusco dabant. Imitati deinde eos iuuentus simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus cœpere: nec absoni
a uoce motus erant. Accepta itaq; res sępiusq; usurpando excitata uernaculis artificibus quia hister thusco uerbo Lu/
dio uocabatur nomen histrionibus inditum: qui non sicut ante fescennino uersu similem incompositum temere ac ru/
dem alternis iaciebant: sed impletas modis satyras descripto iam ad tibicinem cantu: motuq; congruenti peragebant.
Liuius post aliquot annos qui ab satyris ausus est primus argumento fabulam facere: idem scilicet id quod omnes tum
erant suorum carminum actor dicitur. cum sæpius reuocatus uocem obtudisset uenia petita puerum ad canendu; an/
te tibicinem cum statuisset canticum egisse. Aliquanto magis uigente motu: quia nihil uocis usus ipediebat inde ad ma/
num cantari histrionibus cæptum. diuerbiaq; tantum ipsorum uoci relicta. postquā lege hac fabularum ab risu: ac so/
luto ioco res auocabatur: & ludus in artem paulatim uerterat. Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter
se more antiquo ridicula intexta uersibus iactitare cœpit: unde ex hodia quę exordia postea appellata: consertaq; fabel
lis potissimum attellanis sunt. Quod genus ludorum ab oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrionibus pollui pas/
sa est. eo institutum manet: ut actores attellanarum: nec tribu moueantur: & stipendia tanquā expertes artis ludicrę fa/
ciant inter aliarum parua principia rerum: Ludorum quoq; prima origo ponenda uisa est: ut appareret quā ab sano
initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem insaniam uenerit. Comœdiarum alię motoriæ: aliæ statariæ. Mix/
tę aliæ dictę sunt. Motorię quidem turbulentæ. Statariæ quietiores. Mixtę ex utroq; consistentes. Comœdię partes: ut
quidam scripsere hę quattuor. Prologus. Prothasis. Epitasis. Catastrophe. Prologus est pręfatio. Prothasis prius act?:
Epitasis incrementum processusq; tubarum. Catastrophe conuersio rerum ad iucundos exitus. Dionysius aute; & cra
tes & euclides aliis has partes nominauere appellationibus. Primam quidem prologum dicentes: sed secundam melos
chori. Tertiam episodium. Quartam exodum. Agebantur comœdiæ tibiis paribus aut imparibus: & dextris: aut sini
stris. Dextrę sua grauitate seria indicabant. Sinistrę acuminis lenitate iocum in comœdia arguebant. In dextra & sini/
stra mixtum iocum & grauitates indicabant. Quę a principio humilis apud romanos postea superbior. Horatius. Ti/
bia non ut nunc orichalco iuncta tubæq;. Emula: sed tenuis simplexq; foramine pauco. Aspirare & adesse choris erat
utilis. Deinde mox subiungit. Sic priscę motumq; & luxuriam addidit arti. Tibicem traxitq; uagus per pulpita uestē:
hoc est syrma: ut in tragœdiis. Membra comœdiarum tria sunt quibus priscę tenebantur. Diuerbium: Canticum: cho
rus. Personę diuerbiorum aut duæ: aut tres: Aut raro quattuor: ideo ait Horatius. Nec quarta loqui persona laboret.
Nam ultra augere numerum non licet. In canticis una tantum debet esse persona. Aut si duæ fuerint ita esse debēt: ut ex
occulto una audiat nec loquatur nisi secum. In choris non est personarum numerus definitus. Comicis senibus a fora/
co per ædiles candidus uestitus attribuebatur: quod is antiquissimus fuisse memoretur. Adolescentulis Discolor. Ser/
ui comici amictu exiguo contegebantur paupertatem præse ferendo antiquā: Aut quo forent expeditiores. Parasiticū
intortis palliis ob collum ueniebant. Lęto uestitus candidus. Aerumnoso obletus. Purpureus diuitii. Pauperi phœnice
us dabatur. Militi chlamis purpurea. Puellę habitus peregrinus. Lenoni uarii coloris pallium. Meretrici ob auariciā lu
teus amictus. Atq; hęc de comœdia in præsentia satis. Nunc de carmine iambico pauca subiiciemus.

Carmen iambicum polystephanus nomen habuisse existimat ab iambe ancilla metęira hippothoontis
uxore quę cum uidisset popularem quandam alias iocularem tristatam mulierem ioculares quosdam
& ridiculos de ipsa composuit uersus a qua inquit carmen iambeum. Alii putant ab iambizo quod ē
conuitior dictum iambum. Verum uerbum ipsum iambizo potius nomen ab iambo uidetur habuisse.
Ferūt alii carmē iābicū ab archilocho originē habuisse. Horatius. Archilochū pprio rabies armauit iā
bo. Hūc socci cœpere pedē grandesq; cothurni. Alternis aptū sermonibus & ppłares. Vincentē strepi/
tus: & natū rebus agēdis. Aristoteles tn̄ existimat inuentū quod plus cęteris pedibus sermonibus cōgru
at omnibus qn̄ quidem loquendo etiam imprudenter in iambicum incidamus metrum: sed iambicum metrum multi/
plex. Monometrum quod duobus pedibus constat. Dimetrum quaternis. Trimetrum senis. Tetrametrum octonis. Pē
tametrū denis. Hexametrū duodenis. Et aliud metrū est acatalecticū nempe integrū catalecticū cui deest. Barchycata/
lectum ubi syllaba uel tēpus deest. Hipercatalectū ubi superest uel syllaba uel pes dimidius: his utunt̄ comici omnibus
generibus. Vtuntur & alii. Recipit hoc metrū imprimis iambū in locis paribus sicut p resolutionem longę in duas bre/
ues ibidem tribrachū. Locis uero imparibus ad tardandam iambi celeritatem recipit spondeum. Horatius. Syllaba lō/
ga breui subiecta uocatur iambus. Pes citus: unde etiam trimetris accrescere iussit. Nomen iambeis: cum senos redderet
ictus. Primus de extremum similis sibi: non ita pridem. Tardior ut paulo grauiorq; ueniret ad aures. Spondeos sta/
biles in iura paterna recepit. Commodus & patiens non ut de sede secunda. Cederet aut quarta socialiter hic & in acti.

Nobilibus trimetris apparet rarus & enni. Per resolutionem igitur primæ spondei syllabæ recipit ibidem etiam anapestum. Per resolutionem secundæ dactylum. Per resolutionem utriusq; proceleusmaticum. In fine uero propter indifferentem syllabam ultimam: etiam pyrrhichium: ut omnino recipiat iambum tribrachum. pyrrhichium. Spondeũ. Dactylum. Anapestum. Proceleusmaticum: qui in aliis sedibus q̃ quas diximus locant non ex arte locuntur: ut terẽtianus de iambico. Sed qui pedestris fabulas socco præmunt: ut quæ locuntur sumpta de uita putes. Vitiant iambum tractibus spondaicis. Et in secundo: & in cęteris æque locis. Fidemq; fictis dum procurant fabulis. In metra peccant arte: nõ inscitia. Ne sint sonora uerba consuetudinis. Paulumq; rursus a solutis differãt. Magis ista nostri. nã fere græcis tenax. Cura est iambi uel nouellis comicis. Vel qui in uetusta prælucent comœdia. Comici tamẽ nostri trochaicis quandoq; utuntur & crebris synalœphis & episynalœphis & collisionibus. Teren. plus omnibus in prologis trimetris semper: ut Plautus ubiq; obseruasse perspici potest. Tetrametris autem alibi sicut & pentametris & hexametris. Miscentur tetrametri cum dimetris brachycatalectis: ut in prima scæna Plautus in amphitryone cum usus fuisset tetrametro. Qui me alter est audacior homo: Aut qui confidentior. Tetrametrum est. Iuuentutis mores qui sciam qui hoc noctis solus ambulem tetrametrum. Mos dimetro brachycatalecto usus. Ita peregre adueniens & similiter. Qui hoc noctis a portu. Dimetris. quoq; catalecticis nempe quibus una deest syllaba. Vt ingratis excitauit. Vel Dimetris hipercatalecticis q̃bus una superest syllaba: ut ibidem. Hospitio publicitus accipiar. Vtitur & monometro. ut in truculẽto. Pessima mane. Et rursus. Optime odio es. ac de metro iambico hæc satis: quilibet enim reliqua per se poterit perspicere. Nũc amphitryonis argumentum paucis attingamus.

ELius & mestor fuere fratres. mestoris & lysidices Pelopis filiæ hippothoe filia: ut apollonii rhodii tradit interpres. Strabo quoq; & alii multi. Ex qua & neptuno fuere taphus: & telebas qui echinadibus insulis impe ritarunt: unde teleboæ & taphi sunt populi appellati. Taphiis filius fuit pterelas: hunc neptunus inuictum fecit: ut quãdiu quem in uertice aureum dederat capillu; haberet incolumen. Tamdiu foret insuperabilis. huius filia fuit comœtho: mares chromius: tyrãnus ampolus. Chersidamas: mestor euheres. Vt uero quidam tradiderunt: Antiochus: Chirodamas: tyrãnus. Telebas Taphus: chromius. Electryon uero cum uxore alexo mycenensibus imperabat: quoq; filia Alcmena filii stratobates. Gorgophonus: Philonomus: Celæneus. & lycimnius nothus: quem ex medea phrygaica susceperat cum ex phrygia mycenas ad electrionem se recepisset. Teleboe igitur mycenensiũ affectantes imperium plerũq; cum ipsis in certamen descenderant. Proinde fuit cum pterelæ filii mycenenses ex improuiso agrederentur: & electrionis filios occiderẽt incõpositos pariterq; occiderẽtur bouesq; abigerent omnes: & ea; omnẽ regionem diriperent. Et perinde cum in eo cõgressu pterelæ filii præter euherem oẽs. Electryonis autẽ prę ter lycimniũ omnes interfecisti essent. Taphii quæ rapuerant apud polyxenũ heliensiũ regẽ deposuerũt. Electryon indignatus pro mulgauit Alcmenẽ uxorẽ pariter: & regnũ se ei traditurũ q̃ has ulcisceret iniurias. Amphitryo itaq; thebis qui tũ sub creõte rege thebanoq; clarissimus in re bellica habebat delectus est exercitus imperator aduersum teleboas. Vt ob eam expeditionem ei Alcmena despõderetur a polyxeno prędam accipiens mycenas adduxit. Inter adducendũ cum forte bos una a toto grege aberraret in ipsam amphitryo clauam iaculatus ipsum occidit electryonẽ Sthenelus aũt ex mycenis amphitryonem persecutus est mycenisq; & tirynthi imperauit. Amphitrio autem a creonte qui thebanis imperabat cædis habuit piaculum: qui purgatus cum creonte & cephalo: nec non panopeo: ut lycophron uoluit. Contra taphios & teleboas profectus est. Is antequam in teleboas duceret exercitum alcmenam grauidam fecit. Absente amphitryone iuppiter in amphitryonis formam immutatus comite mercurio: qui faciem sosiæ gerebat amphitryõis munere perfunctus est: noxq; facta longior: qui pariter grauidam fecit. Interim pterelæ filia comœtho amphitryonis: ut q̃dam peribent. Velut alii amore capta cephali amphitryonis socii ex patrio capite aureum crinẽ amputauit ac dedit: ut tradunt alii amphitryoni: ut alii cephalo. Potitus ergo uictoria amphitryo rege pterela obtruncato eius aurea patera donatus est: olim carissima pterelæ eas insulas amphitryo tradidit cephalo: quas habitans a suo nomine cephalenas nominauit. Tradunt tamen quidam ut asclepiades quod antequam in taphios & teleboas ducerent exercitum iurasse omnes marti & palladi se prædæ magnam partem traditures. Solus panopeus iusiurandũ præteriens spolia occultauit: ob hoc filium habuit epeum: qui ligneum equum extruxit: quo troia capta est. Ex alcumena igitur nati hercules compræssu iouis: & iphicles amphitryõis. Iphiclis filius fuit iolaus: quo auriga usus hercules aduersus cygnum rapientem munera quæ pythio appollini offerenda deportabantur. Cygnum igitur occidit & ut hesiodus tradit Martis filio succurentis femur traiecit. Mars in trachina ad ceyca uulneratus se contulit: erat enim cygnus socer ceycis de filia themisthonohe. Præmisit igitur amphitryo domum seruũ sosiam qui Alcmenam cõmoneret eorum quæ gesta forent. is pro foribus mercurium formam sosiæ gerentis cõperit: a quo abactus est: qui reuersus ad amphitryonem quæ uidisset memorauit. mentitum ratus amphitryo domum repetens ab alcmena iurgio exceptus est. Illo abeunte iuppiter in antiquam restituit concordiam in faciem mutatus amphitryonis. Rursus redit amphitryo blepharone arbitro uter esset amphitryo nequeũte decernere. Res dubia relicta est. Rapiunt ergo se pro mœchis iuppiter & Amphitryo: Interim tonitru aere concusso concidit amphitryo. Alcmena parturit Herculem iouis filium: & iphiclũ amphitryonis: quod non esse fabulosum arguit Aristoteles quippe qui eo testimonio usus est in libris de animalibus: ut ostẽdat diuersis temporibus plures concipi posse. Deniq; amphitryo gauisus est re intellecta quando quidem cum ioue suam rẽ communem habuerat ioue pollicente pro ipso omnia se facturum.

¶ Nominum etymologiæ.

NOminũ interprætationes quæ in hac inducuntur comœdia sunt quorum primus iuppiter qui cuncta dicitur continere: ut Valerii sorani uersus quos Varro adducit ostẽdunt. Iuppiter omnipotens regum rerumq; deumq;. Progenitor genitrixq; deum deus unus & omnes. Qui exponitur cum marem existimarent qui ię men mitteretur fœminam quæ acciperet iouẽ esse mũdũ eum oia fæmina ex se mittere: & in se recipere fuit causa cur ita soranus loqueretur: cui sentẽtiæ Aristoteles quoq; astipulatus inquit in libro de mũdo. Cum autẽ sit unus multimodus est nominatus ab omnibus passionibus quas innouat ipse: uocamus enim eum iouẽ & ζηνα & α ζην: dicentes idest uiuere ac si diceremus per quem uiuimus. Dicitur autem saturi filius quasi χρονου: idest temporis cum ab æterno processerit absq; fine in alia sæcula: nec non astrapæus: & bronteus: & æthereus: & æthuius cei

raunius.& hyectius ab astrape q̃ est coruscatio & bronte qđ est tonitru & æthra serenitas & ceraunos qđ est fulgur:&
hyectos qđ ē pluuia. Porro uelut aiũt poetæ soter:& eleuterius & ad sũmã loquēdo cælestis & terrestris appellãdus a q̃l
libet natura & fortuna uelut ens ipse oium cã pp quod non male dr̃ in orphaicis. ζευς πρωτος γενετο ζευς υστατος
αρχιγενεθλος ζευς κεφαλη ζευς μεσα διος δ᾽εκ παντα τετυκται. ζευς πυθμην γαιης τε και ουρανου αστε-
ροεντος ζευς αρσην γενετο ζευς αμβροτος επλετο νυμφη. ζευς ορμη πυρος ακαματου. ζευς πνοιη παντων
ζευς ποντος. γαια. ζευς ηλιος ηδε σεληνη. ζευς βασιλευς. ζευς αρχη παντων ηδε τελευτη παντα γαρ εγκρυ-
ψας αυθις φαος ες πολυγηθες εξ ιερης κραδιης ανενεγκατο μερμερα ρεζων. Cicero tñ ubi de natura deorũ
scribit ioues plures inqt in priscis græcoꝶ lr̃is inuenimus:necnon plures Hercules statim ibidē subiũgēdo. Ex eo igit̃ &
& lisito est is Hercules quē certasse cũ apolline de Tripode accepimus alter tradit̃ nilo natus ægyptius: quē aiunt phry
giás lr̃as cõscripsisse. Tertius est ex ideis indigetis cui inferias afferũt. Quartus est iouis & asteriæ sororis Latonæ quẽ
tyrii maxime colũt:cuius carthaginē filiã fertur. Quintus indis qui bellus dr̃. Sextus hic ex alcumena quē iuppiter ge
nuit. Idē quoq; Cice. in eodē Mercurios quinq; fuisse memorat. Mercurius unus cælo patre natus dia matre: cuius ob-
scenis excitata natura credit̃ ꝙ aspectu proserpinæ sit cõmotus. Alter ualentis & foronidis filius:is qui sub terris habe
retur. Idē triphonius. Tertius ex ioue tertio natus & maia ex quo & penelopa natũ ferũt. Quartus nilo patre quē ægy-
ptii nephas appellare habēt. Qnintus quē colũt fenate qui dr̃ argũ interemisse ob eãq; cãm ægypto præfuisse: atq; ęgy
ptiis leges & lr̃as tradidisse: hunc ægyptii tenē appellant: eodēq; noie anni primus mēsis apud eos uocat̃. Macrobius in
saturnalibus multis exēplis studet cõprobare ioue solē esse: quia ad binos deos fere oēs redigit. Verũ ut numina multis
sunt multa appellata uocabulis: ita iouē latini mõ uictorē: ut inqt Varro ac diuus Augustinus: mõ uictũ mõ opitulũ:
mõ impulsorē: mõ statorē: mõ centũ pedũ: & supinalē: & tigillũ: & ruminũ: & adhuc aliis latini noiauere uocabulis: grę
ci aũt dia iouē dixerunt. Vnde & sub dio. i. sub æere. Vnde & Horatius. Manet sub ioue frigido uenator. Nominauere
nũ quasi mentē: unde & eius ac mnemosines. i. memoriæ dicunt̃ filiæ musæ: ut latini a iuuãdo iouē dixerunt. Dicit̃ ēt a
græcis his oibus noibus hicesius. hephestius: hortius. Dodonæus. Idæus. Hertius: polieus: hetęrius. Cęneus. Milichiꝰ.
Ceraunius. Aeginchus: epius. piius. Xenius: soterius. Ancylometes. Pisæus. Mæstor. Phyxius. Celænephes: catębates.
beleus. Phytalmius. Elutherius. egridupus. Patrous. homognius. Ctesius. Bulięus. Tropæuchus: alastor. Palamnæus
anxurus quasi αξυρος qđ est sinę nouacula qa barbã nunq̃ rasisset. Mercurius aũt ut qdam putant a mercimoniis
qbus præest: ut uero diuus Augustinus putat q̃si medius currēs qđ medius sit inter hoies sermo. a gręcis mõ hermes di
ctus mõ lygius: mõ argiphontes: mõ nomius: mõ Cylenius: mõ eriunius. Aliqñ socus. Quãdoq; cerdous necnon chry-
sorrhapis & diactorus & acocetus. Deoꝶ nuntius: iõ pedibus hẽt talaria. Dictus ēt psycopõpus cũ aias agit ad iferna:
& agoræus & empoleus: effingit̃ aũt sine manibus & sine pedibus figurę q; quadratę surrecta habēs uirilia. quę oia ad
orationē referunt̃. Ac ut in cælo stella iouis phęnõ appellat̃: ita & mercurii stilbon. i. radians. Cũ tñ Aristoteles dixerit
hærentes cælo stellas ab lõgingtatem radiare. Cũ ergo mercurius ꝓpinqssimus radiet neutiq̃ recte dixit Aristoteles. Is
peribet̃ lyrã primus inuenisse chordaꝶ septem ob septē planetaꝶ rationē: eius filia a poetis fuisse palæstra peribetur.
¶ Alcmena: ut gręce αλκμηνη απο της αλκης. i. a robore: qm̃ mulier multũ prę se tulerit animi cõstãtiæ ad uiros ꝓ-
xime accedēs. Amphithryo. ab αμφι: qđ ualet circũ & τρυζω gemo: uel τρυχω. i. uexo. qm̃ hęc incurrit. ¶ Blepharo.
Dictus blepharo qđ non satis discerneret uter esset amphitryo: quasi ob cilioꝶ magnitudinē parum uidens: nã blępha
ra dicũtur cilia. ¶ Sosias. a soso. i. cõseruo & custodio: utpote seruus quē domus conseruatorē esse oporteat. ¶ Bromia
ancilla. Bromia uidetur dicta quasi bacchans. nam bromius bacchus dictus απο του βρεμειν. i. a fremendo.

Pyladæ Buccardi Brixiani cõmentarius in Plauti Amphitryonē. Argumentum.

PErseo argiuoꝶ rege defuncto ut Alcęus apollonii interp̃s ait: Sthenelus Mestor: Electryon & Alcæus regnũ
¶ NEC cā; liceat dicer̄: neq; i hero qcq̄ auxilii ſiet. Ita ſcribēdus eſt uerſus: & expūgēda dictio: mihi: metri rōne. Cām dicer̄ ſignat defender̄ i iudicio. q. d. neq; ſit mihi copia defenſionis. ⸿ Nec qſq̄ ſit mihi. qſq̄ legēdū ē: ex codicibus antiqs. & nō qcq̄. mihi āt addēdū ē: metri rōne: qđ i p̄cedēti uerſu ſuparbat. i. nec qſq̄ adſit mihi: uel nec qſq̄ ſit mihi fautor. ⸿ Deputēt. cēſeāt id mihi iure cōtigiſſe. ⸿ Hoīes octo. uł octo dixit alludēs ad nūerꝫ p̄fectū: uñ p̄uerbium græcū natū eſt. πάντα ὀκτώ. i. oīa octo: quia octo eſſent dii ſumates: octo certamina in olympia: uel qa uirgatores magr̄atuū rōanorꝫ eſſent octo: ad quos reſpiciēs: octo lorarios hic ſignare uoluit. ⸿ Nec æquū. ſup̄fluit is uerſus: p̄p̄eaq; exp̄ūctus eſt a nobis. ⸿ Ita p̄egre aduēiēs: uerſus eſt dimeter brachicatalecticus: ut notat Priſcianus. Tribus tm̄ cōſtans pedibus. Peregre āt hic ſignat de loco: nā & in loco: & ad locū ēt ſignificat: ut ſupra diximus. ⸿ Hoſpitio pu. acci. hic āt uerſus eſt dimeter hypcatalecticus: cōſtās quattuor pedibus & una ſyllaba: & ſilr̄ ſequens u; : hæc heri imodeſtia coegit me. Publicitus aūt: ut Donatus inqt: ſuper illo Terentii in phor. Nō ne hoc publicitus ſcelus deportarier in ſolas terras: ſignificat publica cura: & conſilio. Et ſic alibi Plautus. In hac comœdia. An foris cēſebas nobis publicitus p̄berier. i. ære: & īpenſa: aut cura publica: quāquā & pro publice accipi uideat̄: ut exponit Nonius: hūc ēt locū adducēs: & tunc ſic expones. i. accipiar in publico hoſpitio. Carcer. n. uider̄ eſſe publicū noxiorꝫ hoſpitiū. ⸿ Qui hoc noctis a portu. hic uerſus dimeter eſt brachicatalecticus: tribus cōſtans pedibus tm̄. ⸿ Ingratis excitauit. Hic autē eſt dimiter catalecticus. cōſtans tribus pedibus: & una ſyllaba: & ita Priſcianus hos uerſus notat in libro: quē diximus de uerſuum comicorꝫ ratione. Ingratis aūt aduerbialiter poſitum eſt: ac ſi diceret: mea ingratia: me nolēte: contra uotū meum. ⸿ Non ne idem hoc lucu me mittere potuit? Verſus eſt trimeter brachicatalecticus: quinq; pedibus cōſtans. hoc dicit. Nō ne poterat mittere me nūciatum hoc idem: tēpore diurno? Lucu autē pro luce poſuit: & ita legēdum cēſemus: iuxta illud Terētii in adelphis. Primo lucu ibo hinc. nam quēadmodū diu pro die: & noctu pro nocte: ita lucu pro luce dixerunt ueteres. Lucis autē: ut ferme habent codices oēs: nō uider̄ tolerare latinitas: neq; ſenſus: ſi hoc lucis dicas. ⸿ Opulēto hoi: hi duo uerſus dimetri ſunt acatalectici: quattuor pedibus cōſtantes: ſeruire inqt hoi opulēto: eſt durꝫ. ⸿ Opulētus dicit̄: qui abundat multis opibus. Opes autē diuitias ſignificant: & auxiliū: ac facultatē: ut diximus in uocabulario noſtro. ⸿ Noctesq;: Hi octo uerſus trimetri ſunt catalectici: cōſtant. n. pedibus qnq;: & una ſyllaba. ⸿ Aſſiduo. diuiti. nā ut inqt feſtus: & in uocabulario nr̄o diximus: aſſiduus ſignificat multorꝫ aſſium dominū: uel ab aſſe & dādo: is appellatus eſt: qui ſumptu p̄prio militabat: alias aſſiduus itētum ſignificat & frequētem: ab aſſidēdo qa: ut idē feſtus inquit: in ea re: quā frequēter qs agit: quaſi cōſediſſe uideatur. ⸿ Quo facto: aut dicto: nō placet Pii expoſitio: qua legētis: & pro partim interpretantis: quinimo cum omnibus codicibus legendū uider̄. ⸿ Quo hoc ſenſu: homini diuiti ſatis: ſuperq; eſt negotii. ſ. Semper habet negocium: quod ſeruo mandet: quo facto. aut dicto. i. quod quu; factū: uel dictum eſt (nā omne negocium uider̄ conſtare: uel in facto: uel in dicto) adeſt ſtatim aliud opus: ita ut nunq̄ poſſis quietem agere. ⸿ Ipſe diues operis: nō ad ſcribendum eſt dominus: quia cōtra uerſus rationem: ſed ſubintelligendum eſt. ⸿ Libere poſſeretur: exiſtimat: & ſibi perſuadet poſſe libere precipere: & īperare homini quodcūq; accidit. ⸿ Non reputat. non cogitat: nō penſitat. ⸿ Expetunt. eueniunt: cōtingunt: alias expetere ſignificat cupere: & uelle: ut diximus in moſtellaria.

Publicitus

Ingratis

Opulētus

Aſſiduus

SARACENVS.

¶SAtius est:me tacite loquitur Mercu.qui licet formã serui gereret non tamen de seruitute conqueritur sicuti So. qui uernas erat:quẽ nõ seruũ:sed seruitutis parẽtem appellat:ita i sequẽtibus audaciæ columẽ dixit plusq̃ audacẽ. ¶Eã.s.seruitutẽ. ¶Sũ ue.uer.uer.hęc lectio magis placet:& ita uetustissimi habent codices:nõ aũt uerna uerbo:potius ut sit uerbũ Sosiæ sermonẽ suũ psequẽtis q̃ Mercurii:appellant uernæ ex ancillis ciuiũ uere nati:qd tps anni maxime naturalis fœturæ est ut notat Fest. Vernas prius in sacris imolare cõsueuerunt:habebat hoc nomẽ pro abominabili:ac maledicto. ¶Numero mihi in mẽte fuit:Ita legit nonius:nõ ãt nũc uero: ut hñt codices neoterici:numero: idest cito:quo uocabulo utitur sępe Plautus:& ueteres usi sunt:& ostendit Marcus Cato de liberis educandis inqens q qd cito factũ qs ostẽdere uolebat:dicebat nũero id fore. ¶Dis aduenientẽ:Ex timor potius se placare deos uidet:q̃ ex pietate: ut miserorũ mos est: qui illico ad pces decurrũt:quos scite notauit Horatius:Non est meũ si mugiat aphricis malus pcellis ad miseras pces decurrere uotis pacisci:Nõ.n.(ut inqt Salustius)uotis:aut supplicationibus muliebribus auxilia deorũ parant:sed bñ agẽdo:cõsulendo psp era oĩa cedunt:docet Seneca hoĩes:nec esse timendos nec deos:si tranqllitatẽ animi erimus assecuti. ¶Næ:pro certe. ¶Merito meo:recte timet:qui sui ipsius est conscius facinoris:Seneca:Nihil tam timidũ facit animum q̃ repræhensibilis uitę conscientia:& Plautus ipse post:Nihil est ægrius q̃ animus hominis conscius. ¶Allegent: mittant. ¶Occillet os: Contundat: uel pugnos omnis impingat.

Vernæ qui

Nũero qd

> Me. Statiust me q̃ri seruitutẽ modo nullo hodiæ, q fueri liber,
> Eam nunc potius pater hic seruitutis qui uernast, queritur.
> So. Sum uero uerna, uerbero numero mihi in mentem fuit.
> Bis aduenientem gratias pro meritis agere, alloqui.
> Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias,
> Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenieti os ocillet pbe.
> Quoniã bona quæ in me fecerunt, in grata ea habui, atq; irrita.

Nũero qd significet

Salustii dictũ pulcherrimum

Nę p certe

Occillet qd

VALLA.

¶SATIVS queri me modo seruitutẽ.Ita corrigẽdũ.queror hanc rẽ dicimus:inqt Priscianus:qa conquestionẽ significãtia uerba accusatiuo iungũtur.qd aũt Iuuenalis cõquereris patri dixerit iterprætat q̃reris romanos apud patrẽ. ¶Eã nũc potius pater.scribe paterer. ¶Sũ uero uerna uerbero.Hic sosias loqtur.Peruersissime i oĩbus plautinis comœdiis iterlocutores pmutati sunt:sed qm ex sensu facile id quis poterit iudicare:nõ corrigẽdũ quenquã locũ existimabimus inuersionis iterlocutorũ. ¶Et hic sum uero uerna uerbero:non uerbo:sed uerbero:est.n.uerbero uerberonis:ut palpo palponis. ¶Numero.ita scribendũ:nõ nũc uero.Nonius Marcellus de doctorũ uirorũ indagine. Numero cito:actius in œnomao:numero te expurgasti:Idem in antigona:ne istum numerũ amittas: sublitũ oblatum. Turpilius in demetrio:nunq̃ nimis numero quenq̃ uidi facere:q̃ facto est opus.Idẽ in lydia:ego interim in turba foras subduxi:cũ hac me neqs de numero mihi iubeat currere:qd puer togatus:aut ptextat9 capite annuisset:ut discedens numero:uenire ait adolescentes. ¶Afranius in priuigno:numero nupsi ptimuisti cassam terriculã aduersari. Plautus in amphitryone.numero mihi in mentẽ fuit.Cato de liberis educãdis:ut q cõtra celeriter erant nati fere numero pmuniebãt:qd q cito factũ qs:siue oñdere uolebat:dicebat numero id fore.Festus numero dicebãt p nimiũ. Virg.Tũ uero in numerũ:faunosq; ferasq; uideres:ludere.i.in ordinẽ.Seruius in.xi.cõpositi numero.i.rõnabiliter: unde & sæpe nũero dicimus.i.frequẽter:& rõnabiliter:hinc est tum uero in numerũ:in rõnẽ:in rhithmũ. ¶In mente fuit.In mentẽ dixit Plautus:ut Aulus Gelius in primo noctiũ atticarũ:Idem autẽ ille amicus noster in eiusdem Marci Tullii Ciceronis oratione:quę est de imperio Gnei Põpeii:ita scriptũ esse a Cicerone dicebat:atq; ipse ita lectitabat.Quũ nostros portus:atq; eos portus:qbus uitam ac spiritum ducitis:In prædonum fuisse potestatẽ sciatis: neq; solœcismũ esse aiebat:in potestatẽ fuisse:ut uulgus semidoctũ putat:sed ratione dictum certa:& pba cõtendebat:qa & græci ita uterent:& Plautus uerborũ latinorũ elegãtissimus in amphitryone dixit:numero mihi in mentẽ fuit: nõ ut dici solitum est in mẽte. ¶Nę.gręcũ est.i.certe. ¶Allegent.mittant. ¶Qui mihi aduenienti os occillet.i.cõtũdat: aliud incilare est. significat enim increpare:ut alibi Plautus:& actius in meleagro:quis erit:qui me non spernens incilans probris sermone indecorans:turpi fama differet? Idem in clytemnestra. mater meo iure factum incilans genitorem iustum approbas.Pacuuius in doloreste.si quis hac mea oratione incillet:quid respondeam?

Queror uerbi ostructio

Nũero qd significet

In mentem uenit

Incilare qd sit

PYLADes

¶SATIust me queri seruitutẽ mõ nullo:hinc iã uersus incipiunt rursum tetrametri acatalectici:pedũ octo.loqtur Mercurius hoc sensu.Satius & melius est:ut ego nullo mõ querar seruitutẽ:qñ qdẽ hodie liber fui:hoc est:licet nũc habitu & forma assumpta:ac uerbo seruus sim:nup tñ antequã mutarẽ faciẽ liber eram:nec seruus remãsurus sum. ¶Pater hic seruitutis:qui uerna est:q̃ritur.Ita scribi debet uersus.ut suis pedibus cõstet.& non claudicet.delẽdumq; fuit natus:tanq̃ supfluens. ¶Sum uero uerna uerbo.Verbo scribi debet:& nõ uerbero:ut scribit:& cõtẽdit Sarracenus:uolens ẽt sermonẽ Sosię tribuere cõtra rectũ sensum:uernas:ut Non.inqt:ueteres appellarũt:qui uere sacro fuerant nati:& habebatur nomẽ hoc pro euitabili & maledicto.Festus aũt inqt:uernæ appellant ex ancillis ciuium romanorũ uere nati:quod tempus anni maxime naturalis fœturę est. ¶Nunc uero mihi in mentem fuit.Gellius dissẽrens super hac constructione:& hunc locũ adducens:non solum in mentem:legit:ut pote magis euphoniæ conueniens:q̃ in mente.sed etiam legit:nunc uero.Et ita exigit metri necessitas:& etiam sententiæ concinnitas:ut nunc uero legatur:& non numero:ut Nonius legere uidetur:hunc locum citans. Super quo doctorum iudicium requirimus. ¶Dis aduenientem.Timore potius:q̃ deorum pietate se deos alloqui:eisq; gratias agere uelle Sosia pollicetur: ut metuentium mos est:qui illico ad preces decurrunt:iuxta illud Silii:Tanta adeo quum res trepidæ: reuerentia diuum nascitur.& rarę fumant felicibus aræ. ¶Næ illi.respondet sibimet:quod quum sceleratũ se cognoscat:& male meritum de diis:potius timendum est:ne dii mittant aliquem:qui sibi pugnos incutiat. ¶Occillet. frangat: percutiat.Garrit hic pius:ut solet:quum quid dicat: non intelligit: dicens. Cillere significat mouere. Marcellus author est: idem esse:quod increpare:uel improbare:& cætera. Adducens quędam exempla eorum: quorum Nonius meminit in uerbo incillate. Sed marcellus: nec de occillo: nec de cillere uerbum facit.Censemus autem occillet:exponi debere: pro percutiat:& frangat:ut sit uerbum diminutiuum ab occo.as:quod significat comminuere & frangere maiores glebas:ut Nonius inquit:nec cum cillere:aut incillare ullam habet affinitatem.

Verna

Occillo qd

SARACENVS.

Pulchrum dictum Cephaleia ubi locorum: & quibus noibus nuncupetur

Auspicari quid

Plinii dictũ

Adorea qd

¶ QVOD uulgo haud solent:nam pauci sunt:qui se ipsos norint. Cognitio enim sui ipsius est omnium difficillima. ⁋ Duello maximo.qđ fuit iter Amphitryonẽ & regẽ pterelã:in quo fuit superior Amphitryo. ⁋ Oppidum:Cephalenia:quę insula est ad acarnaniã sita:& ut refert Strabo in decimo Tetrapolis erat quaternas cõtinẽs ciuitates: de hac plura idẽ Strabo cõmemorat ex diuersis authorum sententiis his uerbis. Nõ dubitauere plærią Cephaleniã:eãdem & Dulychiũ appellare & Taphiũ:alii & Taphios cephalenios:eosdẽ dixere Teleboas:& aduersus illos exercitũ amphitryonẽ ductasse:assumpto socio Dionei filio cephalo ex athenis ꝓfugo.isulam de hinc amphitryonẽ potitum:eam cephalo tradidisse:ab illo nomẽ habuisse insulam:& alio loco subdit:uulgatũ est prioribus sæculi acarnaniã a triphiis & Teleboïs habitã esse:eorũą principẽ cephalum ab amphitryone dñs cõstitutũ adiacẽtes Tapho isulas:orãą maritimã impio tenuisse. ⁋ Atą auspicio: ꝓsperoą principio:hinc auspicari dicimus aliqđ incipere:ꝑeunte aliquo modo euidenti ductu:qđ & in malã quãą partem capitur:ut in bonã:Plinius de hoie locutus iqt:a suppliciis uitã auspicat̃. ⁋ Prędа atą ag.magnifacit herum amphitryonẽ: ꝙ dítauerit cõciues suos:ac prĩaз hostiũ spoliis: adieceritą ditioni inimicam ciuitatem: & prædia. ⁋ Adorea gloria laude: porphyrion interpraetatur adoream laudem publicam:quare autem adorea dicta sit:tu uide Festum & Plinium.

> Me. Facit ille,quod uolgo haud solẽt,ut quid se sit dignũ sciat.
> So. Quod nunquam opinatus fui,neą alius quisquam ciuium,
> Sibi euenturum,id contigit,ut salui potiremur domi
> Victores,uictis hostibus legiones reueniunt domum,
> Duello extincto maximo,atą internecatis hostibus,
> Quod multa thebano populo acerba obiecit funera,
> Id ui,& uirtute militũ uictum,atą expugnatum oppidum est,
> Imperio,atą auspicio heri mei Amphitryonis maxime,
> Qui præda,atą agro,adoreaą affecit populares suos.
> Regią thebano Creonti regnum stabiliuit suum.

VALLA.

Ador quid

¶ VT salui:potiremur domũ.potior hac re dicimus:ut troes potiunt̃ harena.& potior huius rei:ut regum potiri uolunt.& potior hanc rẽ:ut hoc loco.Nonius tñ legit domi per gtũз. ⁋ Duello extincto.i.bello.Duellũ.n.bellũ:ut duellonam bellonã dixere ueteres:& duilium:qui pœnos supauit.Cicero in oratore.Nã ut duellum bellũ: & diuis: diis: sic diuiliũ eum:qui pœnos classe deuicit:ut bellicum noiauerunt:cũ superiores appellati essent semp duellii. ⁋ Qui multa.in uetustis codicibus legit̃:qđ subaudi duellũ. ⁋ Præda atą agro adoreaą.i.laude bellica:qđ adorandi sint: qui laudẽ ex bello reportant. Ador inqt Nonius frumẽti genus:qđ epulis:& imolationibus sacris putatur pium: uñ & adorare ꝓpitiare religionem potest dictum uideri. Varro de re rustica libro primo in loco humido:sed far adoreũ potius ferunt. Virgi.& adorea liba per herbã. Idẽ Nonius alibi:adoreũ:quo dictũ ab eo putat Varro: qđ cibi adora principiũ sit far:Plinius in decimo octauo. Gloriã denią ipsam a farris honore adoreã appellabãt. Festus Põpeius. Adoreã laudẽ siue gloriam dicebant:quia gloriosum eum putabant esse:qui farris copia abundaret.

PYLADes

Duellatores

Locus restitutus

¶ QVOD uulgo:aut solent.qa rari sunt:qui se ipsos norint:nã cognitio sui oiũз est difficillima. ⁋ Vt nos salui potiremur domi.Nos addẽdũ fuit ad uersus itegritatẽ.domi aũt & nõ domũ scribẽdũ est ex Nonio Marcello:gtũm pro ablatiuo positũ dicẽte:& locũ hunc citãte.Et ita cõstruendũ est:ut nos uictores salui potiremur domi. ⁋ Duello.bello.Duellatores bellatores.Duellare bellare.& duellona pro bellona dixerũt antiq. ⁋ Internecatis hostibus.i.penitus & funditus occisis. ⁋ Inter.n.in hmõi cõpositione significat ex oi parte:ut alibi Plautus in aulul.Interbibet̃:si uino scateat:fontẽ pyrenea põt.hinc iternicinũ odium apud Liuiũ & cæteros historiographos dicit̃ itimum: & medulitus haustũ.Donatus super illo Terẽtii.Dauus iterturbat oia inqt.Inter mõ nois non exigit additamẽtum.Est.n.particula auctiua adeo:ut nõ pro mediocri significatione sit:sed qua maiorẽ habere non põt:ut iterfectus:itercæptus. Et scribendũ est iternecatis:tã ex codicibus antiqs:q̃ ex uersus necessitate:qui nõ cõstaret:si iternectis legeres:ut Pius & Sarracenus legunt:nullã carminis legẽ discernẽtes. ⁋ Qui multa thebano pplo acerba obiecerunt funera.Ita legẽdum cẽsemus uersum hunc:& scribẽdũ obiecerũt:& nõ obiecit:ut fere hñt codices:qui ꝓsertim grãmatistarum isolentiũ manibus corrupti sunt:qui nõ itelligẽtes pulcherrimũ striblignis:hoc est soloeci modũ:qui fit per imutationẽ generum nois:ut anser fœta:amarę corticis:uel numeri:ut hoc loco:quũ uiderẽt in sequẽti uersu id oppidũ: scelus putarũt legere obiecerũt:& supposuerũt obiecit:queãdmodũ & pius iterpres noster legit:sup eo tot mania:friuolaą coaceruans:ut maximũ nugarum mõtẽ excutiat.Nec uiderunt misselli:neą uersum cõsistere posse:& penitus mutilũ fore: si obiecit legas:neą ullo striblignis mõ sniam cõcinnare posse.ꝙ si obiecerũt legas:& metricę rõni satisfactum est:& pulcherrimo figuræ mõ:nõ aliter q̃ si dixeris.Eã deleuisti ciuitatẽ:qui tibi se ultro dediderant.Nã ad ciues & hoies respiciens:scitissime & elegãter dixeris:qui dediderant:pro quę dediderat:ut apud Virgili.Pars & certare parati:& apud Terẽ.Scelus ille quę loqtur. ⁋ Victũ:expugnatũą oppidũ est.Ita legẽdus & hic uersus est:& nõ uictũ: atą expugnatũ:ex codicibus antiqs. ⁋ Impio:ductu:auspicio.ductu hic scribendũ esse:pro atą cẽsuimus:ex paulo infra scriptis:sed uersus necessitate ꝑcipue exigẽte:cui pes deficiebat:si atą scriberes:pro ductu. ⁋ Qui ꝓda:atą agro. Et hic adiiciẽdũ cẽsuimus:Qui:tã metri necessitate:q̃ orationis cõcinniori structura. ⁋ Adoreaą.i.gloria:laude:porphyrion interp̃tat̃ adoreã:laudẽ publicã.Plynius Adoreã priscis uocitatã gliam inqt:ꝙ qui farre:qđ ador appellat̃ supfluebant:ii honorati erãt:& gliosi. ⁋ Marcellus: Ador inqt frumẽti genus est:qđ epulis: & imolationibus sacris putabat̃ piũ. Vñ & adorare ꝓpiciare religiõis ꝑt dictũ uideri.Festus aũt ait. Ador farris genus:edor quõdã appellatũ:ab edẽdo:uel ꝙ aduraт̃:ut fiat tostũ:uñ in sacrificio mola salsa efficĩt. Adoreã quoą Claudianus splẽdidã gliam dixit hoc uersu:hæc ois ueterum superauit adorea laudes.Et q̃uis adorea scđam habeat lõgã:nõ is tñ sum:qui cũ pio sentiã disputãte ex Prisciani mẽte:quur ador sit ideclinabile:ꝓpter uidelicet duas regulas contrarias: quarum altera exigit:ut adoris media breui faceret:qa neutrũ in:or:ut marmor:æquor.altera uero ut producat̃:qa a uerbo adoro deriuet̃:& nihilominus utroą mõ gtũm ipsius reperiri:& correptũ & ꝓductũ:ut testimonio Gãnii cuiusdam ꝓbare idẽ Priscianus uidet̃.Nã si marcellus:ut supra scriptũ est:adorare inqt ab adore fieri:non igit̃ ador ab adoro uerbo

deducitur:

deducitur:& sic regula prima neutroꝝ tm̄ superest:secūdū quaꝫ & ador ꝓfecto corripit: Ausonius. Mox ador: atq adoris de polliōe pultificū far. Quin & idem Gānius qsquis fuerit: duobus exēplis a pio recitatis corripit tm̄ modo: & non ꝓducit:& quæ sunt hæc. hic adoris dat primitias: sibi sanguine libat. Idem. Illam spōte satos adoris strauisse maniplos. ueꝝ Priscianus tertium eiusdem gāni uersum adducit: in quo ꝓduci uidet: hoc est. Euolat in nubes nidoribus ardor adoris. In quo cēsemus haud dubie Priscianum decæptū fuisse: dum ꝑposteꝝ gānii illius uersum legit: qppe: qui sic legēdus erat Euolat in nubes adoris nidoribus ardor:& sic adoris breue fuit: ut etiaꝫ in duobus præcedentibus exemplis eiusdem:& illo Ausonii: nec fere aliter lectum est. Nam quod Nestor Dionysius nouariensis inquit: adoris habere primam:& secundam indifferentē: legens hunc ultimum uersum sic. Euolat in nubes nidoribus ador adoris: uix satis scite ab eo dictum est: quum ardor: non ador ibi scribendum sit: nec si ador legas: sententia ulla subsit idonea:& ador:& quæ ab eo ueniunt: primam proculdubio corripiant. ¶ Populares suos. ciues: Popularis ut Donatus inquit: significat eiusdem conditionis:& generis: Terentius: amicus summus meus:& popularis geta: iterdum significat chaꝝ populo: unde & populare est amorem populi cōciliare: aliqn̄ popularis pro uili & ignobili accipit. Plautus. Præstat diuitē esse: ac popularē: q̄ nobilē:& medicū. Hinc popularia nugatoria:& puerilia dicimus.

In priscianum

Popularis

Me a portu præmisit domum, ut hæc nuntiem uxori suæ,
Vt gesserit rempublicam ductu, imperio, auspicio suo,
Ea nūc meditabor, quo mō illi dicā, quom illo aduenero.
Si dixero mendacium, solens meo more fecero.
Nam quom pugnabant illi maxume, ego fugiebā maxume.
Verum quasi affuerim, tamen simulabo, atq audita eloqr.
Sed quo modo, & uerbis quibus me deceat fabularier,
Prius ipse mecum etiā uolo hic meditari, sic hoc proloquar.
Principio ut illo aduenimus, ubi primū terram tetigimus,
Continuo Amphitryo delegit uiros primorum principes.
Eos legat Telebois, iubet sentētiam ut dicant suam.
Si sine ui, & sine bello uelint rapta, & raptores tradere.
Si quæ asportassent, redderent, se exercitum extēplo domū

¶ SI mēdaciū: mentiri:& mēdaciū dicere: licet Nonius: Aulus Gelius quoq differre dicāt: Publio Nigidio teste: ut qui mētit: ipse non fallit: sed alteꝝ fallere conet. Qui uero mēdaciū: ipse fallat: attamē inuenimus mētiri dici per ipṙudētiā:& mēdaciū dicere ꝑter ai sniam: Cice. in quarto tusculanaꝝ qstionū: nunc ad phos uirtutis magistros ueniamus: qui negāt amorē stupri esse: atq in eo litigāt cū Epicuro nō multū (ut mea fert opinio) mētiēte: ecce mētiri positū a Cicerone per ipruden tiā: nihil. n. phi locuti sunt ꝑter ai sniam: rursus Plinius ex dicto Catonis: adde q in hac artiū sola euenit: ut cuicūq se men dicū ꝓfitenti statim credat: cū sit in nullo periculū mēdacio maius: Itē ipse infra: cō finctis mendaciis:& consutis dolis dixit. ¶ Vbi terrā tetigimus: Nā nauali ꝑlio aggressi sunt cephaleniā isulā. ¶ Legat: mittit: uñ legati missi. ¶ Rapta & raptores: qa primū teleboæ incursiones fecerūt:& depopulati sūt thebāoꝝ agros ꝑdā oēm ide auferētes. ¶ Extēplo: illico cōfestī: uerbū ē auguꝝ: q uisis auguriis extēplo surgebant. templum. n. dicebat locus manu designatus in ara: post quem captabant auguria.

SARACENUS.

Mentiri & mēdaciū dicere in quo differant

Plinii dictū pulcherrimum

Legati qui. Extēplo qd

¶ SOlens. i. solitus: ut isolens nō solitus qnq significat: qd ꝑlibus testat Nonius. ¶ Sic hoc ꝓloquar. ita legēdum: ut corrigatur. ¶ Primoꝝ pricipes. i. qui primū locū iter optimates obtinebāt. primores. n. dicūtur qnq primates: quādoq primores: qui primū locū obtinēt in quacūq re: ut Plautus alibi: prioribus digitulis dixit. & Pli. priores dentes nominauit: qui exerto ore primi apparent. ¶ Extēplo. i. subito. Verbū est auguꝝ: q uisis auspiciis surgebāt extēplo.

VALLA. Priores qui dicantur

¶ MEq a portu ꝑmisit. q addēdū fuit: ad uersus itegritatē:& sniæ cōcinnitateꝫ. ¶ Ductu: iperio: auspicio suo. hoc ōndit: qd supra diximus: scribēdū esse ductu in qrto ꝑcedēti uersu: pro atq. ¶ Si dixero mēdacium. Inter Mētiri:& mēdaciū dicere Nonius differre ait: ut dixius in nr̄o uocabulario: qa mētiri sit aliū fallere: quū ipse nō fallat mendaciū aūt dicere sit quū: qs falsum dicit credens ueꝝ dicere:& sic ipse fallit: qd. P. Nigidii autoritate: idem Nonius probat. quāq aliter etiā cōpertū sit: ut Plautus ifra: cōpositis mēdaciis:& consutis dolis:& hoc etiaꝫ loco: & Cicero qrto tuscula. Atq in eo litigant cū epicuro: nō multū: ut mea fert opinio mētiente. ¶ Solens. solitus: consuetus: sicut econtrario: insolens: isolitus & isuetus: a quo & insolentia in eadē significatione: hoc est desuetudo Cicero in oratore. Sed mehercule istius disputationis isolentia: atq eaꝝ: quç quasi in arte tradūtur inscitiæ. Insolēs etiam is dicit arrogās: & qui ꝑter legē agit humanā & naturalē. ¶ Nam quū pugnabāt illi maxime: nisi illi addat: uersus non cōstabit: ꝓpterea addendum cēsuimus. quod & sniæ cōgruitati cōuenit. ¶ Sic hoc proloquar. Scribēdum est sic: tam ex codicibus antiqs: q̄ metri necessitate: nā aliter nō cōsisteret:& ēt ex sniç cōgruitate: quæ est: ut postq̄ sosia diutile secū cogitauit: quo principio sermonis sibi utēdum esset cum domina: tādē deliberatione facta in aio suo dicat. sic hoc proloquar: idest sic incipiā dominā alloqui. ¶ Vbi primum terrā tetigimus. nam nauibus exercitum in cephaleniā traduxerūt. ¶ Legat. mittit: decernit. ¶ Rapta & raptores: nam ut diximus in argumēto huius fabulæ: cephalenii icursiones fecerant:& depopulati fuerūt agros Thebanoꝝ: hoc est myceneoꝝ: qui sub iure thebanorum erant:& prędam abduxerant. ¶ Si quæ asportassent: redderēt. Cur corrigat hic pius exportassent: curue dānet: asportassent: discere operç preciū esset: nam si & uocabulū latinum est asporto: ut ex opinatissimis authoribus discitur:& ꝑcipue Cicerone: qui in paradoxis ita inquit. Nec non sępe laudabo sapientem illum bitantem: ut opinor. qui numeratur inter septem sapientes: cuius quum quidam patriam priorem cæpisset hostis cæteriq ita fugerent: ut multa de suis rebus secum asportarent: quū esset admonitus a quodā: ut idem ipse faceret: ego uero inqt facio: nā oia mea mecū porto. Ac Liuio qui lib. ix. de secūdo bello pu. sic ait. Dies noctesq passim oia mulierum: puerorūq qui rapiuntur: atq asportantur ploratibus sonant. Et Apuleio: qui libro quarto metamorphoseos suç sic ait. Iubeo singulos cōmilitonum asportare quantum quisq poterat auri uel argenti:& si uersus consistit:& sententia congruit:& omnes codices ita habent: uanum profecto arbitramur uerbum demutare: sensui maxime congruum:& supponere non ita fortassis congruū: qum exportare de loco aliquo particulari:& signato potius intelligatur:& ad locum propinquum: asportare auteꝫ magis generale uideatur:& ueluti de regione: aut uniuerso agro:& ad remotiorem locum.

PYLADes

Solens

Asporto

SARACENVS. Impatoris exercitus munus focus uñ sit

¶ IGItur: pro postea. ¶ Dispertiti ordines: Ordinaturus aciem inquit Vegetius tria debet ante prospicere: solem puluerem: & uentum: Nam sol ante faciem uisum eripit: uentus contrarius tela inflectit: ac deprimit: hostium adiuuat tela: puluis a fronte congestus oculos implet: & claudit: & infra ponit Vegetius legem ordinum instruendorum aptissime: tu illum uide in tertio. ¶ Conuenit: pactione firmatur. ¶ Focos a fouẽdo: ꝙ ignem feruent: & foueant: inde foculus: Gelius de Sibylla locutus: Tum illa foculum coram rege cum igni apposuit: Tibullus: Dum meus assiduo luceat igne focus. ¶ Tubæ: Vegetius in secundo differentiã facit inter tubicines: bucinatores: cornicines: & classicum canentes. ¶ Suscipere & hortari: ꝑ suscipiebat: & hortabatur.

Reductũrum, abituros argos argiuos. pacem, atq; ocium
Dare illis. Sin aliter sient animati, neq; dent, quæ petat,
Sese igitur sũma ui, uirisq; eorum oppidum expugnassere.
Hæc ubi Telebois ordine iterarunt, quos præfecerat
Amphitryo, magnanimi uiri, freti uirtute, & uiribus
Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant.
Respondent, bello, & se, & suos tutari posse. Proinde uti
Propere de suis finibus exercitus aducerent.
Hæc ubi legati pertulere, Amphitryo e castris illico
Producit omnem exercitum. contra Teleboæ ex oppido
Legiones educunt suas, nimis pulchris armis præditas.
Postq̃ utrinq; exitust maxuma copia,
Partiti uiri, dispertiti ordines,
Nos nostras more nostro, & modo instruximus
Legiones, item hostes contra suas instruunt.
Deinde utriq; imperatores in medium exeunt.
Extra turbam ordinum colloquontur simul.
Conuenit, uicti utri sint eo prœlio
Vrbem, agrum, aras, focos, seq; uti dederent.
Postq̃ id actust, tubæ utrinq; canunt contra
Consonat terra. clamorem utrinq; efferunt.
Imperator utrinq; hinc, & illinc Ioui
Vota suscipere. hortari exercitum.
Pro se quisq; id, quod quisq; potest, & ualet,

VALLA.

¶ SE se igit. Interptatur Nonius hoc loco: igit pro postea. ¶ Sin aliter. Donatus in Terẽtii eunucho iterptatur aliter hoc loco: deinde. ¶ Oppidũ expugnasse: idest expugnatuꝝ esse: aut expugnasse pro expugnauisse: ut ad animi uotũ referatur: nisi expugnassere sit legendũ. ¶ Legiones educunt suas. Vege. Sciendum autem est in una legione decem cohortes esse debere: quæ habet peditũ sex milia centũ. Eqtes autem septingentos triginta. Minor in una legione numerus: & esse nõ debet: maior autẽ inuenitur. hæc binas habet acies primam & secunda3: quaꝝ singulæ qnq; cohortibus cõstãt. Legionũ autẽ proprietatem a delectu militũ. Varro de uita patrum libro tertio dictam interprætatur. Tum appellatus est delectus: & ab electione legio: ab hac superuacaneoꝝ consuetudine ascribitur. ¶ Vrbẽ: agru3: aras: idest humana: & diuina. ¶ Focos. i. quę ipsi in focis agerent. focus ꝙ foueat oia dictus: inquit Ouidi. Focales: qui focum sustineant a Catone dici. nam focale quod collo circũdatur ob ualetudine3: quasi faucale dictũ a faucibus: qũo soricem: & saurice dicimus: codam: & caudam: codicem & caudicem: coponem & cauponẽ: plostru3 & plaustrũ: & id genus alia. ¶ Consonat terra. Varro: terra inquit tribus modis: cõi: proprio: & mixto. Cõmuni ut cu3 dicimus orbẽ terræ: & terrã Italiã. aut quã aliã. In ea enim & lapis & harena eius generis sunt. Altero mõ dicit terra ꝓprio nomine: quę nullo alio uocabulo neq; cognomine adiecto appellatur. Tertio mõ dicit terra: quę mixta: in qua seri pt qd: & nasci: ut argilosa: & lapidosa. ¶ Vota suscipe: & hortari: pro suscipiebãt & hortabãt. figura metalassis.

Legio unde

Terræ significata q̃

PYLADes

¶ ABIturos agro argiuos. nisi scribat: abituros argiuos agro: uersus nõ cõsistit: ueꝝ qa codices antiq hñt: agros argiuos: cẽsuimus scribi agros argiuos. Solet. n. Plautus ludere in uerbis: ut alibi nitidis nitoribus: cũ bulis cu3 bolis. & Paulo infra Neqter ferire malã: male discit manus: & optime optumo optumã operã das. ¶ Argos: autẽ casus accusatiui: & numeri pluralis est: huius nois argos: qđ in singulari neutri: & plurali masculini est generis: & est locutio huiusmodi: tanq̃ si diceres: abituros gallos in galliã: uel uenetos uenetias: aut romanos romã: ẽt si nõ oẽs essent galli: aut ueneti: aut romani: uel nõ oẽs ex gallia: uenetiis: aut roma discessissent: dum tñ sub impatore gallo: ueneto: uel romano militarent. ¶ Sese igit. i. proinde: ut Donatus exponit: hunc locũ citans in eunucho Terẽtii: uel pro postea: ut Nonius: hunc eundẽ locum adducens. ¶ Expugnassere: expugnatuꝝ esse: facit. n. ueluti infinitum a uerbo expugnasso: quod usurpat pro expugnauero: non aliter q̃ enicasso: pro necauero: supplicasso pro supplicauero: irritasso pro irritauero. ¶ Ordine iterarunt ii: quos p̃fecerat. addendum fuit: ii: metri necessitate. nam aliter uersus deficiat. ¶ Superbe nimis: & ferociter. Ita potius scribendũ censemus: q̃ superbi nimis ferociter: uel superbe nimis ferociter: absq; copulatiua: & sniæ congruitate: & grãmaticæ cõcinniori constructione. ¶ Propere de finibus suis. non de suis finibus: metri necessitate cogente. ¶ Postq̃ utrinq; exitum est. hinc iam incipiũt uersus trimetri brachicatalectici: quinq; pedibus constantes. Postq̃ inquit utraq; pars exiuit in campum maximo numero. ¶ Partiti uiri: dispertiti ordines. ita scribendum uersum hunc censemus: ut constet suis qnq; pedibus. hoc dicit: postq̃ partiti sunt uiri: ut in ordines suos redigerent. ¶ Itẽ hostes contra suas istruunt. subaudiendũ extrinsecus legiones: non ascribẽdum metri ratione refragãte. ¶ Cõuenit uicti utri sint. teleboæ. s. uel thebani. dicimus cõuenit mihi tecũ uel cõuenit iter nos: hoc est concordes sumus: & pactione firmamus. ¶ Focos. hoc est domos. in qbus foci sunt. Focus ãt locus est: in quo ignis: fit a fouẽdo dictus: qa in eo ignis suat: & fouet. Tibullus. Dũ meus assiduo luceat igne focus: a quo foculus. Gellius. Tũ illa foculũ corã rege cũ igni apposuit: & tris libros ex nouẽ deurit. ¶ Vtrinq; tubæ canũt. Ita scribi metri nẽcitas cogit: & non: tubę utrinq; canunt. ¶ Hortariq; exercitũ. addendum fuitq;: metri necessitate. ¶ Edit: ferit. nõ ferro ferit: ut codices fere hñt. Abũdat. n. ferro: si metri ratio habeatur. ¶ Tela frangunt. Frangunt: & sentẽtiæ cõcinnitas: & metri necessitas: & omnes codices legi uolunt: non frangunt: ut pius corrigit contra omnem rationem.

Expugnassere

Cõuenit
Focus

¶ BOAT:resonat:nam boare clamare:& uocem mittere:id græcum uerbum. ¶ Constat:consistit:uel erigit. ¶ Ingruunt:Inuadunt:& impetum faciunt:ut ingruit æneas italis:& armorum ingruit horror dixit Virgi.deriuatum uerbum a gruibus:quæ miro procedunt ordine:nec se segræcant:cum uolent:nec cum pascantur:ut notat Fest.unde proprium est grues gruere hinc dictum congruere. ¶ Statim:perpetuo atq; uno statu:nullo enim omisso ordine pugnabant & dicitur statum a stando:idest perseueranter & æqualiter:ut docuit Donatus:est & statim mox illico. ¶ Quisq;:ut steterat iacet id:quod de catilinæ cōmilitonibus refert Salustius:quorum tanta audacia:tātaq; uis fuerat:ut quem quisq; pugnando uiuus locū cœperat eum amissa anima corpore tegebat. ¶ Citi:celeres & quasi citati:& habet primam correptam:nam cum eandē productam habet:dicitur diuisus uel separatus Virgi.Haud procul inde citæ metum in diuersa quadrigæ:distulerant. ¶ Inuolant:Immittunt:irruunt: dictum uerbū uel a uolatu:uel a uola media:scilicet manu:unde iuolare in uolam: idest in manū sumere:& furari:ut Donatus. ¶ Proterūt:conterunt dissipant.

Edit,ferit.tela frangunt.boat cœlum
Fremitu uirum.ex spiritu,atq; anhelitu
Nebula constat.uolneris ui,& uirium
Crebri hostes cadunt,nostri contra ingruunt.
Deniq; ut uolumus nostra superat manus.
Vicinus ui feroces.
Sed fugam in se tamen nemo conuortitur.
Nec recedit loco,quin statim rem gerat.
Animam amittunt prius,quam loco demigrent.
Quisq;,ut steterat,iacet,obtinetq; ordinem.
Hoc ubi Amphitryo herus conspicatus est,
Illico equites iubet dextera irrure.
Equites parent citi,ab dextera maxumo
Cum clamore inuolant impetu alacri

¶ BOat:idest resonat.Virgilius in tertio georgicon.Reboāt:syluęq;:& magnⁿ olympus.Verbum a gręcis sumptū ἀπὸ τοῦ βοάω:idest clamo.hinc boariū forum Romę dicebatur:q ibi uenderentur boues:& bocas genus piscis a boādo:id ē uocem emittēdo appellatus. ¶ Nebula cōstat:idest composita est.Lucilius libro uigesimo sexto.Principio.physici omnes hominem ex anima & corpore constare uolunt.Idem Nonius tamen paulo post hunc citando locum.constitit inquit erectus est Plautus in amphitryone:fremitu uirum:& spiritu:atq; anhelitu nebula constat.Virgilius libro quinto.Constitit in digitos.Cicero tusculanarum libro primo.unde rigida constat crassa:caligo inferum. ¶ Ingruunt:idest inuadunt.Virgilius in secundo æneidos.Armorumq; ingruit horror.& ingruit ęneas italis. ¶ Sed fugam.pro in fugam:nemo conuortitur:pro conuertit.ut Nonius.Cu; tamen esse possit impersonale uerbum quandoq; fuga celeritas.ut fuga pręuertitur hebrum.Virgilius.Idem Simul arua fuga:simul ęquora uertit.Vnde & uelocem equum fugacem uocamus.quandoq; nauigario.Actius in telepho.Remique uexi properiter naue in fugam transeunt:Virgilius libro quinto.Ipsæ iam matres:ipsi quibus aspera quōdam:Visa maris facies:& non tolerabile numen.Ire uolūt:omnemq; fugæ perferre laborem:a græcis uerbum sumptum est.Illi enim phygi uerso u littera in y. ¶ Quin statim.idest perseueranter.No.statim producta prima syllaba a stando perseueranter:& æqualiter signat.Terentius in phormione:Bina talenta cupiebam statim.Plautus in amphitryone.Nec recedit loco:quin statim. ¶ Rem gerat.hoc dicendi modo Cæsar in sexto usus est inquiens.illum uero obscurantur occisum gladio:comminus rem gerit uorenus. ¶ Parent citi.Cito obtemperant.citus quandoq; primam habet longam:quandoq; breuem.Seruius in octauo ęneidos.Vt est in iure erecto:non cito in patrimonio:uel hærē ditate non diuisa.Citus cum diuisum significat ci longa est.Priscianus autem circ inquit quartę excitum concitum penultima producta facit.Ciere autem secunda correpta. ¶ Inuolant.Irruunt.euolant:inuadunt.

¶ BOat cælum fremitu uirum.Virorum inquit fremitu:& clamore cęlum boat:idest resonat.uerbum græcum est ad latinam conuersum inflexionem:βοάω gręce:significat clamo:resono. ¶ Et spiritu:atq; anhelitu nebula cōstat.Ita ordinandus est contextus:& sensus:ut dicat.nebulam erigi ex spiritu:& anhelitu conserentium manus. ¶ Constat:quippe significat erigitur:uel attollitur: ut inquit Nonius hunc locum citans. ¶ Vulneris ui:& uiriu;:delendu; est uerbum cadunt:quod hic perperam antescriptum erat:& subsequi debet uersus. ¶ Crebri hostes cadunt:nō aūt. ¶ Deniq; ut uolumus.Ille enim postponendus est:ut nos ordinauimus:sententię congruitate:& concinnitate ita exigente.Dicit ergo:q ui uulneris:hoc est uulnerum:quę faciebant thebani in teleboas:& ui uirium ipsorum thebanorum:crebri hostes cadebant. ¶ Nostri contra ingruunt:idest magno impetu superueniunt:ut Virgilius.Ingruit ęneas italis:& armorum ingruit horror.Verbum est tractum a grauibus:quæ miro ordine procedentes: non se segregant quum uolant:uel pascuntur:ut notat festus:unde dictum est congruere. ¶ Deniq; ut uolumus.Hic uersus subsequitur:ut diximus:ratione sententiæ.Tandem inquit:nostra manus: & exercitus noster superior restat. ¶ Vicimus ui feroces.Hic uersus uidetur esse monometer:hypercatalecticus:idest duorum pedum:& unius syllabę.Et melius subscribi debet:huic incipienti. ¶ Deniq;:quā illi. ¶ Crebri hostes:sententię concinnitate. ¶ Sed se in fugam.Iterum uersus sunt timetri brachicatalectici:quinq; pedibus constantes:sed tamen inquit:nemo conuertit se in fugam:conuertitur autem pro conuertit posuit:ut Nonius inquit:hunc locum adducens:& scribendum censuimus potius.Sed se in fugam:q̄ sed fugam in se:concinniori uersus:& uerborum ordine. ¶ Quin statim rem gerat.i.perseueranter.Noñ.Statim producta prima syllaba a stādo:perseuerāter:& ęqualiter signat Plautus:nec recedit loco:quin statim rem gerat:hęc ille.Sed & idem plautus alibi in pœnulo inquit.Nam nisi clamabis:statim te obrepet fames.Vbi statim prima longa similiter positū est pro perseueranter:nā quū primā breuem habet:illico significat:ut infra dicemus. ¶ Demigrent.recedant:abeant:est autē secunda breuis hoc loco.Vt etiā apud Manilium in tertio.Nascentum acciperent proprias:signisq; migrarent.alias autem longa est.Virgili.Veteres migrate coloni. ¶ Animam omittūt.Iuxta illud Salustii.Nā fere quem quisq; uiuus locum pugnando cęperat:eū amissa anima corpore tegebat. ¶ Inuolant.irruunt:ingruunt:insiliunt:inuadunt:ita exponit Noñ.locum hunc citans.

SARACENUS. Boare qd — Ingruo uerbi signata — Statum qd — Citus quis — Inuolaṙ qd sit

VALLA. — Cōstaṙ uerbi signata — Fuga q̄ fit — Citus qd significet

PYLADes Boare qd — Ingruere — Statim — Inuolo

Fœdant,& proterunt hostium copias.
Iure iniustas.
Me.Nunquã etiã quicquã adhuc uerbo℞ ẽ ꝑlocutus ꝑperã.
Nã ego fui illic ĩ re ꝑsenti,& meus,quom pugnatust,pater.
So.Perduelles penetrãt se in fugã ubi nr̃is animus additus.
Vortentibus Telebois telis complebantur corpora.
Ipsusq; Amphitryo regem Pterelã sua obtruncauit manu.
Hæc illic est pugnata pugna abusq; mane ad uesperum.
Hoc adeo hoc cõmemini magis,quia illo die imprãsus fui.
Sed prœlium in tandem diremit nox interuentu suo.
Postridie in castra ex urbe ad nos ueniunt flẽtes principes.
Velatis manibus orant,ignoscamus peccatum suum.
Deduntq; se diuina,humanaq; omnia,urbem,& liberos
In ditionem,atq; in arbitratum cuncti thebano populo.

SARACENVS. ¶ FOEdant:uastant Virgi.Impulerat ferro argolicas fœdare latebras. ⁋ Iure iniustas:quia iniustum susceperant prælium. ⁋ Perperã:praue ꝑuerse:unde ꝑperi credunť.homines praui:stulti:mẽdaces. ⁋ Pugnatus est meus pater: quia in bello amphitrioni Iupiter fauit. ⁋ Perduelles:qui nunc hostes dicti sunt ab antiqs.& ꝑduellum bellũ:& dicitur ꝓprie ꝑduellio:qui ꝑtinaciter retinet bellũ:& ꝑduellio: Vlpiano teste diciť reus lesæ maiestatis. ⁋ Animus additus: Adauctus:nam ob uictoriã homó insolescit Demosthenes ad Alexandrũ scribens inqt:ne credas uictoriȩ:q̃ de sui natura est isolens:& superba. ⁋ Pugnata pu. Archaismos locutio familiaris Plau.ut uitam uiuo:& seruitutẽ seruio. ⁋ A ma.dicitur manum bonũ.clarum:ideo post noctis tenebras prima diei pars mane:& deos manes dicimus bonos & prosperos ut cõtrarium imanes:nõ bonos:ut apud Cice.in tusculа. ⁋ Postridie: postero die:ut pridie:priori die. ⁋ Velatis mãibus:pacẽ petẽtiũ more : qđ ostẽdit Virg.in septio.Tũ satus ãchisa delectos ordine ab oĩ:cẽtũ oratores augusta ad mœnia regis:ire iubet ramis uelatos palladis oẽs:& paulopost ne tẽne : ꝙ ultro ꝑferius mãibus uitas:ac uerba præcantum.

Perduelles qui

Dictũ demosthenis

Manum qd

Pacis petendæ forma

VALLA. ¶ FOEdãt ui.idest absumunt per uim. Ita Titus Liuius in.iii. ab urbe condita. Vis sabinorum ingens prope ad mœnia urbis isesta populatione uẽit fœdati agri: terror iniectus urbi est.& aliquanto post. deinde duo simul mala ingentia : exorta fames : pestilentiaq; fœda homini. fœda pecori.uastati agri sunt.urbs assiduis exhausta funeribus.& mox multiplici clade fœdatus annus.& fœdare discutere:diruereq;. Virgili. fœdare latebras. ⁋ Hostium copias:copiæ cum de exercitu dicimus pluraliter efferuntur.Copia uero aliarum rerũ.Ouidius.in meta.Ante ut emoriar q̃ sit tibi copia matri.Tullius ad Cornificium.Quãtum copiarum homines:cum ipse coniectura consequi poteram:tum ex tuis litteris cognoui. ⁋ Et prolocutus perperam:idest peruerse:ac praue.Terentius in phormiõe.Verum istæc de nomine eo perperam olim dixi:ne uos forte imprudentes foras effutiretis. ⁋ Et meus cõpugnatus est.Compugnor & compugno quomodo fabrico & fabricor:assentio & assentior. ⁋ Perduelles penetrant se in fugam.hostes fugiunt. Varro apud Ennium quintum.Inuitis sumpserint perduellibus:perduelles sunt hostes: ut perfecit perduellum:sicut duellum id postea bellum:ab eadem causa facta duellona bellona. ⁋ Pugnata pugna. Archaismos:ut seruio seruitutem:uiuo uitam:& id genus alia. ⁋ Postridie.in die sequenti per syncopam dictũ:quasi posteriori die. Terentius in andria. Venit chremes postridie ad me clamitans. ⁋ Velatis manibus.quod fieri solet maxime a supplicibus:ut porrectis:transpectus brachiis manus sub axillis tegant. Aut uelatis:ornatis:uittatisue pacem:fidemq; pr̃ese ferentibus. Virgilius.Iamq; oratores aderãt ex urbe latina:uelati ramis oleȩ:ubi Seruius. Velati: instructi:& ornati:idest in manibus oliuæ ramos ferentes.Idem in septimo.Tum satus anchisa delectos ordine ab omni.Centum oratores augusta ad mœnia regis:Ire iubet ramis uelatos palladis omnes. Velare coronare. Virgilius.in secundo.Nos delubra deum miseri:quibus ultimus esset.Ille dies festa uelamus fronde per urbem. ⁋ Ignoscamus peccatum suum.putat Nonius esse antiposim pro peccato suo.Dicitur tamen ignosco tibi hanc rem.

Copia qd

Velare uerbi significata

PYLADes ¶ FOEdant.fœda:& tabido cruore ꝓfusa strage:maculant:& uastant:Sic Virg.Impulerat ferro argolicas fœdare latebras. ⁋ Proterunt.dissipãt cõterunt. ⁋ Iure iniustas:Hic uideť esse uersus monometer acatalecticus:duobus solis pedibus constans. Additus ãt hoc loco a poeta sub persona Sosiæ:maximo artificio:ac si diceret:& merito qdẽ: perfidos latrones. ⁋ Nunq̃ etiã.loquitur Mercurius.Et uersus sunt tetrametrici acatalectici:octo pedibus cõstantes usq; ad illũ.Nunc pergam. ⁋ Perperam.praue peruerse:ut inqt Seruius : adducens illud Terentii in phor. Verum isthoc de nomine eo perperam olim dixi:ne uos forte imprudentes foras efutiretis:perperos quoq; Nonius inquit indoctos:stultos:rudes:insulsos:ac mendaces appellatos:& perperitudinem pro iguorãtia:& stultitia. ⁋ Nam ego fui illic.Scribendum est nam.& non nanq; metri necessitate.nam aliter uersus non consisteret:& ita habent etiam codices antiqui manu scripti. ⁋ Quũ pugnatum est:& ita quoq; scribendum est:ex codicibus antiquis:& sñiæ congruitate:& non pugnatus est:ut fere habent codices impressi:& Sarracenus legit:exponens:quum meus pater pugnatus est.i.pugnauit:quia Iupiter fauit amphitryoni in bello. ⁋ Perduelles.hostes : & perduellio is diciť : qui pertinaciter retinet bellum. Vlpiano autem perduellio dicitur reus læsæ maiestatis. ⁋ Penetrant se.agunt se:actiuum fecit. ⁋ Ibi nostris animus est additus.Ita legendus est uersus metri ratione:nã si legas additus est:uno pede deficiat:aut dimidio. ⁋ Additus autem.i.adauctus:nam ob uictoriam homo insolescit.unde Demosthenes ad Alexãdrum scribẽs. Ne credas inquit uictoriȩ:quæ de sui natura in solens est:& superba. ⁋ Pugnata pugna. Archaismos:ut uiuo uitã: seruio seruitutem.non autem paronomasia:ut Pius inquit.est enim paronomasia modus loquendi: quum sumptis in cogitationem aliquibus uerbis:uel noibus:breuiter transmutantes:alteram mouemus intentionem: ut abiit: non obiit:& apud græcos.ουτην υλακην α λλα την φυλακην. Archaismos autem antiquus est quidam loquẽdi mos: ut pugnata est pugna:fugauit fugam:uitam uixit.Itaq; errauit pius non leuiter hac parte:nam illud tacemus:ꝙ nomen ipsum figurȩ exprimere nesciuerit:sed idocte admodum scripserit:dicens:Paranomasia est:quum paronomasia scribi debuisset per.o.in secunda syllaba:quippe:quũ apud græcos p.ω.magnũ scribatur:& non per a. ⁋ Abusq; mane ad uesperum.ita scribendus est uersus:& metri necessitate:& uerborum contextus concinnitate politiori.Mane autem dicitur prima diei pars,quia manum antiqui clarum dicebant:& id tempus post noctis tenebras clarum est:ut

Perperã.

est:ut Non.inqt. Hoc come.magis.hoc ꝓ tāto exponēdū ē:ut Propertius.Hoc magis accepta fallit uterq; fidē. Postridie.postero die:ut pridie priori die. Ad nos ex urbe ueniunt.ita scribēda sunt:& nō ex urbe ad nos ueniūt: metri necessitate:nā aliter uersus deficeret. Velatis maībus.mos p̄catū erat:uittis:& ramis oliuæ manus uelare:hoc ē manibus ferre uittas:& ramos.Sic Virg.Ne tene q̄ ultro p̄ferimus manibus uittas:ac uerba p̄cantū: & paulo supra centū.Oratores augusta ad mœnia regis:Ire iubet ramis uelatos palladis omnes. Peccatū suū.accusatiuus ꝓ datiuo est:ut Marcellus inquit:hūc locū adducens.i.peccato suo:nā ignosco datiuū requirit:ut apud Salustiū: ignoscite cethegi adolescētię:nisi ignoscamus pro remittamus exponas. In ditionem:in imperiu;:in potestatem. Ditē enim antiqui diuitem dixerunt:a quo ditior:ditissimus:& ditio. Virgi.Et uictor ditione tenebat.

Velatę manus

Post ob uirtutē hero Amphitryōi patera donatast aurea.
Qui Pterela potare rex solitus est. Hæc sic dicam heræ.
Nunc pergā heri imperiū exequi,& me domū capessere.
Me. At illic huc iturust,ibo ego illi obuiam.
Neq; ego hūc hoiem hodie ad ædeis has sinā unq̄ accedere
Quando imago est huius in me,certust hominē eludere.
Et enimuero quoniam formam cœpi huius in me,& statū,
Decet & facta,moresq; huius habere me similes item.
Itaq; me malum esse oportet,callidum, astutum admodū.
Atq; hunc telo suo sibi malitia a foribus pellere.
Sed quid illuc est?cœlū aspectat, obseruabo quā rē agat.

¶QVI pterela: Qui pro qua.s.patera: de qua inferius suo loco. Capessere cōferre:recipe:& capessere:pferre Vir. Tua mihi iussa capessere fas est. At at: Interiectio est de iprouiso aliqd dep̄hēdētis Seruio:uel paulatim pcepti:atq; itellecti mali donato. Certū est.aio cōstitui. Statū:habitū. Telo suo:dr telū qcqd emittit manu:sed metaphorice hoc loco positū tęlo suo pro malitia:& fraude sua:qua nitit in alios uti:Seneca in puerbiis:utinā ea lex hoi eēt:ut cū tęlo suo frangeret:nec sępius liceret nocere:q̄ semel. Cœlū:uel a cœlando ut scribit Aelius uel a chao:ut notat Var.& est deoꝝ domiciliū: & ponitur pro aere:Cice.de natura deoꝝ. In q̄bus aer fit purus:ac tenuis q̄ eoꝝ:q utunt crasso cœlo atq; cōcreto:Lucre.q̄ gn̄ant in hoc cœlo:q dr aer:a cœli similitudine palatū cœlū appellarunt:Plinius cerebrū uisceꝝ excellētissimū est:proximumq; cœlo capitis.

SARACENVS.

Capessere quid.

Telū qd sit

Cœlū unde dicatur

¶PATEra donata aurea.carchesium dicit:cuius Macrobius in quinto meminit:& nos alibi abūde locuti sumus. At at illic.interiectio est illic pro ille sosias. Formam cœpi huius in me:& statum.Diximus supra formā: Asconii snīa:circa gestum:motūq; membrorum.Statum circa ornatum. Tælo suo sibi:idest aduersum ipsum.

VALLA.

¶PATEra.Macrobius li.v.saturnaliū sic ait.Est aūt carchesiū poculū gręcis tm̄ modo notū.Meminit eius pherecydes in libris historiaꝝ:atq; iouē alcumenę p̄cium cōcubitus carchesiū aureū dono dedisse.Sed Plautus insuetū nomē reliqt:atq; in fabula amphitryone:paterā datā dixit:quū longe utriusq; poculi figura diuersa sit.Patera.n.ut & ipsum nomē indicio est:planū:ac patēs est.Carchesiū uero pceꝝ:& circa mediā partē compssum:ansatū.mediocriter:ansis a sūmo ad ifimū ptingētibus. Asclepiades āt uir iter gręcos apprime doctus:ac diligens:carchesia a nauali re existimat dicta. Ait.n.Naualis mali partē iferiorē paternā uocari:at circa mediā ferme partē τράχηλον dici. Sūmā uero partē carchesiū noiari:& inde diffundi in utrunq; ueli latus:ea:quæ cornua uocant.Hæc Macrobius.Ioannes autē Baptista pius:quū hæc Macrobii uerba referret in suos cōmentarios:nec qd sibi uellent itelligeret. ut sæpe alias:ita & hic pueriliter lapsus est:ingens ac scribens naualis ueli:pro naualis mali:ac paterā:pro p̄rnā:nec nō eaq; cornua:pro ea quę cornua:quū ueli nullo mō in loco illo stare possit:neq; patera neq;:eaq;:si snīæ cōgruitati cōsultū uelimus:id qd doctoꝝ iudicio relinqmus.Paterna aūt calcaneū significat dicta:ut Suidas inqt:qa sup eo totū corpus consistat: τράχηλος spina est:quæ mediū hoiem a capite ad imū corporis secat.Carchesiū uero sūmū mali significare:& uulgus ipsum asserit:calcesiū uocans:& Non.sūmā partē mali.i.foramina:quæ sūmo mali funes recipiunt esse asserit:ultra certū poculi genus. Qui pterela potitare rex:qui pro qua positū est.Potitare aūt scribendum est:metri necessitate:& nō potare:ut pius inepte scriptū reliqt:cōtra legē carminis. Nūc pgā.hic iā icipiunt uersus tetrametri brachicatalectici:septē pedibus cōstantes usq; ad finē huius scenæ. Capessere.cōferre:recipere:alias pferre. Vir.Mihi iussa capessere fas est. At at.Interiectio est de iprouiso aliqd dep̄hēdentis Seruio: uel paulatim pcepti:atq; itellecti mali Donato. Ibo illi ego obuiā.Ita scribēda sunt uerba:si cōgruitati uersus satisfactū uelimus. Et nō.Ibo ego illi obuiā.nā pes unus deficeret. Neq; ego.Siqs nugis:ambagibusq; pii mētē adhibeat hoc loco: tam multa coaceruātis de duabus abrogatiuis:hoc est abnegatiuis:quę qnq; snīam roborent:ut nūc apud Plautū: facile deprehēdat:illum oino insciū tetrametri huius brachicatalectici carminis:& perq̄ rudem.Nā in hoc uersu non sunt duæ negatiuę mō ullo:qnimo lege ipsa carminis esse nō possunt:neq; sic legi potest uersus:ut in codicibus fere omnibus impressis scriptum est calchographorum inscitia:hoc est:ad ædis has si nam nunq̄ accedere:sed sinam nunquā accedere:ex codicibus antiquis:& manu scriptis:& uersus congruitate:cessantq; futiles omnes illius super hac re cōmentationes. Statum.staturam consistentię modum:& figuram.Super illo Terentii:uidere nimium uellem : qui esset status:Donatus ita inquit.Statura corpori ascribitur.Status ad habitum refertur:ergo status est scenici. Statura longitudo corporis. Telo.telum dicitur quicquid manu emittitur.Vnde lapis:lignum:plumbum:ferrum hoc nomine continentur:dictum ab eo:q̄ in longinquum mittatur. τηλε enim siue τηλου longe significat: qd & græci βέλος dicūt ἀπὸ τοῦ βάλλειν.i.a iaculando.Sisenna.Manuales lapides dispartit:propterea q̄ is ager omnis eiusmodi telis indigebat.Et Virg.pro gladio posuit. At non hoc telum mea quod ui dextera uersat:effugies.Sed hoc loco metaphorice positum est pro malicia:& fraude. Suo sibi.pro suo:& peculiari.nam seruorum telum:malitia est: & fraus. Cælum aspectat. Quum miraretur Sosia:nundum illucescere:noctemq; eam lōgius solito produci: suspiciebat in cęlum:uisurus:an stellę iam occiderent.Cęlum autem uel a celādo dicitur.quia omnia cęlet: & tegat: uel quia cęlatum:& insignitum sit stellis:ut Plinius ait:uel a κοῖλον.i.curuum:quia ipsum curuum sit: & concauū. Vt etiam Varro testatur.itaq; & per.æ.& per œ diphthongum scribi potest.Est autem deorum domicilium:& pro aere etiam accipitur.Lucretius.Quæ generantur in hoc cælo:qui dicitur aer.

PYLADes

Patera

Paterna

Atat

Status

SARACENVS. Herculis cōceptus nox quanta. Septētriōes unde. Luna unde dicta sit.

¶ NOcturnum:noctis deum.¶ Obdormiuisse ebrium:quia nox erat solito longior:nam tres noctes refert diodorus in unam coiuisse:cuius uerba mox suo loco subiiciam:& Seneca in tragœdiis:de hercule locutus. Cui concepto lux una pit:noctesq; duas contulit eous.¶ Nam neq; septentriones:quæ sydera mouentur circa polum arcticum:suntq; nobis semper ęternę aparitionis:& dicuntur septentriones:quasi septem teriones.quia partes cœli terunt circa polum ipsum:nam triones proprie dicuntur a Varrone boues a terra quā arabant:uel φ ternę trigona faciant:nā quoquo modo spectentur:illæ stellę:triangulum efficiunt.¶ Luna:dicta a lumine:Catullus:dictaq; a lumine luna:Cice.quoq;:tu; illa quę luce lucet aliena:& ideo interpositione terræ.i.terræ umbrā obsistēte quotiens fuerit in diametro:& ecliptica cu; sole:eclipsim patit̄:a luna deorsum natura icipit caducorum:ipsa mortalium corporu; author & cōditrix:adeo(ut refert Macrobi⁹)ut nō nulla corpora sub luminis eius accessu patiant̄ augumenta:& hac decrescente minuantur:Sed ista physicis relinquamus.

So.Certe ædepol scio,si quicquast quod credā,certo sciam,
Credo ego hac noctu nocturnum obdormisse ebrium.
Nam neq; se septentriones quoquam in cœlo commouent,
Neq; se luna quoquam motat,statq;,uti exortast semel.
Nec iugula,nec uesperugo,neq; uergiliæ occidunt.
Statim ita stant signa,neq; nox quoquam concedit die.

Iugula qd. Vesperugo quid. Vergilię q: & qn occidant. Firmamēti motus. Motus firmamēti qlis.

¶ Iugulę:Varro:Iugula signum:quod Actius appellat oriona:huius signa caput dicitur ex q̄tuor stellis:quas infra duæ claræ:quas appellant humeros inter quas:quod uidetur Iugulū iugula dicta:Higinus de orione locutus:Hic habet in capite stellas tres claras in utriusq; humeris singulas.¶ Vesperugo:Stella est:quę uespere oritur siue cernitur:uespera:& uesperugo a latinis:hesperos a græcis:mutata aspiratione in u uespera est Veneris stellas:& Solē subsequitur:cum autem antecedit:a latinis lucifer:a gręcis phosphoros.¶ Neq; uergiliæ occidunt:Tendunt ad occasum dicuntur uergiliæ:quę & pleiades:φ earꝫ ortu uer fiat:uel φ circa eqnoctium uernum fit earum ortus matutinus:signum idest ante genua Tauri:qui ut ex higino auersus orit̄:& occidit:ortu suo primum nauigationis tēpus ōnditur:a latinis autem uergiliæ a uerni tpis significatione dicunt̄:a gręcis pleiades multis de causis.¶ Ista statim stant signa non dixit stant:quia eorum:nam moueri debuissent:sed quia eorum.sphæra tunc cursum suum & motum non uidebat peragere:in qua fixa sunt:cuncta enim:quę conspiciuntur sydera:exceptis septem planetis hęrent cœlo:octauo uidelicet globo:qui quidem mouetur cum reliquis licet suo proprio tardiore motu:nam raptu primi mobilis omnes inferiores spæræ ab oriente in occidentem feruntur intra diem ac noctem circa terram semel:motu uero proprio cōtra nitentes ab occidente in orientem mouentur per obliquum:contra primi mobilis motum:sed diuersis temporu; interuallis:ita ut cęteris tardior octaua sphęra in annis centum conficiat gradum unum.¶ Neque nox concedit diei:uidentur nanque alternis sibi cedere ut modo dies modo nox imperet.

VALLA. Septētriōes unde dicti. Pleiades q. Signum qd sit.

¶ HAC noctu nocturnū.noctu pro nocte dixi.Nocturnū āt noctis deū.¶ Septētriones.a septē stellis septentriones dicti.¶ Atq; uti:atq; pro q̄ dixit.¶ Næc iugulæ nec uesperugo.Varro apud Plautū:neq; iugula:neq; uespugo:neq; uergiliæ occidunt.Iugula signū qđ accius appellat oriona:cū ait:citius orion patefit:huius signi caput dr̄ ex tribus stellis:quas ifra duæ clares:quas appellant humeros:iter quas qđ uidet̄ iugulū iugula dicta.Vespugo stella:q̄ uespe orit̄:a quo & Opilius scribit uespeꝝ.Vespuginē ergo stellā ueneris dicit:quæ nunq̄ tam lōge a sole abest:ut ad sexāgulā mundi figurā pueniat:quæ solē antecedens lucifer:sequens solē a græcis hesperus:a latinis mutata aspiratione in u eolicū digāma:tā uesper q̄ uespugo noiatur:& qñq; pro sero diei capit̄:sicut uespere & uesperi aduerbia.¶ Neq; uergiliæ.quę a græcis pleiades:a latinis uergilię:qđ uerno tpe cū sole oriant̄.Seruius in georgicis.Pleiades signū est ante genu tauri:qđ ortu suo priæ nauigationis tps ōndit:ut gręce ἀπὸ τοῦ πλεῖν.i.nauigādo dicitur.Latine āt uergiliæ a uerni tpis significatione quo oriunt̄.¶ Ista stati.Nonius Mar.statim mox dr̄:Cic.in uerrē:stati lr̄as messanā.dedit stati pria pducta syllaba a stādo.pseuerāter & ęqliter significat.Terē.in phormione.Bina talēta capiebaṣ stati.Pla.Nec recedit loco:qn stati rē gerat.¶ Stāt signa.signū pter qđ docti pariter & idocti oēs itelligūt:multis adhuc dr̄ modis.Nā signū apud geometras noiatur uel in pricipio lineę:uel oīno extra figurā nota:cuius pars nulla.Nā in figuræ medio dr̄ cētrū.In re militari signū uexillū est:uñ antesignani.signū ēt statua. Hora.& cētū potiore signis munere donat.& signū qđ iprimitur:cuius diminutiuū sigillum:& denominatiuū signaculum. Signu; etiam apud oratores:ut Cicero in rhetoricis:& Quintilianus in oratoriis istitutionibus:uis argumenti est de inexptibus artis sūpta locis.signū ab astronomis stellaꝝ multitudo noiat̄:sub una cōpręhensa effigie:ut sunt signiferi signa duodecim. Vt Cancer:Leo:Virgo:& extra signifeꝝ alia:ut bootes:cynosura:helice:in qua significatione hic locutus est Plau.

PYLADes. Septētriōes. Iugula. Orion.

¶ SI quicq̄ est:qđ credā:ita scribenda sunt uerba:& non si quicquā est aliud:quod credam. ¶ Supfluit.n.aliud:si uersus ratio aiaduertat̄.¶ Credo hac ego noctu.ita scribēdus est uersus metri necessitate:& non credo ego ac nocte:cōtra rōnē metricā.¶ Nocturnū.noctis deū.¶ Septētriones.Quę sydera mouent̄ circa polū arcticū:suntq; nobis sp apparētia:ea gręcis ἀμάξα:ut inqt Varro.Nobis uero septentriones appellant̄:qa septē sint:& tanq̄ triones:hoc est boues:partes cæli terāt circa polū ipsum:triones.n.boues a Varrone dicunt̄:q̄si tetriones a terra:quā arabāt:uel stellæ ipse triones uocātur:φ ita sitæ sint:ut terne trigona faciāt.nā quoquomō spectent̄ illę stellę:triāgularē ōndūt figurā.¶ Luna quoq; mutat.ad ullā pte uertit:& uoluit.¶ Statq; uti exorta ē semel:stat legēdū cēsemus:sensus cōcinnitate:& maiori cōtextus silitudine:qppe oēs codices hñt:atq; uti.Et nō.Estq;:ut corrigit Pius audax admodū lr̄æ antiq deprauator:dicēs.Atq; uti obelo fodica hęc uerboꝝ mōstra:his ascitis:Estq; uti.¶ Nec iugulę:iugula:ut Fest⁹ Pōp.iqt dr̄ stella orion:φ amplior sit cęteris q̄si nux iuglādis.Varro āt sic.Iugula signū est:qđ actius appellat oriona:quū ait citius orion patefit:huius signi caput dr̄ e stellis q̄ttuor:quas ifra duę clarę:quas appellāt humeros:iter quas:qđ uidet̄ iugulū:uñ iugula dicta.De orione multa Iginius:& alii.Dicius aūt orion:& oarion:ad callimachi:& alioꝝ grecoꝝ exēplū.uñ Catullus.Proxius hydrochoi fulgeret oarion.¶ Vespugo:uespuginē Varro scrib.stellā esse:q̄ uespe orit̄:uñ & uesp dicit̄.Vitruuius āt lib.ix.ita inqt.Id āt maxie ita eē cognoscit̄ ex ueneris stella:φ ea quu; solē sequat̄:post occasum eius apparens in cælo clarissimeq; lucēs:uespugo uocitat̄:aliis āt tpibus eā antecurrens:& oriens ante lucē lucifer appellatur.¶ Neq; uergiliæ occidūt:tēdunt ad occasum.Seruius primo georgicon.Pleiades inquit

inquit signum ante genua tauri: quod ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit: unde græce pleiades dicũtur. ἀπὸ τοῦ πλεῖν. i. a nauigãdo. Latinę uirgiliç a uerni tpis significatione: quo oriunť: alii aũt eas pleiades dicunt a matre pleione oceani filia: ex qua & atlãte sint natæ. Eę ãt septẽ numero ferunť: quų tñ nemo amplius q̃ sex uidere possit: cuius cã hæc dr: q de septẽ sex cũ imortalibus: hoc est diis cõcubuerũt: tres cũ Ioue: duæ cũ neptuno: una cum marte: reliqua ãt Sisyphi uxor demõstrať. Ita. hęc dictio metri rõne: cũ hoc uersu cõiūgi debet. nã alr mãcus eẽt: & ita scribi debet: & nõ ista: ut ferme hñt codices. Stati stãt signa. Hęc cõueniũt cũ supiorib⁹: ubi dixius: statq; uti exorta est semel: legẽdũ eẽ. Stati ãt pria pducta hic legẽdũ quoq; est: & signat iugiter: diu: & pseuerãter: ut supius dixius: ex Noni snia. Nã quũ signat illico: & subito primã corripit: Mar. Sex sestertia si stati dedisses. Itẽ. Tu factã tibi rẽ stati putasti. Cõcedit die. Die scribẽdũ est: & nõ diei: ut cõmuniter hñt codices: & legũt Pius & Sarracenus iterpretes. nam uersus non consisteret: abundaretq; una syllaba. Die autem pro diei positum est. ut sit ablatiuus pro datiuo: ut apud Virgi. Teq; aspectu ne subtrahe nostro. Quod sumptum. atq; epulas uictu præponis honesto.

Me. Perge nox, ut occœpisti, gere patri morem meo.
Optume optumo optumam operã das, datã pulchre locas,
So. Neq; ego hac nocte longiorem me uidisse censeo,
Nisi item unam, uerberatus quam pependi perpetẽ.
Eam quoq; ædepol multo hæc uincit longitudine.
Credo equidem dormire solem, atq; appotum probe.
Mira sunt, nisi inuitauit sese in cœna plusculum.
Me. Ain uero uerbero? deos esse tui simileis putas?
Ego pol te istis tuis pro dictis, & malefactis furcifer
Accipiam. modo sis ueni huc, inuenies infortunium.
So. Vbi sunt isti scortatores, qui soli inuiti cubant?

SOlem dormire. Quia ad supius hemisperiũ nõ remeabat dictus est Sol: q solus tãtã claritatẽ obtinent: cuncta si quidẽ radiorų suorų imissione collustrat: unde merito appellatus est princeps: & moderator luminum reliquorų: quem heraclitus dixit esse cœlestis luminis fontem: alii mẽtem mundi: physiciq; cor cœli uocauerunt: sed de his forte alias: ne nimis lasciuiat oratio. Appotũ pro: Bibitione repletũ. Inuitauit: Repleuit: est etiam inuitare delectaŕ: ut inuitat genialis hiems Virg. Similis tui: Ad mores referť: naș sitis tibi ad uultũ: ut notauit cap: lș Plau. ipsa dixerit: nimis similis est mei: de forma: nõ moribus locutus. Accipiã: Hoc loco male tractabo Cicero in uerrẽ: male accipiat uerbis dixit: & Terentius: idignis sum acceptus modis: aliter accipere in bonã partẽ dicit Ci. roga ipș quẽ admodũ ego eũ arimini accepi. Sis: Pro si uis ut Cicero in oratore: & astipulatur Quintilianus: quo uerbo sæpissime utiť Plautus ad uerba iperatiua docente Donato: qa uidebantur contumeliosa addebant: sis pro si uis. Scortatores: Scortorum sectatores: dicuntur scorta a festo: quia ut pelliculę subigantur: omnia nanq; ex pellibus facta dicuntur scorta: uel q in grabatis pelles stratas tenere consueuerunt.

SARACENVS. Sol unũ dictus sit Sol cœli cor.

Inuitare quid sit

Sis p si uis

Scortatores qui

QVAM pependi perpetem: idest iugem: locumq; obtinet aduerbii: unde fit perpetuus. Atq; appotũ: idest plus nimio potasse. Probe: idest plurimum. In cœna plusculum: hoc est aliquanto plus solito. Modo sis ueni huc. sis pro si uis. Cicero in oratore ueteres posuisse ait. Isti scortatores. Qui scorta conducunt. Qui soliti inuiti cubant: ab eo quod est solus solitus solita solitum factum: hoc est solitaris: & solitare. Sensus est: ubi sunt: qui scorta conducunt: quippe quod inuiti cubent soli. Nam ab eo: quod est solus: fit solitus: inde solitaris.

VALLA.

Soliti unde

PERge nox. Mercurius loqť. Neq; ego hac nocte. loqť Sosia: dicẽs: nõ meminisse: se unq̃ uidisse noctẽ aliquam hac lõgiorẽ: pter unã: quã pepẽdit ppetẽ. i. in qua tota nocte pepẽdit: & pedibus suspẽsus stetit: ut mos est seruorų improborų: qui ab heris: ut castigenť: suspẽdunť: plectũturq; uerberibus. Eã quoq; ædepol multo hęc uincit lõgitudine. Ita scribẽdus est uersus: & delẽdũ: ẽt: quã dictionẽ metrica rõ nõ patiť. Credo eqdẽ etiã dormire solẽ: si metri rõ attendať: ita scribendus est: & hic uersus: & dictio. Etiã: quę in pcedẽti supfluebat: hic reponẽda est: & tollẽdũ ædepol: uti abũdans: nec cõgruens lepiditati sermonis latini. Nisi iuitauit. i. nisi repleuit se nimiũ uino: adeo: ut illud edormiscere nũc opus sit: & pterea adhuc nõ oriať. Verbero. uocatiuus casus est: uerbero aũt dr: qui uerberibus dignus est: grçce mastigias: alibi a Plauto bucęda appellatus: hoc est a bubulis coriis cædẽdus: uel Restio. i. reste dignus: & suspẽdio. Siłis tui. ad mores referť: siłis aũt tibi ad uultũ: ut Caper notat: q̃q̃ Plau. ipse dixerit: nimis similis est mei de forma: nõ de moribus loquens. Istis pro tuis dictis ita uerba scribẽda sunt: nõ istis tuis pro dictis: metri rõne ita exigẽte. Accipiã. male tractabo. Accipe: ut in nr̃o uocabulario dixius: signat tractare: in bonã: & i malã pte. In bonã: ut apud Ciceronẽ. Roga ipm: quẽadmodũ: ego eũ arimini accepi: in malã: ut apud Terẽti. Ego abs te miseris suș acceptus modis. Signat cape Vir. Alii taurinis follibus auras: accipiũt reddũtq;. Intelligiť. Terẽ. Clinia alr de amore tuo: atq; est: accipis. Apuleius. Neq; tu ita accipis: ut res se habet. Audire. Virgi. Accipe nũc danaũ insidias. Datũ cape. Virg. Accipe: & hęc manuũ tibi: quę monumẽta meaų. Sint puer. In cõuiuiũ recipe. Vir. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Sis. pro si uis: ad uerba. n. ipetratiua: ut inqt Donatus: qa uidebanť contumeliosa addebant sis: pro si uis: ut fac sis: uide sis. Vbi sunt isti scortatores. Scortatores dicũť scortorų: hoc ẽ meretricũ sectatores. Scorta. n. ut Festus inqt: appellanť meretrices: qa ut pelliculæ subigunť: oĩa nãq; ex pellibus facta scorta appellanť: uel q in grabatulis pelles stratas tenere cõsueuerũt. Qui soliti iniți cubant. ut fabulať: garritq; de more Pius iterps hoc loco: dicẽs: elegãter & iocose: scortatores dici iniți: quũ cubãt: sõnia qdã laruasq; effutiẽs. Sș hoc qdẽ i ipso nugaų pricipio: quũ uero paulũ pgressus ẽ: Delirat pẽitus ac desipit: dicẽs. Mẽdã tñ: & eã mẽdosam i codice uideor agnosceŕ: ut fortassis illic: nõ soliti iniți Pla. scriptũ reliqrit: sș soŕ i nitellis. Scorta. n. ut amicæ delicatulç: morosulæ: & sagacis naris: ipẽdio sint: melli muscũ: & id gen⁹ delicatula olfactoriola: suffimẽta: odoramẽta: pelliculã muris: nitoresq; oĩs: & uenustates gerũt &c. Nã nullo mõ. solis in nitellis: hic scribi põt: & oĩuș codicũ ueteų: & nouoų scriptura refragãte: & metri rõne nõ tolerãte: sensusq; cõcinnitate reprobãte. Quapropter legẽdũ oĩno cẽsemus contextum hunc: ut iacet: qui soliti iniți: cubãt: hoc sensu. Vbi sunt isti scortoų sectatores: qui quũ alias soliti sint iniți. i. conari & uires oẽs exponere: ut scorta: meretricesq; adipiscanť: nũc cubãt: & dormiũt: quũ maxime curare: & adniti deberent cõmoditate noctis huius longioris freti? & ita sensus clarissimus: codex illæsus: & uersus integer fuerit.

PYLADes

Scortatores

Locus restitutus

SARACENUS.

¶HAEC nox:ſcita:Nã ad explendã uenerẽ nox lõgior cõmoditatẽ affert:& male poſitũ pro ualde Cice.id ꝙ ad rẽ ptinere credebat:ſcriptores illos male mulctatos.¶ Scita:Pulchra:cõmoda:apta:uel q̃ placet nam cõtra iſcitũ qđ diſplicet.¶ Aeq.i.tã Virg.in Geor.negãt alios æq ſerpẽtibus agros:dulcẽ ferre cibũ.¶ Credo.miſericors:Et q̃ ſequũtur oĩa feſtiuiſſime:& cũ ioco dicta.¶ Oppido:Pro ualde deductũ uerbũ a ruſticis:qui cũ interrogarenẽ de annonæ charitate reſpõdebãt oppido:quaſi q̃tum oppido ſufficeret & hinc uſurpatũ oppido pro ualde.¶ Igiẽ:Pro deinde.¶ Agite pugni.Nũc Mercurius uocem attolit.¶ Ventri uictum non datis:Quaſi ex hoĩum cæde ſibi uictũ q̃reret.

Oppido unũ

Hæc nox ſcitaſt exercendo ſcorto conducto male.
Me.Meus pater nũc ꝓ huius uerbis recte,& ſapiẽter facit.
Qui complexus cum alcumena cubat amãs,aio obſequẽs.
So.Ibo,ut herus quod imperauit,Alcumenæ nunciem.
Sed qs hic eſt hõ,quẽ añ ædeis uideo hoc noctis?nõ placet.
Me.Nullus ẽ hoc meticuloſus æque.So.quẽ?ĩ mẽtẽ uenit.
Illic homo hoc denuo uolt pallium detexere
Me.Timet homo.deludã ego illũ.So.proh dẽtes pruriũt.
Certe aduenientem hic me hoſpitio pugnæ accepturus eſt.
Credo miſericors eſt,nũc propterea quod me meus herus
Fecit,ut uigilem,hic pugnis faciet hodie,ut obdormiam.
Oppido interii.obſecro hercle quantus,& quã ualidus eſt!
Me.Clara uorſum fabulabor.hic auſcultet,quæ loquar.
Igitur magis maiorem in modum ſeſe concipiet metum.
Agite pugni,iam diuſt,ꝙ uentri uictum non datis.

VALLA.

¶SCORto cõducto male.Male Donatus exponit magno.ita & bñ ualde quoq ſignificat:ut apud Ciceronẽ in Bruto: bñ doctus:bñ lr̃atus:& bonũ magnũ.Perſi⁹.At bõa pars ꝓceꝶ.¶ Hoc meticuloſus.i.mœtu plenus.¶ Cũ in mẽtem uenit:illic hõ:hoc denuo uolt paliũ detexer̃.melius q̃ dextere:ut ſit ſenſus:uult alio mõ me induere q̃ indutus ſim:hoc eſt pugnis ualde cędere.Auget.n.de ꝑticula:ut in deamo deiuro.Virgil.Viminibus molliq paras detexere iunco.¶ Dẽtes pruriũt.Carnis & neruoꝶ nõ oſſis eſt pruritus.Pruriunt ergo dẽtes:catacreſis figura pro ſtrident.¶ Oppido iterii.oppido pro ualde etiam poſteriores dixerunt:ne duꝫ uetuſtiſſimi uelut ſæpe Victruuius.

De ꝑticulæ natura

PYLADes

¶SCIta.pulchra:cõmoda:apta.¶ Cõducto male.male.i.diſpẽdioſe & maxio ꝑtio:ita exponit Donatus.ſuper illo:ꝑdi male cõciliate.¶ Meus nũc pater ꝓ huius uerbis.ita ſcribẽda uerba ſunt metri neceſſitate:& non:meus pater nũc.abũdaret.n.pes unus.¶ Pro huius uerbis ſecũdũ huius uerba.¶ Nullus eſt hoc meticuloſus ęq.Aeq aduerbiũ eſt:a noĩe ęquus:qđ ꝓprie planũ ſignificat:ab aq deductũ:in qua ſũma eſt ęq̃litas:& planicies:duꝫ qeſcit:& per metaphorã poniẽ pro iuſto:qa nullã in partẽ iclinat.Similiter æq pro iuſte accipiẽ.Seneca.Iudex qui ꝑte inaudita altera aliquid ſtatuit:ẽt ſi æq ſtatuerit:haud æquus fuit.Aliquando æq ſignificat tam:ut in illo Virgilii ſecundo Georgico.Negant alios æq ſerpentibus agros:dulcẽ ferre cibũ:& ſic hoc loco.Illud notauimus:in hoc ſignificato:aduerbiũ hoc nõ ſolũ cõparãdi eſſe:ſed ẽt conſtructionẽ cõparatiuoꝶ habere.Et quẽadmodũ dupliciter cõſtruimus magis & minus:hoc eſt:uel cũ ablatiuo:uel cũ q̃ & nominatiuo:aut altero caſu a uerbo p̃cedenti depẽdente:ut ſum magis doctus te:uel q̃ tu:magis amo neſtorẽ q̃ petrum:magis ĩdigeo pecunia q̃ pane:ita ẽt dicamus:ęq ac:uel æq atq:cũ noĩatiuo:uel aliis caſibus.Terẽ.Aeq miſer:atq ego.Cice.ad curionẽ.Me certe habebis:cui carus ęq ſis:& ꝑiocundus:ac fuiſti patri.Idẽ ad ſeruiliũ:ſed me colit:& obſeruat æq:atq illũ ipſum patronũ ſuũ.Sed & cũ q̃ cõſtructũ inuenias ſine caũ aliquo:ſequente clauſula.Plautus in ſticho.Ridiculus æq nullus eſt:q̃ dum eſurit.Brutus ad Ciceronẽ.Hoc ego ad meũ officiũ priuataꝶ reꝶ ęq atq ullã aliã rẽ ꝑtinere arbitror:uel cũ ablatiuo tm̃:abſq ac:uel atq.uel q̃:ut hoc loco:nullus eſt meticuloſus æq hoc.Et in Curculione.Qui me alter in terra ęq erit fortunatus palinure.¶ Meticuloſus.timidus:metu plenus.¶ Metus.n.eſt de p̃ſenti:uel futuro ꝑiculo:mentis trepidatio:ut Vlpianus definit:a quo diminutiuũ meticulus:& inde meticuloſus:& meticuloſe aduerbiũ pro timide.¶ Quẽ:interrogatiue poſitũ eſt:& ſubaudiendũ uerbum.nam per apoſiopeſim poſitũ eſt:quẽ quaſi dicat:quẽ q̃rit hic:¶ In mentẽ uenit.nũc demũ inquit excogitaui:quẽ quęrat:quaſi dicat:me q̃rit.¶ Illic homo.hic hõ me uerberare uult:ſed ꝑ circũloquutionẽ ait:uult denuo paliũ hoc meũ detexere:hoc ẽ cõtexere:de.n.particula licet interdũ diminuat:uel cõtrariũ ſignificet:ut detraho:detego:tamẽ iterdũ quoq auget:ut in deierare:demori:& ſimilibus:& in hoc ipſo uerbo:ut apud Virgi.Viminibus molliq paras detexere iũco:pro ualde texere.eſt aũt in ꝓuerbio:ut cõminantes alicui dicant ſe illi iterato pallium texturos.Detexere ergo ſcribendũ omnino eſt:& non dextere:ut ferme habent codices:ſcriptoꝶ iuſtitia corrupti:contra ſententiæ concinnitatem:& uerſus rationem.¶ Deludam illum ego.& non:deludam ego illum metri ratio ſcribi exigit.¶ Proh dentes pruriũt.Ita habent codices antiqui:non pol dentes pruriunt:ut legunt interp̃tes noſtri:Pius & Sarracenus.Sed qd ſibi uelint hęc uerba:nullus docet.Nos autem huc ſenſum ex eis elicimus:ut Soſia ibi exiſtens:& qui ob longiorem noctem:quũ iam diu non comediſſet:fame torquebaẽ.dicat proh dentes pruriunt.hoc eſt libidine edẽdi ardent mihi dentes.Et deinde ſubiicit.¶ Certe aduenientẽ hic me hoſpitio pugnæ accepturus eſt.Qui.n.ĩ lõgo itinere fuerũt:ſolẽt ad hoſpitia diuertere:ut interi ſuſcipianẽ:& cibo ac potu recreenẽ.Inqt igiẽ Soſia.hũc:Mercuriũ.ſ.ſuſceptuꝶ ſe eẽ hoſpitio pugnę.i.in eo hoſpitio:in quo nõ cibũ ſumere:ſed pugnã exercere cogeẽ.Nã qđ ait Pius:ꝓbiorẽ:& fideliorẽ lectionẽ fore:ſi hoſpitio pugni legas.noſtris auribus nõ ſapit.utpote diſſonũ a ſniẽ cõcinnitate.¶ Credo miſe.& eſt q̃ ſequũt feſtiuiſſime.& cũ ioco dicunẽ.¶ Oppido.i.ualde multũ.deductũ ex eo uerbũ.qa ruſtici iter ſe cõfabulantes.q̃tũ q̃ſq frumẽti faceret.quotiens copiã atq abũdãtiã eius ſignãre uolebãt.dicere ſoliti erãt.q̃tũ oppido ſatis eẽt.hic uenit in cõſuetudinẽ.ut de q̃cũq re loquẽtes.oppido ꝓ ualde multũ capiamus.¶ Clara uorſũ fabulabor.ſubintellige uoce.ut dicat.clara & exerta uoce loq̃r.aduorſum hũc.ut me audiat:& itelligat:q̃ loq̃r.¶ Igiẽ magis maiorẽ ĩmodũ in ſeſe cõcipiet metũ.Ita ſcribi debet uerſus.nõ ãt.Igiẽ magis modũ maiorẽ in.ut legit Pius.dicẽs anaſtrophen eſſe contra rectã metri rõnẽ latinitatis gr̃aꝫ:ac ueteꝶ codicum ſcripturam.¶ Igitur.autem pro poſtea accipiẽdũ eſt.quẽadmodũ ſupra oñdimus in eo uerſu.Seſe igiẽ ſũma ui:uiriſq eoꝶ oppidũ expugnaſſe.¶ Agite pugni.Nũc Merc.uocẽ attollit:ut Soſia audiat.¶ Iãdiu ẽ.iã lõgũ tp̃s ẽ:ex quo uẽtrẽ nõ paſcitis:ueluti oñdat:ſe ex hoĩum cede uictũ q̃rere.

Cõparatiui conſtructio

Meticuloſus

Oppido

¶Iampridem:

SARACENUS.

IAMpridem: Pro iam dudū: nā qđ breue erat tēpus: ad longū rettulit: licet iā dudum quādoq̃ pro cito: & statim ponat. Virg. Iam dudū sumite pœnas: & rursus: & pr̄ æneas iamdudū abrumpe nubē: ardebat. Nudos: Mortuos: aliter iacētes: & isepultos. Vir. nudus in ignota palinure iacebis harena: sed nudos hoc loco mortuos itelligamus: nā dixit in soporē: sopor. n. ut ait Acron: fere mors est. Hora. ergo qntiliū ꝑpetuus sopor urget. Ne. Numeꝝ augeā: q̄ scilicet sim qntus neci datus. Hem nunc iā ego si colo: Colere ꝑter alias significationes ut tradit Nonius significat exercere: nā qa pugnos iactauerat inqt: si quē pugnis itercepo: & collegero: & cūctabūdus: minitabūdusq̃ ꝑmanet: donec sosias dictū iterpellat: cigit: expedit se: & deīde cœptū ꝭmonē ꝓsequtur. Nō fert qn uapulet: Non feret pro nō auferet: aphæresis pathos. hoc est uitare nō poterit. Pugnos edat: Proferat minat Mercurius cuicunq̃ obuio pugnoꝝ certamē: sed quia pro comedat ioco excipit sosias: ideo respondit iā cœnasse. Apage: Abige: amoue aduerbialiter positū: & græca dictio est. Pro in: Pro proinde ut dein ꝑ deinde: ut sæpe poetæ ponunt. Tracti: Inqt Nonius adducens hūc locū tractim: ut sensim. i. diutine longo tractu: uel tractim iugiter sine tpis itermissione: ut Seruius. Dormiat: Moriatur.

Colere uerbi sigñata

Iampridem uidetur factum, heri q̄ homines quattuor
In soporem collocastis nudos. So. formido male
Ne ego hic nomē commutem meū, & quintus fiam e Sosia.
Quattuor uiros sopori se dedisse hic autumat.
Metuo ne numeꝝ augeā illū. Me. hem nūc iā ergo sic uolo.
So. Cingitur, certe expedit se. Me. non feret, quin uapulet.
So. Quis homo? Me. qsqs homo huc uenerit pugnos edet.
So. Apage. non placet, me hoc noctis esse, cœnaui modo.
Proin tu istam cœnam largire (si sapis) esurientibus.
Me. Haud malū huic ē pōdus pugno. So. pii, pugnos pōde (rat.
Me. Quid, si ego illū tracti tāgā, ut dormiat. So. ꝑuaueris,
Nā continuas has tres noctes ꝑuigilaui. Me. pessumum est

Tractiuū

VALLA.

COLlocastis nudos. Nudū inqt Nonius in cōsuetudine sine tegmine dr̄ Virgil. Nudatosq̃ humeros oleo perfusa. Nudū isepultū. Virg. li. v. Nudus in ignota palinure iacebis harena. Iā ergo si colo: Nonius colo iterꝑtat exerceo. Apage. i. a me abige. Hoc noctis. elipticos. i. tpe. ut sit itegrum hoc tpe noctis: q̄ loquendi cōsuetudine frequēter utunt grӕci. Esse. dixerat supra Mercurius edat. i. ꝓferat: quo latinum est uerbuȝ. Nunc Sosias esse in comedēdi significatione ab edo: qđ græcum est iterꝑtatus edat Mercurii. Proin. pro proinde. Tractim. Nonius tractim: ut sensim. i. diutine longo tractu. Plautus in amphitryone: Quid si ego illū tractim tangam ut dormiat. Aut ut Seruius in quarto georgicon super illud: tractimq̃ succurrant. Tractim iugiter: sine intermissione. Tangam. feriam. Nonius tangere: ferire: cōmouere. Virgilius lib. xi. Nec solos tangit atridas: Iste dolor. Marcus Tullius in frumentaria uerrinarum: Nunq̄ tua me cura tuaruȝ fortunarum cogitatioq̃ tanget. Luc. Nec bene pro meritis capi: nec tangit ira. Si plura de huius uerbi significatione desideras: q̄ sequunt hęc: lege apud Noniū.

Apage qđ sit

Tangere uerbi significata

PYLADes.

IAMpridē. iādudū: nā qđ breue erat tps: ad lōgum rettulit: licet iādudū qn̄q̃ pro cito: & statim ponat. Vir. Iādudū sumite pœnas. Nudos. mortuos: uel iacētes: & isepultos Vir. Nudus in ignota palinure iacebis arena. Ne ego hic nomē cōmutē meū. ita legēdus est uersus metri necessitate: ludit āt in noīe qnti. nā quū Mercu. q̄ttuor se uiros sopori dedisse retulisset: r̄ndet Sosia uereri se: ne hic nomē sosię cōmutet in nomē qnti: ita ut posthac qntus uocet: & nō sosia: qa qnt⁹ futurus sit: q ab illo perimat. Metuo: ne numeꝝ illū augeā. & nō augeā illū: metri necessitate. Hem nunc iā ergo sic uolo. posteaq̄ Pius plautinus: fabulosus iterpres: hoc loco multa nugatus est de cęteris triuialibus: & cæcis doctoribus: gryphū hunc: ut inqt: uarie exponēs: nūc legit sic colo: nūc: sic poleo. aliter sic molo: ex codicibus: ut ait: uariis antiqs. Et demū lectionē clamitat: fideliter restitutū iri: si qs scripserit. Iā erit hic olmos: qa uidelicet in antiquo exēplari scriptū uiderit. Iā erit hic olmos. Et ita ꝑperā: & futiliter qcqđ in buccā uenit: euomit: ꝑ anfractus: & salebras iter quęrēs: quū alioqn plana: & facilis uia pateat: qđ hinc maxime liqt. Codices ferme oēs sic colo h̄nt: i quo euidētissimus error: & facilimus tollat: si sic uolo: & nō colo legeris. nā ut fere similis est. u. lr̄a. c. lr̄ę ꝑterq̄ q̄ paulo supinior est: īde errorē emanasse manifestū est. Scribēdū igit: sic nolo. Et uerba sunt Mercurii pugnos expedientis: qui quū lacertos: & pugnos ipsos: manicis sursum attractis: exornauit: inqt. hem nūc iā ergo sic uolo. s. expeditus eē: & paratus: ac ut iā ueniat hic: quē pugnis cōtundā. Cingit certe. pro accingit. Expedit se. uerba sunt sosiæ: sensui iā dicto coherētia. Nō feret: qn uapulet. Scribendū oīno cēsem⁹: nō feret: & nō: n̄ foret: ut h̄nt codices manuscripti: sed nō eo sensu: quo Sarra. exponit. i. nō aufert: ut sit aphęresis pathos. Immo: nō feret: pro nō patiet exponēduȝ putamus ut Mercu. dicat nō patiet: nō poterit ferre: qn uapulet: & qa nullū adhuc noīauerat: nec se uisum ab eo sosia adhuc putabat: subdit: loquens itra se. Quis hō? q. d. qs hō nō feret: qn uerberet? ac si diceret: nū me uerberare minat? Quisqs hō huc ꝓfecto uenerit: pugnos ædat. addendū fuit ꝓfecto ex codicibus antiqs: & metri necessitate qđ uterq̃ Pius & Sarracenus iterꝑtes non aiaduerterūt. Minat aūt Mercurius cuicūq̃ obuio pugnoꝝ ꝑcussionē. Et quia superius itellexerat Sosiā dixisse: proh dentes pruriūt. i. desiderio edendi ardent: ut supra exposuimus: iccirco ait Mercu. se factuꝝ ut pugnos comedat. i. datuꝝ se illi pugnoꝝ cōtusionē: loco cibi. un̄ hoc audito: sosias: mutato sermone: nō amplius pruritū dētiū se habere: sed cœnasse mō: & nolle hoc noctis esse respōdet: qa pugnos sibi in cibū dari nolebat. nā qđ Sarra. exponit: pugnos edat. i. ꝓferat: q̄si illū īuitans ad pugnoꝝ certamē: nō uidet cōsonū: seqntibus uerbis. Apage. abige: amoue: aduerbialiter positū: & græca dictio est ἀπάγω. enim significat abduco: remoueo: de quo & infra dicemus. Proin. ꝓinde: ut dein pro deinde. Tractim. diutine: longo tractu: aduerbial'r: ita exponit Nonius. Hūc locū adducēs. uel. Tracti. iugiter: & sine tpis itermissiōe: ut Seruius. Tāgā. feriā. Tāgere. n. ut Noñ. inqt signat ferire: cōmouet Vir. Nec solos tāgit atridas: iste dolor. Lucre. Nec bn̄ ꝑ meritis capit: neq̃ tāgit ira: signat cōtingere. Lucre. Tāgere. n. & tāgi res nulla ꝑt nisi corpus. Cice. in uerrē: Verres simul ac tetigit ꝓuinciā. Significat circūuenire. Turpilius in demetrio. At ēt ieptus meus est mihi pr̄ iratus: qa se talento argenti tetigi. Vt dormiat. i. ut moriat: sed sosia in ludū uertere q̄rens hoc uerbū: inquit. Seruaueris seruabis inqt me: si facies: ut dormiā: & somnū capiā. quia cōtinuas has tris noctes ꝑuigilaui: ꝑuigilare est ꝑpetim: & continue uigilare: sine ulla intermissione. & somni assumptione. iuxta illud Martialis. Nam uigilare leue est. peruigilare graue.

Iādudum

Nudus

Locus restitutus

Apage

Tractim

Peruigilare

Facinus.nequiter ferire malam male discit manus.
Alia forma esse oportet,quem tu pugne læseris.
So.Illic homo me interpoiauit,meumq; os finget denuo.
Me.Exossatum esse oportet,quem probe percusseris.
So.Mirum ni hic me quasi muræenam exossare cogitat.
Vltro istic,qui exossat homines,perii,si me aspexerit.
Me.Olet homo quidem malo suo.So.hei nunquã obolui.
Me.Atq; haud lõge abesse oportet.So.ue℞ lõge hic absfuit.

SARACENVS. ¶NEQVIter:Malo modo.¶Malum:Maxillam.¶Male:Pro ualde.¶Legeris:Pro collegeris: attigeris: percusseris.¶Interpollabit:In aliam formam mutabit:Est enim interpollare in nouam formam a ueteri mutare: tractum uerbum ab arte fullonia:quę poliẽdo uetera in nouam formam redigit:propterea dicimus.mulieres interpolles fucis ornatas:ueluti reformatas.¶Finget:Effigiabit:reformabit.¶Exossatum:Hoc est detractum:& e suo loco dimotu;:exossare est ossa detrahere.¶Murçna:Piscis est anguillę similis:ut Aristoteles: Varro:Macrobius authores sũt: abundant in siculo freto:extat Carmen martialis.Quæ natat in siculo grandis muræna profundo:tradit Macrobi. licinios fuisse cognominatos Murçnas:q; hoc pisce licinii effusissime delectati sint. ¶Olet homo malo suo: Ac si diceret hominem sentio cum magno malo suo: uel cui suum imminet malum. olere enim & bene:& male dicimus:& olere hanc rẽ: & hac re:dicimusque Prisciano authore: & oleo es:& oleo is:& in præterito oleui: & olui.¶Longe hinc absuit: De se locutus: nam aberat in exercitu.

Oleræ uerbũ mediũ

VALLA. ¶MALE discit manus. subaudi mala; feriendo.¶Pugno legeris:idest cõtunderis:ut in hac inferius comœdia Plautus.Iam ego te hoc scipionem lego:sumpta translatio a leguminibus: uel aliis quę leguntur.¶Illic homo me interpollabit.Nonius Mar.Interpollare est imminuere:& interponere ad nouam formam.euertere:fingere Marcus Tullius in uerrem:actione secunda: aliquid demendo: mutando: interpellando. ¶Et est tractum ab arte fullonia:quæ poliendo diligenter uetera quæq; quasi in nouam speciem mutant.Plinius in decimonono capitulo quinto.Spartum alitur etiam diuersus:ueluti natalium fit impensa. Est quidem eius natura interpolis.Dicitur & interpolus læum.Labeo libro posteriorum scribit:si uestimenta interpola quis pro nouis emerit trebatio placere:ita emptori præstandum quod interest.Si ignorans interpola emerit:quam sententiam:& pomponius probat:in qua & Iulianus est.¶Quasi murenam exoratte.Solent enim murenæ adhuc crudæ suspensæ a capite distringi:& in caudam usq; trahi officula a coquis:ut cauda amputata abiiciatur: similes sunt anguillis. sed maculosę:a Plinio fultę appellatę.Inueniuntur autem maiores in freto siculo q̃ in copia; alio:unde Martialis. Quę natat in siculo grandis murena profundo.Non ualet exustam mergere sole cutem.¶Olet homo quidam malo suo. Oleo hac re dici uiciose putat Diomedes ab Ouidio: sed non modo per accusatiuum:ut Plautus in persa.Oboluisti alium germana illuuies.& Terentius:Olent unguenta de meo:& olet laternam:Iuuenalis. Verum etiam per ablatiuum non modo Ouidius:sed & Propertius:& alii plures.

Interpollare quid

Oleo uerbi constructio

PYLADes ¶NEquiter.malo mõ.¶Malã.maxillam:sed illud primitiuũ:hoc deriuatiuũ est.¶Alia forma esse oportet:quẽ tu pugne læseris.Ita scribi debet uersus hic:nostro iudicio:hoc sensu:cõtinuãte sermonẽ Mercurio:ut quũ dixisset:habere se manũ male assuetã neqter ferire malã:subdat. Ve℞ quẽ tu o pugne læseris.i.quẽ ego pugno pcussero:alia forma oportet esse:quasi dicat:humanã formã illũ amittere opus est:ita penitus exossatus:& attritus reddat: & pugne in casu uocãdi scribendum est:a noïe pugnus:& lęseris:non legeris.Nec loqtur sosia:se non illum dicens: qui pugnis Mercurii destinatus sit:ut Pius interpres hariolat.¶Illic me homo iterpolabit:osq; meum finget denuo.Ita scribendus uersus est:ut suis constet pedibus.Interpolare:est imutare:& in nouã formã a uetere:fingere:tractũ ab arte fullonica:quæ poliendo diligenter uetera quæq;:quasi in nouam specie; mutat:ut inquit Noñ.hunc locum citans: unde interpolis cõmunis generis:& interpola noua inuenta:& interpolator:de qbus:& in mostellaria dicemus.¶Exossatum esse oportet.ita scribendum est:non autem exossatum os esse oportet:ut legunt interpretes iam dicti:contra metri rationem.¶Mirum ni hic me.ita scribendũ est:& non mirum næ hic me:ut.scribunt Pius & Sarracenus: contra antiquorum codicum scripturã & sniæ cõcinnitatem:ni autem pro nisi exponendum est:ut dicat.Mi℞ nisi hic me quasi murenam exossare cogitat:qui sermo est Plauto peculiaris.¶Quasi murenam.Murena piscis est:tortilis:& laciniosa anguillę similis:ut Aristoteles:& alii authores sunt:officulis minutioribus oppleta:quam uirgis percuti a piscantibus:ad usq; obitum ferunt.ossaq; similiter excludere. Abũdat in freto siculo:unde Mar.inquit. Quæ natat in siculo grandis muræna profundo:Non ualet exustam mergere sole cutem.Licinii murænę cognominati sunt:ut Macro.ait:quia hoc pisce effusissime delectati sint. Muręnulas uocat Hieronymus itorta colli insignia ex auro.¶Exossare.est ossibus priuare.¶Vltra istic.Et si ueteres codices ultro habeant:scripserim tamẽ libentius ultra.Et sunt uerba sosię amolientis:& aspellentis a se Mercuriũ.hominum exossatorem:ultra.n.aduerbialiter hoc loco sumi existimamus:iuxta cõmunem uulgi morem:quum enim quẽpiã a nobis ablegamus:hoc aduerbio ultra uti cõsueuimus: quasi significantes rem nobis infensam:ultra hunc locũ hoc est a conspectu nostro procul ablegandam:quod aũt ait Pius:aspellit tanq̃ uaniloquũ sosiã Mercurius:uel falsum omnino putandũ est:quũ contrarium sit.nã sosia Mercurium aspellit homines exossantem:uel sõmo cum delirio ab ipso Pio probatum.¶Olet homo.ac si diceret:odor hominis hic prope existentis ad me uenit.¶Malo suo:idest:cui suũ iminet malũ:quia illum magno malo afficiam.Hei mihi nũq̃ obolui quia oleo uerbum est messon:& sicut trahi potest ad bonum odorẽ:ita & ad malum:Sosia pro malo capit:tanquã intellexerit:Mercurium offensum esse:uel oris:uel corporis sui graueolentia:propterea inquit:nũq̃ obolui:obolere enim semper de tetro odore:& illiberati sumitur:ut alibi in Mostellaria poeta inquit: Oboluisti alliũ germana illuuies.Nam quum Pius inquit:hunc uersiculũ:oboluisti alium:esse in persa:somniabat.Mihi autem addẽdũ fuit:aduersus itegritatem:qui alias claudicaret a Pio & Sarraceno non animaduersum.¶Oportet:necesse est: uerisimile est.¶Ve℞ longe hic absfuit:uerba sunt Sosię respondentis quasi per iocum ad uerba Mercurii: qui dixerat:haud lõge abesse oportet.¶Si inqt:nũc nõ ab est lõge:at lõge absfuit:quia ab exercitu redibat.Nec attendẽdus est Pius dicens:scribendũ ex priscis exẽplaribus:ut longe hic absfuat:fallitur enim plurimum:& prisci codices habent. Ve℞ longe hic absfuit:& metri ratio non patitur scribi:ut longe hic absfuat.nam pes unus deficeret carmini.

Interpolar.

Murena

Oleo

¶Supstitiosus:

SARACENVS.

¶ SVPERstitiosus: Timidus: nam quando quis timet: ubi timendum non sit: dicitur superstitiosus: Religionem autem ueri cultus esse: superstitionem falsi Lactantius in quarto: Ciceroq; in libro de natura deorum definierunt. ¶ Gestiunt: Est gestire cupere: & lętitiam animi promere: gestiunt ergo: quia congredi cupiunt. ¶ Aduolauit: Cito peruenit: sed dictum iocose sosias in aliam transtulit significationem: propterea uolucrem uocem dixit: idest habētem alas: aliter uolucrem dicimus celerem. Virgili. uolucriq; similia somno. ¶ Gestito: Fecit aliud frequentatiuum a gesto, gerere enim & pro sustinere: & in animo habere ponitur: ut hoc loco: & Virgili. Et nos aliquod nomenque decusq; gessimus: & una cum gente tot annos bella gero: & gerere pro facere: ut idē nec tecum talia gessi. ¶ Arcessit: Arcessere & accersire teste Prisciano idem aduocare: licet arcesso ab arceo: accerso: autem ab accio: quod est aduoco. ¶ Iumēto suo. Vel in suum adiumentum: uel si placet iumentum interprætari pro uectabulo: qđ ueteres a iungendo dixerunt. Erat enim uehiculi genus: quod a iunctis pecoribus trahebatur: author est Gelius in decimooctauo noctium atticaruʒ. ¶ Non habeo iumentum. Locus est: quia dixit iumento suo: & rursus lassus sum: quia dixit onerandus est pugnis probe. ¶ Nauseo: Vomitu infestor: nausea commotio est ad uomendum. ¶ Torpeo: Debilitor ex timore: nam ex timore debilitantur membra calore: & sanguine in intima se recipiente: & membra deserente: unde fit tremor: torpor enim a torpedine pisce: ut placet seruio: cuius cōtactu corpus hebescit. ¶ Vbi roget: pro interroget: ubi: quādo: & est aduerbium temporis: & loci: & ubi pro postq̄: ut refert Donatus. ¶ Qui: put.

Gerere significata

Rogare significata

Me. Illic homo superstitiosus est. gestiunt pugni mihi.
So. Si in me exerciturus, quæso in parieté ut primū domes.
Me. Vox mihi ad aures aduolauit. So. næ ego hó ifelix fui,
Qui non alas interuelli, uolucrem uocem gestito.
Me. Illic homo a me sibi malam rem arcessit iumento suo.
So. Nō eqdé ullū habeo iumētū. Me. onerád⁹ é pugnis pbe.
So. Lassus sum hercle. e naui ut uect⁹ huc sum, ét nūc nauseo.
Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existumes.
Me. Certe. n. hic nescio qs loqr. So. saluos sum, ñ me uidet.
Nescio quem loqui autumat. mihi certe nomen Sosiast.
Me. Hinc. n. mihi dextera uox aureis (ut uidet) uerberat.
So. Metuo uocis ne uice hodie hic uapulé q̄ hunc uerberat.
Me. Optume eccum icedit ad me. So. timeo, totus torpeo.
Non ædepol nunc ubi terrarum sim scio, ubi roger,
Neq; miser me commouere possum præ formidine,
Illic mei mandata heri perierunt, una & Sosia.
Verum certust confidenter hominem contra colloqui
Igit, qui possum uideri huic fortis, ut a me abstineat manū.

VALLA.

¶ SVPERstitiosus est. Vnde superstitio sit dicta abunde Lactantius in quinto institutionum exposuit: cum suo iumento est. ¶ Etiam nunc nauseo. hoc malum quia nauigantes frequenter infestat: etiam nomen habet. ¶ Nomen sosia est. non subaudi nescio quis. ¶ Timeo. metuimus eos: qui nos amāt. Timemus inimicos. ¶ Vbi roget. pro qñ iterroget: tēporis aduerbium: ubi ut & loci.

PYLADes

¶ SVPERstitiosus. timidus: meticulosus: a supstitibus: idest uetulis pauidis. & timidis: quæ nepotibus supersunt: & magis timent deum quā debeant. Superstitiosus quod signum est deliramenti: ut Donatus inquit: & ut Lactantius definit: ac Cicero in libro de natura deorum. Religio ueri cultus est. Superstitio autem falsi. ¶ Gestiunt pugni mihi. gestire: ut in uocabulario nostro diximus: est cupere: ut hic: quasi dicat: cōgredi cupiunt: & est lętitiam promere: seu lętum esse. ¶ Si in me exerciturus: scilicet es pugnos: uerba sunt Sosiæ: secum loquentes: sed ueluti respondentis ad Mercurii uerba. ¶ Aduolauit. cito peruenit. ¶ Næ ego infelix homo fui: ita scribi debet uerbus metri ratione: ut infelix homo: & non homo infelix legatur. nam uersus non consisteret. ¶ Interuelli. Interuellere est excipere: & extrahere. ¶ Volucrem alas habentem: ludit enim in hoc nomine: quia dixerat Mercurius aduolauit: alias uolucrem pro celeri capimus: ut uolucremque fuga præuertitur hebrum. ¶ Gestito. gesto: fero. ¶ Illic a me homo. & non. Illic homo a me scribendum est: metri necessitate. nam aliter abundaret uno pede. ¶ Iumento suo. humero: scilicet & tergo omnia ferenti: tanquam si iumentum esset dossuarium: & clitellarium. Iumentum a iuuando dictum est: quia hominem iuuet: cuius appellatione animalia continentur: quæ uel salmas gerunt. uel currus trahunt: bobus dumtaxat exceptis. Est etiam uehiculi genus: quod quoniam a iunctis pecoribus trahebatur. Nonius & Aulus Gelius a iungendo dictum putant. Nam quod Sarracenus exponit: iumento suo: idest uel in suum adiumentum: uel si placet interpretari pro uectabulo: somnia sunt: & laruæ umbratiles: est autem iocus: a sosia prolatus: quia Mercurius dixerat iumento suo: quemadmodum & infra: quum ait: onerandus est pugnis probe: excipit Sosia. lassus sum hercles: quasi dicat: nequeo ulterius pondus ferre. ¶ Nauseo. uomitu infestor: & nausea appetitus uomendi: a naui: quia nauigantibus facile excitari solet. ¶ Vix incedo inanis. expositio superiorum. ¶ Nescio quem: iunctim legendum est: nescio quis dixit Mercurius: Sosia ostendit: se intellexisse: illum nescio quem tanquam proprium nomen protulisse. ideo inquit: mihi certo nomen Sosia est: ac si diceret: & non nescio quis. ¶ Dextera nox. epitheton est dextera. ¶ Quæ hunc uerberat. ludit iterum sosia: dicens: se metuere: ne uice uocis Mercurii aures uerberantis: ipse ab illo uerberetur. ¶ Torpeo. debilitor ex timore. nam ex timore debilitantur membra: calore: & sanguine in intima se recipientibus: & membra deserentibus: unde fit tremor: torpor enim a torpedine pisce dicitur: ut placet Seruio. cuius contactu corpus hebescit. ¶ Vbi roget: ubi me interroget: ubi aduerbium est loci: & temporis: ut hic: & ubi pro postquam aliquando accipitur. ¶ Illic mandata heri. delendum fuit enim: quod scriptum erat: post dictionem illic: tanquam superfluentes: & a metri ratione non toleratum. ¶ Verum certum est: ita scribendum censuimus: potius: quam certo est: ueterum codicum autoritate: & uti latinitati concinniori satisfieret. ¶ Igitur qui possim: idest ea causa: ut possim uideri huic. ¶ Fortis: ut a me abstineat manum. Ita scribi metri necessitas cogit: & non a me: ut abst. manum.

Gestio

Interuellere

Iumentum

Nauseo

SARACENVS. **Vulcanus ignis iuẽtor**

¶ QVO ambulas:Nunc congrediunť:& clara fabulantur.¶ Vulcanum in cornu:Igne; in laterna:quæ fit e cornu: de uulcano Diodo.in primo.Quidam sacerdotes affirmant primũ regnasse uulcanũ inuentorem ignis: eoq̃ bñficio ducẽ ab ægyptiis cõstitutũ:cũ.n.arbor ictu fulminis in mõtibus cõflagrasset lingua ꝓpinqua hyberno tpe flãma fuit cõphẽsa:Qua ex re uulcanũ calore lętatũ:deficiẽte igne addidisse illi nouã materiã:& eo mõ cõtinuato igne alios hoies cõuocasse ad eius aspectum tanq̃ a se reperti.¶ Argutarier: Loquaciter loq:Neuius totum diẽ argutať quasi cicada.¶ Rex creo:Quo pacto hic sermo Mercurio cõgruat:non uideo:nã se esse Sosia; cõtendit:nõ custodẽ a rege creõte cõstitutũ:erit ergo sensus acutior: & accõmodatior:si sosias hoc loco loquatur.Qui cũ Mercuriũ staŕ pro foribus cõspexisset:ratus illũ custodem adhibitũ domui:uerba tacitus ꝓnunciet: laudans regis creõtis cõsilium de dispositis per urbẽ custodibus:& deinde:ut palam dicat. At nunc abi familiares aduenisse dicito. ¶ Actutum:Illico:confestim.

Me.Quo ambulas tu qui Volcanũ i cornu conclusũ geris?
So.Quid id exquiris tu, qui pugnis hic exossas homines?
Me.Seruos ne,an liber? So.utcunq; aio collubitũ est meo.
Me. Ain uero? So.aio eniuero.Me.uerbero, mẽtiris nunc.
At iam faciam, ut uerũ discas dicere.So.quid eo opus est?
Me. Possum scire quo ꝓfectus, quoius sis,aut qd ueneris?
So.Huc eo,heri sum seruos.nunquid nunc es certior?
Me.Ego tibi istã hodie scelestã cõprimã linguã.So.haud
Bene,pudiceq; asseruatur.Me.pergin argutarier? (potes.
Qđ apud hasce ædeis negociũ ẽ tibi?So.imo qđ tibi st?
Me.Rex Creon uigiles nocturnos singulos semper locat.
So.Bene facit,qa nos eramus peregre,tutatus est domi.
At nunc abi,sane aduenisse familiares dicito.
Me.Nescio quantum tu familiaris sis,nisi actutũ hic abis.

VALLA.

¶ VVLcanũ in cornu cõclusum. hoc est succensam in laterna candelam.¶ Pergin argutarier.pro argutari.i.uerbis strideŕ argutis.Argutũ nanq; stridulũ.Virgilius dixit.Arguto mulier percurrit pectine telas.Dicimus arguto & argutor : ut fabrico:& fabricor : assentio & assentior : & id genus alia.Neuius.Totũ diem argutatur quasi cicada.Propertius.Illa mihi totis argutat noctibus ignes.¶ Actutũ. Confestim:illico:sine dilatione.& est aduerbiu; tpis.Virgili.lib.ix.Tum cætera reddet:actutum pius ęneas.Terentius in phormione.Congredere actutum.

PYLADes **Vulcanus**

Nunc huc honoris uostri uenio gratia,

Ego sum ille amphitryo: rursus prodit in scæna pro amphitryone Iupiter: ut sibi conciliet iratam alcmenam: Interea tamen spectatoribus ostentans se esse Iouem. ¶ Superiore cœnaculo: Nam dii dicuntur in cœnalo accumbere: ut tu das epulis accumbere diuum.

VALLA. ¶ MVLctem matrimonio. i. condemnẽ. Seruius mulcta specialiter peccati cuiusdam est aiaduersio & hodie pecuniaria ẽ. ¶ Intust. p itus ẽ aduerbiũ in loco: & de loco it. i. loco ut hic. d loco ut paulo añ Pla. paterã it pferto foras. Ego sum ille amphitryo. Iupiter adueniens: præsentiam suam denuntiat: quidq; sit facturus docet. In superiore qui habito cœnaculo. Cœnaculum dixerunt ueteres: ubi cibus modo caperetur: & pro breui tempore habitaretur hospitiolum: quam rem: qui administrat cœnacularius dictus Vlpianus idem erit dicẽdum: si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit. Nam & siquis cœnaculariam exercens: ipse maximam cœnaculi partem habeat: solus tenebitur: sed & si hospitalia habet: ipse solus çque tenebitur: sed si qs cœnaculariam exercens modicum sibi hospicium retinerit: residuum locauerit: pluribus omnes tenebũtur: quasi in hoc cœnaculo habitantes. sin legatur senaculo: ut in quibusdam. senacula inquit Festus tria fuisse romæ: in quibus senatus haberi solitus sit: memoriç reddidit nicostratus in libro: qui inscribit de senatu habendo. Vnu; ubi nunc est ædes concordiæ inter capitolium & forum: in quo solebant magistratus. D. T. cum senioribus deliberare. alterum ad portam capenam. Tertium. citra ædem bellinç in quo exterarum nationum legatis: quos in urbe admittere nolebant senatus dabatur. ¶ Nunc autem quum. ita legendum: non quo. ¶ Extemplo confestim illico.

Cœnaculũ quid

PYLAdes ¶ CAVSAM dicis. repugnas. contradicis. causam allegabis: cur hæc non fiant. ¶ Multẽ. priuem per diuortiũ: ac si dicat puniam: & cõdẽne;: ut hoc matrimonio priueris. Si qdẽ multare uerbũ punire est: & cõdẽnare: a multa quç pœnã significat oscorũ lingua. Varro autẽ iccirco pœnã multã dici autumat: q olim singula ob pctm̃ exigebant: ut ouis: aut bos: postea multa simul exigi cœperunt: & uinũ: atq; oleũ addi. Vnde apparet multã asq;. c. oino scribi debere: nõ cũ. c. ut uolunt qdã a mulgeo deflectẽtes: quorũ opinio ridicula est: ueteres tñ multare pro augere: & uoti cõpotẽ reddere usurparunt. Noñ. Et uobis qdẽ gratias ago: quũ uotis me multatis meis: a quo multatio. i. cõdẽnatio: multaticia pœna: quæ ex multa pcipit. ¶ Nulla cã. nihil est in cã: excusatio nulla suberit: qn me abdices matrimõio. ¶ Cõuenit. i. cõcordes sumus: ut supra ẽt dixit: Cõuenit: uicti utri sint eo plio: & cẽ. ¶ Duc hos: uel seruos habitos: & ex hostium præda: uel quos erat domi recepturus comites. ¶ Serio. sine risu: cũ assertione: & non per iocũ. ¶ Intust: pro itus est. ¶ Dignus dño seruus: siue isanus: cq; ac dñs: seu ea pfidia: & iis dolis: & syncophãtiis scatens qbus dñs. ¶ Abeo: si iubes. ad libertatẽ. s. ¶ Qui. qũo illi amphitryõi uiro meo collibuerit: me ueluti ipudicã iurgare: pbrisq; incessere. ¶ Me isimulare. tollẽdũ fuit sic: qđ his antescriptũ erat: metri rõne nõ tolerãte eã dictionem. Et falsum facinus: quod casus est accusatiui: sic additũ est hoc loco: ut ẽt supius. Istuc facinus: qđ tu isimulas. i. ppter falsum facinus tam malum. Vel fortasse: mi pro mihi scribendum est: & non me. insimulare pro obiicere capiet: ut ibi diximus: ut sit sensus: quomodo illi collibuerit: obiicere mihi falsum facinus tamen malum: quod magis placet. Ego sum ille amphitryo. Versus huius scenæ trimetur est: sex pedes nactus. In q̃ iuppiter regrediens sub amphitryonis tamen forma: explicat: & declarat audientibus: se Iouem esse subditicium: & Mercurium sub imagine sosiæ sibi subseruire: causamque aduentus sui exprimit: ut scilicet comœdia omnis transigatur:

Multare. · *Insimulare*

nis transfigatur: & finem capiat: ut Alcumenæ auxilium ferat: & ut maximam frustrationem iniiciat in uniuersam amphitryonis familiam. Solus igitur Iuppiter loquitur. Ego sum ille amphitryo: idest ille: qui uideor: censeorque ab omnibus esse amphitryo. Quando commodust: idest quando commodum est. In superiore cæli: qui habito cœnaculo. cæli adiiciendum putauimus: ad uersus integritatem. cui pes unus deficiebat: sensus etiam concinnitate non refragante. Cœnaculo. quia dii dicuntur in cælo accumbere: ut apud Virgi. Tu das epulis accumbere diuum. Nam quod garrit Pius de senaculo: quod hic legendum sibi uideatur: quod & magis uix fine recipientibus fulcit: inanis quædam aeris captatio uidetur: & frustratoria uaniloquentia. Huc autem quum extemplo aduentum apporto. Ita legendus est uersus: & non nunc autem: quo extemplo. Sensus est: quum autem a cælo huc in terram descendo. illico fio amphitryo. Extemplo: idest a cælo nam templum: ut inquit Varro: tribus modis dicitur: a natura: ab auspicando: ab similitudine. a natura in cælo: ab auspiciis in terra: ab similitudine sub terra. In cælo templum dicitur: ut in hecuba. O magna templa cæli: commista stellis splendidis. In terra ut hiperborea scrupea saxa bacchi templa prope aggreditur. Sub terra: ut in andromacha. Acherusia templa alta orci salue te infera. Et a tuendo. Idem Varro templum dictum ait: quo circa cælum: qua attuimur: templum dictum: ut apud Neuium. Contremuit templum magnum iouis altitonantis. hæc ille. Sed templum præterea: ut in nostro uocabulario diximus: & Festus ait: significat ędificium deo sacratum. Virgili. Templa ioui saxo uenerabar structa uetusto. Et significat tignum: quod in ędificio transuersum ponitur. Significat etiam: ut Nonius inquit: sepulchrum. Virgi. Præterea fuit in tectis de marmore templum: coniugis antiqui. Honoris uestri. quem uobis habeo: ut non reliquã hic uos: cum fabula imperfecta.

Templum

Ne hanc inchoatam transigam comœdiam.
Simul Alcumenæ, quam uir insontem probri
Amphitryo accusat, ueni, ut auxilium feram.
Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim.
Si id Alcumenæ innocenti expetat.
Nunc Amphitryonem memet, ut occœpi semel,
Esse assimulabo. atq; in horum familiam
Frustrationem hodie iniiciam maxumam.
Post igitur demum faciam, res fiat palam.
Atq; Alcumenæ in tempore auxilium feram.
Faciamq;, ut uno fœtu, & quod grauida st uiro,
Et me quod grauida st, pariat sine doloribus.
Mercurium iussi me continuo consequi,
Si quid uellem, imperarem. nunc hanc alloquar.

TRANSIgam: finiam perficiam: & næ pro certe: inter transigere & pacisci Vlpianus differentiam facit: ut sit transigere de re dubia pacisci de re certa. Simul: pariter. Insontem: Cuius contrarium sons est: idest nocens ꝙ eius culpa sonet inde sonticus morbus totum inuadens corpus. & sonticu; dixit Festus iustum designare: sonticam oportet esse causam: q̃obrem perdas mulierem dixit Neuius. Contraxerim: Me e conspectu sustulerim. Frustrationē: Illusionem.

SARACENUS

Trãsigere, quid sit

TRANSIgam comœdiam: idest prætercam & mutilam relinquam. Insontē probri. innocentem culpæ. sonticu; morbum ueteres appellarunt totũ corpus occupantem. unde insons. Contraxerim. cõmiserim. Innocenti expetat. i. ingruat aduenniat. Vno fœtu. uno partu: uno nixu. Hanc alloquar. alcumenam.

VALLA.

Sõtitũ qd

TRANSIgam: finiam: & terminem. nam nisi huc uenissem fabula inchoata hic remaneret: & sine debito suo fine: & uos nihil uoluptatis: uel parum suscepiscetis: nunc autem quum uenerim: operæ præcium erit uos intelligere frustrationes: quas faciam in hac familia: & tumultus quos excitabo: & tandem componam: adeo: ut uos magnam capturi sitis: uoluptatem. Transigere est ducere: siue agere Plini. ut æstatem hanc quietus transigam. Et est pacisci: q̃q̃ Vlpianus ita distinguat: ut transigere sit in re dubia & lite incerta: nec finita: pacisci uero de re certa. Paulus uero Transacta finita ue intelligi debere inquit: non solum: de quibus controuersia fuit: sed etiam quę sine controuersia sunt possessa: ut sunt iudicio terminata: transactione composita: longo temporis silentio finita. Propterea pro finire: & terminare etiam accipitur transigo. unde Terentius. Res transigetur intus. Simul. pariter. Quam uir insontem probri: ita ordinanda sunt uerba: Simul ueni: ut auxilium feram Alcmenæ: quam insontem uir Amphitryo accusat probri. Quod ego met contraxerim. Contrahere colligere significat. Virgilius. Contrahimusque uiros. Interdum conuenire: & pacisci: a quo contractus conuentiones appellantur: quæ per stipulationem fiunt. A contraho etiam quando colligo significat: dicitur contractio. unde neruorum contractionem appellamus: quum nerui rigore quodam colliguntur: nec possunt extendi: hoc loco per metaphoram uidetur acceptum contraxerim pro commiserim: & peccauerim: quasi dicat: quod ego collegerim: & furto rapuerim. Si id alcumenę huic innocenti uitio expetat. Ita scribendum censuimus hunc uersum metri necessitate: & sententię concinnitate: quæ hęc est. Si id expetat uitio huic Alcumenæ innocenti: idest si eueniat & redundet uitio: & dedecori. Innocenti. quę innocens est: & existimat me esse uirum suum amphitryonem: quem locum Pius & Sarracenus interpretes non solum mutilum legunt nulla uersus habita ratione: sed & indocte exponunt. Esse hic assimulabo. hic addendum fuit ad uersus integritate: cui pes unus deficiebat. Frustrationem ego hodie. Ego adiiciendum quoq; fuit eadem ratione huic uersui: frustrationem pro illusione: & deceptione posuit. Res. dolus meus: & conuentio cum Alcumena facta: absente amphitryone. In tempore. tempestiue: quando tempus erit: ut pariat. Et quod grauida est ex uiro. Iphiclum intelligit. Et me quod grauida st. Et quod grauida est ex me: herculem scilicet septimistrem. Nunc hanc alloquar. præparatio est ad futuram scenam. Nunc inquid alloquar hanc iratam Alcmenam.

PYLADes

Trãsigere

Contraher

SARACENUS

Susq; deq;

DVrare nequeo: Prosequitur alcmena quærelas suas: fuisse scilicet a uiro stupri insimulatã: sed adueniens pro amphitryone Iupiter blandis illam compellat sermonibus. ¶ A uiro argutam meo: scilicet patiar: & cum indignatione legatur. ¶ Susq; deq;: æquo animo: uide Gelium plura super uerbo: susq;: deq; dictitare. Festus tamen dicit significare plus minusue: & Nonius si recte memini fere idem.

VALLA.

Stupr; qd

DVrare nequeo. In hac scæna alcumena auersatur primo iouis accessum: ipsum amphitryonẽ rata. Iupiter autem illam conciliat amphitryoni. ¶ Stupri dedecoris. i. uicii: & infamiæ. No. stuprum: quod cũ uiduis cõmittitur: hoc solũ dici putãt ueteres. ꝑ adulterio: & uitio ponũt Plautus ĩ amphitryone. Stupri dedecoris a uiro argutã meo. Salustius. iii. histo. Ac stati fugitiui cõtra ꝑceptũ ducis rapere ad stupru; posuerũt uirgines: matronasq;: patet tamẽ in nelei carmine stuprum pro turpidine ãtiquos dixisse. ubi fœde: stupreq; castigator quottidie. & ĩ Apii. sentẽtiis: qui animi cõpotẽ esse neqt fraudis: stupriq; ferocia pariat. Neuius: se seq; ii perire mauolunt ibidẽ: q̃ cũ stupro redire ad suos populares. Itẽ: sint illos deserãt fortissimos uiros: magnũ stuprũ populo fieri ꝑgetis. ¶ Id me susq; deq;. Aulus Gellius susq; deq; inquit fero.



Iupiter. Alcmena.

DVrare nequeo in ædibus. ita me probri,
Stupri, dedecoris a uiro argutam meo?
Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat.
Quæ neq; sunt facta, neq; ego in me admisi, arguit.
Atque id me susq; deq; esse habituram putat?
Ne ædepol faciam, neq; me perpetiar probri
Falso insimulatum. quin ego illum aut deseram,

Susq; deq; quid sit

PYLAdes

DVrare nequeo ĩ ædibus. Idem est genus carminis: trimetrũ. s. ut præcedens: sex pedibus constans Inducitur Alcumena: cõtumeliis: iurgiisq; ab ãphitryone lacessita: quæ ob id nihil sibi amplius cũ illo futurum constituit: quinimo Amphitryonem ipsum uirum suum deserere destinat. Sed ei occurrit Iuppiter sub Amphitryonis imagine: cuius blandis uerbis mollitur: & accæpto ab illo iureiurando: ꝙ si suam uxorem probam putat: & pudicam: omnem iracundiam deponit: atq; ad sacrificium faciendum pro uictoria: & reditu Amphitryonis se adornat. ¶ Durare nequeo. Nõ possum amplius in hac domo perseuerare: ac si dicat: abeundum omnino mihi est. Durare significat firmare: & solidare. Plini. quin assiduo labore: & partim æstu: partim frigore durant corpora: & tunc actiuum est. Et patienter ferre: siue pati. Virgi. Durate: & uos met rebus seruate secundis Idem. viii. æneì. Patiar quẽuis durare laborem. Hora. Ac sine funibus uix durare carinæ possunt imperiosius ęquor: & tunc neutrum transitiuum est. Et perseuerare: ut hic: & apud Teren. Non hercle hic: qui uult durare quisquã sic sit potens. Et tunc neutrum absolutum est: sed cum aliquo adminiculo locum significant circumscriptum: ut hic in his ędibus: in hoc labore: Et durare significat in longum tempus consistere. Pli. libro. xvi. c. xli. de trabe quadam. Durauitq; ad neronis principis amphitheatrum. Idẽ ibidẽ. Nonne simulachrum iouis in arce e cupsso durat a condita urbe sexcentesimo sexagesimo primo anno dicatum. Idẽ ibidem: ualuas esse e cupresso: etiam quadringentis prope annis durare materiam omnem nouæ similem: & in hac significatione: absolutumq; est: sed tempus: non locum respicit. Ab hoc componitur induro: hoc est durũ facio. Ouidius. Indurat boreas: perpetuamq; facit. Et obduro. Et ab eo etiam fit dureo: & duresco: atq; induresco. ¶ Ita me probri. cum indignatione legẽda sunt hæc uerba: & per aposiopesim: subintelligendum est uerbum: patiar? uel dicet:? ¶ Probrum. scelus: ac flagitium significat: ut hic: & per metaphoram pro ignominia accipitur: ut datum est illi probro: hoc est ignominiæ ascriptum: unde opprobare: & exprobare: de quibus supra diximus: & in mostellaria dicemus. ¶ Stupri. adulterii: de stupro: superius dictum est. ¶ Dedecoris: dehonestamenti: infamiæ. ¶ Infecta is esse acclamitat. Ita scribẽdum est: & metri necessitate: & sententię cõcinnitate: hoc sensu: negat facta esse: quę facta sunt: arguit quæ neq; facta sunt: neq; ego admisi unq̃ contra meam dignitatem: & pudicitiam: non infecta ue: neq; absq; ea dictione: is: ut Pius: ac Sarracenus interpretes legunt. ¶ Acclamitat. clamosa uoce confirmat: & confirmando palat. ¶ Susq; deq;: æquo animo: uiliter: & contemptim: atq; indifferentes. Ita interpretatur Gellius libro. xv. noctium atticarum: capite. ix. quanq̃ Festus Pompeius: susq; deq; plus minus ue significare dicat. ¶ Ne ædepol faciã. ne pro non: non susq; deq; habeo. nam uiliter & contemptim. Ne ut Donatus inquit: significat non: Terenti. Ego id agam: mihi qui ne detur. Et est prohibentis. Virgili. Ne sęui magna sacerdos: & tu ne cede malis. Et ne coniunctio est adiunctiua significans ut non: Mar. Lex hæc carminibus data est iocosis: Ne possint nisi pruriant iuuare. Interdum rationalis: & pro ergo accipitur Virgi. Me ne incœpto desistere uictam. Aliquando dubitatiua pro an. Virg. Qui teneant: nam inculta uident: homines ne: fere ne. Et interrogatiua est particula. Virgi. Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri. Item diminutiuam habet significationem. Sallusti. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus uictorię temperarent. Qñ uero cũ diphthõgo scribit: gręca dictio est affirmatiua: siue assertiua. Et ꝑ utiq;: ac ꝑfecto accipit. Terẽ. Faciũt næ itelligẽdo: ut nihil itelligãt. Idẽ Nę illa illũ haud nouit.

Durare

Probrum

Susq; deq;

¶ Aut

SARACENUS

Osus quid

¶ AVT satisfaciat mihi: Pro honoris iniuria: & simulate pudicitiæ. ¶ Studeã: Velis cupiã. ¶ Recipe: Reuocare: & est ordo si studeã illam amantẽ recipere me ad sese. ¶ Exibuit negoci sum: Molestiam attulit. ¶ Insonti mihi: Non stupri sed couicii. ¶ Illius ira: duo pariter mala euentura imerito dicit: iratã quidẽ alcmenã ipsi Ioui: maledictaq; ãphitriõis in alcmenã. ¶ Ingeniũ: Natura: mos: institutũ. ¶ Osa sũ: ꝓ odi. hoc. n. uerbũ odi: ut notat Prisciãus: neq; presens: neq; futurũ: neq; participiũ habet osus tamẽ: ex quo perosus: & exosus: & inde osor. Plautus in asinaria oso rẽ uxoris suæ dixit: teste tñ Diomede: & Acrone odi ꝓ pñti tpe ponit. Horatius odi ꝓ phanũ uulgus: & arceo.

Aut satisfaciat mihi, atq; adiuret insuper
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.
Iu. faciundust mihi illud, fieri quod illæc postulat,
Si me illam amantem ad sese studeam recipere,
Quando ego quod feci, factum id Amphitryoni obfuit.
Atq; illi dudum meus amor negocium
Insonti exibuit. nunc autem sonti mihi
Illius ira in hanc, & maledicta expetent.
Al. Et eccum ipsum uideo, qui. me miseram arguit
Stupri, dedecoris. Iu. te uolo uxor colloqui.
Quo te auertisti nunc? Al. ita ingenium meust.
Inimicos osa sum semper obtuerier.
Iu. Eia autem inimicos? Al. sic est, uera prædico.
Nisi etiam hoc falso dici, insimulaturus es.

VALLA.

¶ AVT. susq; deq; hẽo. his. n. omnib9 modis dr: uerbũ ẽ ex hoium doctoꝝ: sermõibus. In poematis quoq;: & in epistolis ueꝝ scriptũ plurifariã: Sed facilius: q id uerbũ ostẽtẽt: q̃ꝙ intelligãt. significat autẽ susq; deq; ferre æquo aio eẽ: & qđ accidit nõ magnipẽdere: atq; iterdũ negligere: & cõtemnere: & ꝓpemodũ id ualet qđ dicit α'διαφορει ν. Laberius i capitalibus: nũc tu lentus es: nũc tu susq; deq; fers. Marc9 Varro in sisenna: uel de historia: qđ si nõ hoꝝ oiu; similia eẽnt pricipia susq; deq; esset falso. ¶ Insimulatã: insimulare ẽ crimem aliquem cõfingere. ¶ Dudũ. Paulo ante est tẽpus ꝑteritũ significat: ut hoc loco: & apud Terẽtiũ in andria. Ego dudũ nõ nihil sum ueritus daue. est & ubi pñs Vir. Iam dudũ sumite pœnas. ¶ Eccũ. ecce eũ. ¶ Illius ira. amphitryõis excãdescẽtia: & furor. na; ut Horatius inqt. Ita furor breuis est. ¶ Expetẽt adueiẽt. ¶ Vxor Dõatus: uxor dr ab ungẽdis postibus: & figẽda lana. i. qđ cũ puellæ ungerẽt maritoꝝ postes ungebãt: ibiq; lanã figebãt: uel qđ lotos maritos ipse ungebat: cuius rei testis ennius. Exin tarqnũ bõa fœmina lauit: & unxit. ¶ Quo te auertisti? irata alcmẽa iouis colloqũ tergiuersans: utpote ãphitryõis falso in ipsã crimẽ igerẽtis se auerterat. ideo iqt Iup. quo te auertisti. Serui. auersus irat9 Vir. i. i. æneí. Diua solo fixos oculos auersa tenebat: & i q̃rto. Talia dicẽtem iã dudũ auersa tenet. Si. n. tueť. quo mõ auersa: nisi iratã itelligas. ¶ Ini. osa sũ. i. odio habui. ¶ Obt. ituerí. ¶ Nimis uer. es. Noni. uerecũdũ audax: & cõfidẽs Pl. i ãphitriõe. Sic ẽ uera ꝓdico: nisi & hoc falso dici isĩlatur9 es. Nimis uerecũda es.

Insilare qd

Vxor unde dicatur

Auersus qd significet

PYLADes

¶ AVT satisfaciat. pro honoris iniuria: & isimulatæ pudicitiæ. ¶ Faciũdũ est mihi illud. illud inqt iuppiter oportet me facere: qđ illa cupit sibi fieri: uerbis. s. blandis: ut illi satisfaciã: & insup adiurẽ: qđ cupit. ¶ Si me illã amanteꝫ. Garrit hic quoq; uaniloquus Pius iterps: inqens: ꝓbior: & sincerior autographi lectio uidetur: ubi legiť in hunc fer me modum. Si mœstã amãtem ab se studeam recipere: hoc sensu. Si uolã mœstã contumeliis: & iratam alcmenã ab sese. i. ab ira: animo: & bili sua placare. Nã neq; uspiam id scriptũ cõperit in codicibus ueteribus: neq; nouis: neq; autographi illius: cuius mẽtionẽ facit: authoritatẽ pluris facio: qua nebulã. Siqdẽ ꝑter oẽm idoneũ sensum uerba ab illo ꝑperã citata sunt: nec plus habẽt salis q̃ lapis. Quapropter cũ Sarraceno cẽsemus ueꝝ sensum & ordinẽ uerboꝝ hunc esse: cum cõstanti oium codicum scriptura. Si studeam: illam amãtem recipere me ad sese. i. si cupio: ut illa me amet: & ad se recipiat: uel si studeam: illã recipere ad sese me amãtem. i. me: qui eius amore teneor. ¶ Quãdo ego qđ feci. hic est sensus: quoniã ego fui author iniuriæ amphitryoni insonti: & imerenti factę: dũ sub amphitryonis imagine eius uxorem decepi: propter quod ille iracũdia percitus contumelias: & maledicta in alcmenam profudit: hæ cõtumelię: & ea maledicta in me isontem redũdabunt. ¶ Insonti mihi. non quia insons esset iuppiter illatę iniurię: & stupri: sed quia insons erat illaꝝ contumeliarum. & maledictaꝝ: quibus Amphitryo alcmenam incesserat: & qbus illa putabat ab ipso ioue amphitryonem gerẽte se affectam: & oneratam. ¶ Negocium: molestiam: dolorem: impedimentum. ¶ Illius ira in hac Amphitryonis ira: quam cõceperat contra alcmenam: ex illius: ac sosiæ uerbis. ¶ Expetent. redũdabunt: transferentur. Et eccum ipsum uideo. ipsum adiiciẽdum fuit: metri necessitate: uerba sunt Alcmenæ: quæ uiso ioue: sibi persuadebat illum esse Amphitryonem. ¶ Quo te auertisti nunc? nisi nunc additum esset: uersus nõ consisteret: quem locum cum superiore Pius & Sarracenus interpraetes nõ uiderunt. Sunt autem uerba iouis ad Alcmenã: quę ab illo appellata in colloquiũ præ ira: odioq; se auerterat: nec illum cõtra aspicere sustinebat. ¶ Ingenium. natura ingenita: de quo in mostellaria dicemus abũde. ¶ Osa sum. odio habui: osus enim: & perosus ab odi uerbo anomalo deducitur: significãtq; eũ: qui odio habet: & inde osor etiam dicitur odio habet. Priscianus. Odi inquit. neq; præsens: neq; futuꝝ: neq; participiũ habet: Osus tamen: exquo perosus: & exosus habet. Inde osor. Plau. in asinaria. Madidũ nihil incõtinentẽ: atq; osorem uxoris suæ Diomedes tamen & Acron. Odi pro pręsenti tẽpore poni dixerũt: Hora. Odi profanũ uulgus: & arceo. Sed & osurus reperitur apud gelliũ: ex chilonis autoritate hęc ꝓferentẽ: hac fini ames: tanq̃ forte fortuna osurus ac ittidẽ tenus oderis: tanq̃ fortasse post amaturus. Ait ergo alcmena: se semp odio abuisse cõtra aspicere inimicos suos. ¶ Obtuerier: pro obtueri. i. aspicere. ¶ Eia inimicos: Subridẽs dulciter: & comiter iuppiter: hæc ꝓfert. ¶ Nisi etiam. hic sensus est: nisi tu: qui uera falsa esse dicis: pari modo hæc quoq; uerba mea trãfferens in contrariũ: isimulaturus etiam me sis falsi in hoc: & putes te a me amari: ac me libenter te intueri. ¶ Nimis uerecũda es. uerecũdus dicitur proprie: qui uerecundia tenetur: cuius cõtrarium est inuerecũdus Et ita capiendum cẽsemus hoc loco. Nam tacite subaudiendum: & subintelligendũ putamus: quum illa se auerteret: Iouem blande ad eam demulcendam manum porrexisse: ut attrectaret ei guttur: uel papillas. ¶ Et simul dixisse: nimis uerecunda es: quãquã Marcellus uerecũdum pro audaci: & confidente capi dixerit: hunc locum citans.

Osus

Verecũdus

SARACENUS ¶ VT abstineas manum. Nam blande cœperat attrectare mulierem. ¶ Fatus: Locutus a for faris: licet prima persona in usu non sit: & fatus sermonē dixit: ut uitā uiuo: & seruitutē seruio. ¶ Nihilo magis es: Excusatio est: Nā & si

Fatus unde

ipudicitiæ illā coarguit: nō ꝓpterea erat ipudica: neq; ipudicā arbitrabat. ¶ Hūc so. ī sosiā: s; Mercu. ementitū sosiā.

VALLA. ¶ POtin est. possibile ne est. de hac dictione paulo ante abunde dictum. ¶ Confatus sermonem. cōfatus unum uerbum est. ¶ Serio præuortier: idest existimari: ut non ioco: sed serio dictum sit.

PYLADes ¶ POtin es. i. potis ne es: potis. n. cōis generis est: cuius neutrū est pote: & significat potētem: & eum qui potest: Vir. At nō euādrū potis est uis ulla tenerē. Propertius. Qua pote qsq; in ea conterat arte diem: potens ne es inqt alcmena: ut abstineas manū a me? ¶ Nā certo. sensus est: pfecto si sanus sis: & si saperes non solū manu; abstineres: sed neq; loquæris quo qūo cum ea: quā ipudicam censeris. ¶ Conferas sermonē. i. cum ea non loqueris: & cōferas legendū est: sniæ cōcinnitate: non cōfatus: ut inepte legit Sarracenus iterpres. ¶ Tibi habeas. s. sermonem tuū: neq; illū cōferas mecū. nam qd ait Pius: scribendū esse ex uetustis codicib⁹: uerba habeas: & meꝝ mēdacium est: & deliri plenissimū: quandoqdē: si uerba habeas scribat: nullus bon⁹ sensus elici poterit ex uerbis illis. ¶ Nisi sis stultior. Ita scribi debet: & non: nisi si sit: ut legūt ambo iterpretes hi ignaui: cōtra antiquoꝝ codicum scripturam: in qbus se nequaq̄ ascriptū est. ¶ Si dixi. excusatio est iouis sub amphitryonis psona. hic sensus. Si dixi. i. quamq̄ dixerim. ¶ Nihilo magis. i. nō ꝓpterea magis es ipudica: q̄ si nō dixissem: mea uerba nō te magis reddūt ipudicā. q̄ sis reuera. ¶ Et id. i. & ob id: & ꝓpterea. ¶ Vt me de hoc

Iu. Nimis uerecunda es. Al. potin es, ut abstineas manum?
Nam certo si sis sanus, aut sapias satis,
Quam tu impudicam esse arbitrere, & prædices,
Conferas sermonem, nec ioco, nec serio.
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.
Iu. Si dixi, nihilo magis es, neq; esse arbitror.
Et id huc reuorti, ut me de hoc purgarem tibi.
Nam nunq̄ quicq̄ meo animo fuit ægrius,
Quam posteaq̄ audiui, te esse iratam mihi.
Cur dixisti inquies? ego expediam tibi.
Non ædepol, quo te esse impudicam crederem,
Verum periclitatus fui animum tuum,
Quid faceres, & quo pacto id ferre induceres.
Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi
Ridiculi caussa, uel hunc rogato Sosiam.
Al. Quin huc adducis meum cognatum Naucraten?
Testem, quem dudum te adducturum dixeras,
Te huc non uenisse. Iu. si quid dictust per iocum
Non æquomst, id te serio præuortier.
Al. Ego illud scio q̄ doluerit cordi meo.
Iu. Per dexteram tuam te Alcumena oro, obsecro,
Da mihi hanc ueniam ignosce, irata ne sies.

Purgo

purgarē tibi: ut pro his apud te me excusarem. Et addēdum fuit: de hoc: metri necessitate: aliter enim uersus nō constabit. Dicimus autē purgo me hac re: & de hac re: *Syllius* lib. ix. Et purgant pectora culpa. Cicero. xii. epistolarum. Quod te mihi de sempronio purgas: accipio excusationem. Terenti. Heus tu. purgem ego me de isthac thaidi. ¶ Egrius. molestius. ¶ Quam posteaq̄ audiui. Ita scribi debet uersus: & non: q̄ postq̄ audiui. deficeret enim pes unus uersui: quem defectum cum superiore: nec Pius: nec *Sarracenus* animaduerterunt. ¶ Expediam. expedite proloquar. Expedire proprie est liberare: & quasi pedum ligamenta dissoluere. nam a pedio uerbo antiquo deducitur: quod ueteres usurparunt pro eo quod est pede pulso. Aliquando significat explicare. Seneca. Iam quid utile sit: expedi. Interdum proferre: ut Nonius ait. Virgili. Cereremq; canistris: expediunt. Et colligere. Cicero: Cæteris autem generibus tunc pecunia expediatur: quum legionibus uictoribus. erunt quoq; stipendia persoluenda. Nonnunq̄ significat utile esse. Teren. Expedit bonas esse uobis. Cuius passiuum est expedior: a quo expediti milites dicuntur leuioris armaturæ: & sine impedimentis & expeditio appellatur: quum exeunt milites belli gerendi causa: hoc est militaris apparatus: quia explicent se: & liberent a cæteris negociis. ¶ Quo. ut dicitur: & qui in eodem significatu. ¶ Periclitatus fui. non periclitatus sum. nam pes unus uersu deficeret: idest expertus fui. periclitari enim duo significat experiri: ut Nonius inquit: siue experimentum facere: Sisenna historia. libro tertio. Periclitantur tormenta: ac tela: multaque genera machinamentorum. Et periculum subeo: ut caue: ne pericliteris. Et sic periculum duo significat: & salutis discrimen. Virgili. Extremamq; famem: quæ prima pericula uito: & experimētum. Terenti. Fac periculum in litteris. ¶ Animum tuum. quemadmodum: scilicet diffidium: & contumeliam ferres æquanimiter. ¶ Ridiculi causa. irrisionis: uel ut risum excuteremus. ¶ Vel hunc rogato sosiam. non quia Sosia esset re uera: siquidem Mercurius erat sub imagine sosiæ. Vel autem pro etiam propositum est. ut apud Ciceronem in epistola ad brutum. Et q; te tantum amat: ut uel me audeat prouocare: & apud Virgi. Carmina uel cælo possunt deducere lunam. ¶ Serio. prudenter: scienter: ex animi sententia: ac sine risu. Sunt enim opposita serio & ioco: teste Quintiliano. ¶ Pręuortier. pręuorti: & positum est pro præuertere: idest accipere: trahere: computare: dicimusque indifferenter pręuertere: & præuertor. Pręuertere etiam: ut Nonius inquit: est pręterire. Vir. Volucremq; fuga pręuertitur hebrum: reuocare. Plautus in Amphitryone. Herilis pręuertit metus: & anteponere. Idem. Illhuc redeundum est mihi: ne me uxorem præuertisse dicant præ re publica. Sed & curare significat. Idem in mercatorem. Meliust te: quæ sunt mandatæ res tibi præuortier. has autem significationes notauimus habere uerbum hoc accusatiuo iunctum. Si uero datiuo iungatur: significat prospicere: uel curam adhibere. Plautus in captiuis. Ei rei primum præuorti uolo. Idem in merca. Mandatis rebus præuorti uolo. Idem ibidem: Mandatę rei omnes sapientes primum præuorti decet. ¶ Illud. illa uerborum: & contumeliarum iaculatio. ¶ Da mihi ueniam hanc. ita scribi debet: metri necessitate: non hanc ueniam. nam uersus utno pede mancus esset.

Periclitari. Periculum

Prȩuertere

¶ Ego

SARACENUS

¶EGO istęc uerba: Est & alia lectio: Ergo istæc uerba fecisti uirtute irrita? Si prio mō legat est sensus. Tua i me maledicta uirtute ꝓpria: & ai q̄dā magnitudine paruifeci: iuxta illud Senecę ad Lucillū. Si magnanimus fueris: nūq̄ iudicabis tibi iniuriā fieri. Si scdo mō: uultuose: & cū q̄dā ironia legēdū est: ueluti fateri uideat seipsum fuisse. metitū: uel inaniter: & temere locutū: & ur̄ rectius cōgruere cū sensu subseq̄nti. ¶ Auorti: Liberari. ¶ Tibi habeas res tuas: Verba sunt: quę in diuortiis fieri cōsueuerūt: & in renūtiatione matrimonii: Nā erant hmōi: res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito. ¶ Mihi ire comites: Vt pudicā decebat honoris cā ire comitatā. ¶ Iusiurādū: Q̄d ita ꝑuandū sit: ac si ius eēt. ¶ Irata: Differūt ira: & iracundia: ut sit ira breuis furor: & subitus: Iracūdia uero ꝑsistat ad ultionē usq;: ita distinxere Non. Ciceroq; in tusculanis: & dupl'r ira definiri pōt: uel ꝑm materiā: & tunc est icēsus sanguis circa cor: uel ꝑm formā: & tūc est q̄dā appetitus ulciscendi. ¶ Veꝝ irae: Hunc locū apte imitatus est Terē. amātiū iræ amoris itegratio ē. ¶ Eisdē. s. uerbis. ¶ Euocate sosiā: Veꝝ nō subdititiū: id āt facere ur̄: ut illic ille abeat ad nauē: Mercuriusq; aduēiat loco sosię: ut āphi. ludificꝫ.

Senecæ dictum

Ira qd sit & qd iracundia

Al. Ego istæc feci uerba uirtute irrita.
Nunc quando factis me impudicis abstines,
Ab impudicis dictis auorti uolo.
Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
Iuben ire mihi comites? Iu. sanan es? Al. si non iubes,
Ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero.
Iu. Mane, arbitratu tuo iusiurandum dabo,
Me meam pudicam esse uxorem arbitrarier,
Id ego si fallo, tum te summe Iupiter
Quæso, Amphitryoni ut semper iratus sies,
Al. Ah propitius sit potius. Iu. confido fore.
Nam iusiurandum uerum te aduorsum dedi.
Iam nunc irata non es. Al. non sum. Iu. bene facis.
Nam in hominum ætate multa eueniunt huiusmodi.
Capiunt uoluptates, mox rursum miserias.
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam,
Verum iræ si quæ forte eueniunt huiusmodi
Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se, q̄ prius.
Al. Primum cauisse oportuit, ne diceres.
Verum eadem si iisdem purgas, mihi patiunda sunt.
Iu. Iube uero uasa pura adornari mihi,
Vt quæ apud legionem uota uoui, si domum
Redissem saluos, ea ego exoluam omnia.
Al. Ego istuc curabo. Iu. euocate huc Sosiam,
Gubernatorem, qui in mea naui fuit,
Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat.
Is adeo impransus ludificabitur.
Quom ego Amphitryonem collo hinc obstricto traham.
Al. Mirum, quid solus secum secreto ille agat.
Atq; aperiuntur ædes. exit Sosia.

VALLA.

¶ERGO istæc fecisti uerba: uir tupte irrita: hic uersus ita corrigendus est: & est sensus marite ergo tu ipa fecisti uana hęc uerba. ¶ Periclitatus sum. i. exptus sum: ꝑiculū feci q̄ forti aīo id sustiner̄ iduceres. ¶ Tibi habe. res tuas reddas meas. Paul. li. xxx. de diuortiis. Dirimit̄ mr̄imoniuꝫ diuortio: morte: captiuitate: uel alias contingēte ꝑuitute utrius coꝝ. Caiꝰ diuortiū aūt: uel a diuersitate mētiū dictū est: ul' q̄a i diuersas ptes eūt: q distrahūt mr̄imōiū. In repudiis aūt: & in renūciationes cōprobata sunt hæc uerba: tuas res tibi habeto. Itē hęc uerba: tuas res tibi agito. In spōsalibus quoq; discutiēdis placuit renūciatione iteruenire oportere. In q̄ re hæc uerba cōprobata sunt: cōditiōe tua nō utar: siue aūt ipi ꝑn̄ti renūciet̄: siue absenti ꝑ eū: q in ꝑtāte eius sit: cuius ue is: ea ue in ꝑtāte sit: nihil iterest. ¶ Ne diceres. exiurasti mihi te dixisse ꝑ iocū. Veꝝ eadē. Exiurare No. inq̄t: & deierare est ualde iurare: hūcq; citat locū. ¶ Is adeo iprāsus. hęc secū iupit̄. ¶ Atq; aperiunt̄ ędes. aperiunt̄ legēdū ē.

Diuortiuꝫ unde

PYLADes

¶ISTHęc feci uer. uir. ir. Sēsus est. Ego feci irrita hęc tua uerba cōtumeliosa: quę in me dixisti. ¶ Virtute. i. pudicicia: quā cōtinēter: ꝑpetiq; ꝑuaui: cauēs ne mihi iure talia obiici posset. ¶ Irrita. cassa: & nulla: irritū dr̄: q̄d iprobatū est: & nō ratū habet̄: & irritare isringere: ad nihilum redigere. Virg. Irrita ꝑpetua soluent formidine terras. ¶ Nunc q̄n factis me impudicis abstines. Sensus est (pio neutiq̄ itellectus: quanq̄ super hoc dupliciter s̄niam ꝓferat: & utrinq; ineptā.) Quū me habeas pudicam: & ab impudicis factis prorsus alienam: uolo abstineri etiā ab impudicis dictis: nā nullo modo coherent: coueniunt ue huic loco Pii ipsius expositiones somniculosæ. ¶ Abstines. i. ꝓcul tenes. ¶ Auorti. abstineri: a te. s. idest ut discas abstinere ab impudicis in me dictis. ¶ Valeas tibi: habeas res tuas: uerba sunt similia formulæ: quæ in diuortiis fieri cōsueuerat: & in renūciatione matrimonii: nam talia erant omnino. Res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito. ¶ Ire mihi comites. i. mecū ire: ut pudicam decebat honoris causa ire comitatā. Et scribendum est. Ire mihi comites: non: mihi ire comites: metri necessitate. nam aliter pes unus superflueret. ¶ Sanan es? sana ne es: quæ ob leuicula uerba diuortium pares? ¶ Si nō iubes. s. comites mecum ire. ¶ Arbitratu tuo: tuo nutu: arbitrio: & uoluntate. ¶ Iusiurandum dabo. iurabo te dictante: & deucrium cōcipiente. Iusiurandū dicitur: q̄ ita seruandum sit: ac si ius esset. ¶ Id ego si fallo. si fallaciose in hoc me gero: in credendo. s. meam uxorē esse pudicam. ¶ Sūme iuppiter. iurat per iouē iuppiter: seq; ipsum appellat: ut illā magis decipiat: sed amphitryoni uero malū imprecatur. ¶ Ah propitius. Recōciliata Alcmena: ac uerbis mollibus pectus fœmineū inuadētibus demulta: optat: ut iuppiter potius sit amphitryoni propitius: q̄ iratus propitius: ut Non. inquit dicit̄ prorsus: Pius aut ꝓpe Pius: ut apud Terē. in adelph. q̄ ea: quę parentes propitii: aut porro pius. i. uehemēter: uel ualde pius: q̄a porro uehemēter: & ualde significat. Teren. in andrię ꝓlogo. Dehinc ut q̄escant porro moneo: significat etiā ulterius lōge: ut supradiximus. Et habet primā syllabam ancipitem propitius: ut quæ a prope. cui breuis est: uel a prorsus: aut porro: cui longa deriuctur. ¶ Te

Irritum qd sit

aduersum.aduersum te in conspectu tuo:ut tu uidere potueris. Iam nunc irata non es.iouis cōtinuata uerba sunt ad alcmenam.Inter iram & iracundiam hoc differre aiunt:ꝙ iratus est:qui ex aliqua re lacessitus excanduit: iracūdus uero:qui ex quacūq; etiam parua causa mouetur ad iram:sicut ebrius dicitur:qui nimio potu alienatus est mēte.Ebriosus:qui sępe fit ebrius.Tantūq; ira ab iracundia differt:quantum ebrietas ab ebriositate.Illa.n.ex cā:hęc e moribus sunt. Huiusmodi:talia:in hanc similitudinem.Similia his sunt: quę Teren.scripsit in eunucho.In amore hęc omnia insunt uitia:Iniuriæ:suspitiones:inimicitię:induciæ:bellu;:pax:rursum. Capiunt uoluptates: post rursum miserias.Ita scribendum censemus:metri necessitate:non capiunt rursum miserias.nam uersus non consisteret. Bis tanto amici sunt.iuxta illud quoq; Terentii: Amantium irę amoris reintegratio est. Si iisdem purgas. Itē scribi debet ex antiqs codicibus:& nō idem:ut corrigit pius:& est sensus.Si eadem uerba eisdem purgas.i.si per eadem uerba:quibus me insimulasti impudicitiæ me quoq; eiusdem inoxiam:& minime reā affirmas. Patiunda sunt.i.patiar:quę dixisti.Et si pro quia accipiendum est.Nam iuppiter iam eisdē uerbis se purgauerat:quū iuramēto affirmauit:suam uxorem pudicam esse arbitrari. Iube uero:ut magis fidem rebus faciat iuppiter: iubet parari sibi:quę opus sunt ad exoluenda uota re uera facta ab amphitryone:quū esset apud legiones contra teleboas. Nūc ea ego exoluam.addendum fuit nūc:metri necessitate.nā aliter claudicaret uersus. Euocate huc sosiam: nō est satis mirari Piū interpretē:qui locū hunc sic corrigit:ut scribendum præcipiat:Euoca tu dicens.Et uerum sosiam alloquitur:qui blepharonem uocet in prandium.Nā & codices oēs ueteres:& noui habent:euocate: & sosiā Præterea quū arcessat legat etiam ab ipso pio:quō:euoca tu:stare possit:nec ipse qdem:ut putamus: explicare potuerit:quapropter euocate legendū est:& alloquitur domesticos:uel seruos alios.Et insuper uerum sosiam ad se uocari imperat:ut illum abigat ad nauem.Et interim Mercurius aduenit loco sosiæ:qui uerum amphitryonem ad fores redeūtē ludificet. Is adeo.is blepharo ipsus ludo habebit:non sosias & blepharo habebūtur:ut exponit Pius nihil sentiens nam ludificabitur singularis est numeri. Hinc:longe ab ianua. Collo obstricto.ille dicit collo obstricto trahi:qui trahitur ab aliquo:manu ac digitis compressis collum eius suffocantibus.idem est: & faucibus obstrictis. Agat.dicat:ut Terentius.Est ne ille:de quo agebā.Ago enim ut in nostro uocabulario diximus:significat dicere:tractare:pronunciare:efflare:cogitare:insequi:iurgare:ducere:facere:auferre:extendere:trahere:effingere: reddere:& fugare:quorum exempla in eodem uocabulario leguntur.

Locus restitutus

SARACENVS

Amphitryo adsu;: Euocatus a Ioue sosias aduenit ratꝰ ab hero amphitryone accersitū iri. Volupe:Delectabile alioqn pro uoluptate ponit Nonio. Frugi: Vtilē:sic Cicero i tusculanis:frugi hoies utiles appellauit. Vultū e uultu cōparet: Vt fingat.s.se uelle eadē: quæ herus uelle cognorit:uultus dicit uoluntatis iudicium:qui pro uolūtate mutat: uel dr uolūtas ipsa:ꝗ pro nutu ai in facie ostēditur. Tristis:uel mœstus uel iratus: tristes doctos appellauit Varro:adde eosdē tristes:ac seueros phos. Tristis eni ad laudem sumitur:ut docet donatꝰ:& est apud Ciceronē:iudex tristis:& integer. Hilarus:Dicit & hilaris:iucūdus. Expurgationē:Excusationē:nā purgare mūdare ē & p metaphorā excusare. Cēseo: Bene factū arbitror. Iā hi ambo: Fit ſmonis cōuersio ad spectatores. Diuine sosia: Mercuriū euocat. Tametsi pñs ñ ades: Hoc dictū est quo ad formā:quā ille mentiebat.Nā ut deus pñs erat:ꝓpterea dixit: audis quę dico. Cōmētus sies:Pro communitus iterpretatur Nonius. Cum mihi sacrificem:Nam dixerat se Iouis sacra facturum:ut interea simularet exoluere: quæ fecisset uota.

Volupe qd

Tristes qui

Purgar qd

VALLA.

Amphitryo adsum.sosias accitus a Ioue:quē amphitryone; putauerat:se pſto esse mādatis heri oñdit. Volupest mihi. delectabile uoluptariū. Vota:ꝗ sūt.hoc ē ad ea ꝗ uoui. Cēseo. hoc uerbū pinde ualet:ut alibi:ac si dicas bñ factū. Diuie huc fas: sis sosia.i.Mercuri: quē uices sosiæ gerer uolui. Fac cō.sies. No.cōmētū ꝑ cōmōito Pla.dixit hūc citādo locū. Fac sis:fac si uis ita corrigēdū.

Cēseo quid

Sosia. Iupiter. Alcmena.

Amphitryo adsum. si qd opust impa.ipiū exequar.
Iu.Optume aduenis.So.iā, pax est iter uos duos.
Nā qa uos trāqllos uideo,gaudo,& uolupest mihi.
Atq; ita seruom par uidetur frugi sese instituere,
Perinde,ut heri,ipse item sit.uoltum e uoltu comparet.
Tristis sit,si heri sint tristes.hylarus sit,si gaudeant.
Sed age responde,iam uos redistis in concordiam?
Iu.Derides,qui scis iamdudum hæc me dixisse per iocum,
So.An id ioco dixisti?equidem serio,ac uero ratus.
Iu.Habui expurgationem.facta pax est.So.optumest.
Iu.Ego rem diuinā intus faciam,uota quæ sunt.So.cēseo.
Iu.Tu gubernatorem a naui huc euoca uerbis meis
Blepharonem,ut re diuina facta mecum prandeat.
So.Iā hic ero,quō illic cēsebis esse me.Iu.actutū huc redi.
Al.Nūquid uis?quin abeā iā itro,ut apparent,qbus opust.
Iu.I sane.& quantum potes parata fac sint omnia.
Al.Quin ueni quādo uis,intro,faxo haud quicq; sit moræ.
Quando exiurasti te mihi hæc dixisse per iocum.
Iu.Recte loquere,& perinde,ut diligentem uxorem decet.
Hi iam ambo,& seruos,& hera frustra sunt duo.
Qui me Amphitryonem rentur esse,errant probe.
Nunc tu diuine huc fac adsis Sosia.
Audis quæ dico,tametsi præsens non ades.
Fac Amphitryonem huc aduenientem ab ædibus
Vt abigas quouis pacto,fac commentus sies.
Volo deludi illum,dum cum hac usuraria
Vxore nunc mihi morigero.hæc curata sient
Fac sis perinde adeo,ut me uelle intellegis,
Atq; ut ministres mihi,quom mihi sacruficem.

Amphitryo

AMphitryo adsum. In hac scena: quæ metro constat tetrametro brachicatalectico: septē pedes nacto: usq; ad eum uersum: hi iam ambo: qui decimus est a fine. nam ab illo inclusiue ad finem trimetri sunt: sex tantum pedibus constantes. Sosias introducitur: quia ioue aduocatus. ratus utiq; ab hero Amphitryone: prę sto adest: congratulaturq; illi: & Alcmenæ: q in gratiam redierint: tum ad nauem a ioue ablegat: sub specie uocandi blepharonem gubernatorem nauis ad prandium. ¶ Opportune aduenis. ita scribendum est metri necessitate: & non optume: ut legunt Pius: & Sarracenus interpretes: nam si optime legatur: uersus non consistat: sed mutilus sit: uno deficiens pede. Opportunum dicimus: & opportune aliquid accidere: quum pro desiderio nostro accidit: hoc est commode: & tempori: unde opportunitas commoditas: ab ob & portus: q nauigantibus maxime utiles: optatiq; portus sunt. unde & per duplex pp. scribuntur. E diuerso autem importunum esse: & importune fieri dicimus: quę sunt: fiunt ue præter rationem loci: seu temporis: seu personarum. propterea importunum hominem procacem: & molestum dicimus: a quo importunitas. & importunus interdum pro inquieto capitur. & quasi portu carente. Virgilius Bellum importunum ciues cū gente deoꝝ. ¶ Voluppe delectabile: uoluprificum: hilarū: ut infra. Si quid patri uoluppe est. Terent. in phor. Venire saluum uoluppe est. Donatus: Voluppe est: hoc est uoluptatis: ut hoc facul est: idest facultatis. Sic enim ueteres per apocopen loquebantur: dicitur etiam uolup. in eadem significantia plauto: & cæteris. Plautus in asinaria. Hic senex: si quid clam uxore sua animo fecit: uolup. ¶ Frugi. probum: dnr frugi hoies: quos greci χρησίμους appellant: qui ī oī re motus aī moderant: unde est pisonis illius cognomentum tantope celebratum: & inde etiam frugalis: & frugalitas dicta: quæ motus aī appetentes regit: & sedat: moderatamq; in omni re nouit seruare constantiam: & frugaliter aduerbium temperare: & modeste. ¶ Sese instituere animum suum inducere. ¶ Perinde ut heri: ipse item sit. Ita scribi debet uersus: metri necessitate: & non perinde heri: ut sint: ut legunt Pius & Sarracenus interpretes cęci: quia uersus abundaret uno pede: sensus est: dicere seruum frugi: mutare: & assumere animum: prout heros suos mutare: & assumere intelligat: ac uultum suum ab illorum uultu comparare. Perinde etiam legi debet: & non proinde. Siquidem perinde significat ita: & tunc post se recepit: ut: ac: uel ac si: uel atq;: uel atq; si: ut hoc loco. Interdum significat tantum: quum negatio præcedit. Suetonius. Nulla tamē re perinde motus: q̄ responso mathematici. Significat interdum æque: sed tum quum sine prędictis dictionibus ponitur. Plyni. iunior. Funus ruffi clarissimi uiri: & perinde felicissimi. Et ponitur aliquando pro multum. Sueton. in galba. Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Proinde uero significat ideo: uel quapropter. Semper enim dependet a superiore sententia. ¶ Tristis. Mœstus: uel iratus. tristis: ut Nonius. ait significat crudelem: & immitem. Virgili. Illi mea tristitia facta: degeneremq; neoptolemum narrare memento. Mœstum: aut infestum. Idem in buc. Tristis at ille tamen cantabitis arcades inquit. Alibi: & pluuio contristat frigore cœlum. Amarum. Virgili. Tristisq; lupini: sustuleris fragiles calamos. Minacem. Idem. Isq; adytis hæc tristia dicta reportat. Grauem. Tullius de repu. Liquit illum tristem: & plenum dignitatis sonum. Difficilem. Tullius de senec. Facilius in morbos incidunt adolescentes grauius agrotant: tristius curantur. Nigrum. Virgili. aut tonsum tristi contingunt corpus amurca. Iratum. Affranius. Mihi erit tristior: idest iratior. Et doctum. Lucilius. Tristis: ac seueros philosophos. ¶ Qui scis iamdudum hæc me. Ita scribi debet uersus: & metri necessitate: & nō hæc iamdudum. idest qui tenes: & non ignoras. ¶ Ratus: scilicet fui: hoc est existimaui: te non ioco: sed serio dixisse. ¶ Habui expurgationē. excusationem feci: & me purgaui apud alcmenam: purgare mundare est: & inde per metaphoram capitur pro excusatione. ¶ Vota: quæ sunt: idest quæ res diuina: & quę sacrificia uota sunt a me dum essem in exercitu. ¶ Censeo. laudo benefactum arbitror. ¶ Iam hic ero. Sosię uerba sunt: sedulitatem: & celeritatem suam in herilibus iussis ostentantis. ¶ Faxo. faciam: ut ne qua mora sit in me: sed omnia ad sacrificium parata sint. ¶ Quando exiurastite mihi dixisse per iocum: hic uersus deficiebat in exemplaribus fere omnibus: quem addendum censuimus tum quia Pius illum se legisse asserit in antiquis codicibus: tum maxime: q Marcellus illum citat his uerbis. Exiurare: & deiurare: idest ualde iurare: ut deamare. Plautus in Amphitryone. Exiurasti mihi te dixisse per iocū: sed redintegrandum curauimus in suos pedes. nam quū Pius legeret: mihi te dixisse: pes unus deficiebat: q si te prępонatur: & mihi subiiciatur: uersus integer fuerit. uerba sunt continuata Alcmenæ reminiscentis adhuc iniuriam sibi a uiro illatam: & iram conceptam uix deponentis: quando iuppiter ipse: quem illa uirum putabat amphitryonem: iureiurando asseruerit: se dixisse per iocum. ¶ Recte loquere: pro loqueris. ¶ Perinde ut diligentem: non perinde diligentem ut: quia abūdaret unus pes. ¶ Hi iam ambo ita scribi debet uersus: & non iam hi: quia pes unus deficeret. Et ut dictum est in principio huius scenæ: hi decem uersus iam trimetri sunt: & sex tantum pedibus constant: loquiturq; iuppiter: audientibus quidem cęteris: sed amota illinc alcmena: ac Sosia: qui ablegatus est ad nauim: ut blepharonem uocet in prandium. ¶ Frustra sunt. frustrantur: decipiuntur. Nunc tu diuine. Mercurium uocat: ut abscente sosia: introducatur: ut fabula fiat fabulosior. ¶ Fac huc ad sis. ita scribi debet: uersus necessario: qui aliter non consisteret: si huc fac adsis legatur: quemadmodum legunt Pius & Sarracenus. Et notandum est fac produci: quanq̄ interdum quoq; corripiatur: ut in illo. philli fac expectes demophoonta tuum. ¶ Tametsi prę sens non ades. hoc dictum est quo ad personam: quam ille mentiebatur. nam: ut deus prę sens erat: propterea dicit. Audis quę dico. ¶ Iam aduenientem. quum paulopost adueniet: & addēdum fuit iam: metri necessitate: & ex Nonio marcello: ne pes unus uersui deficeret. ¶ Commentus sies: idest commonitus sis. Nonius marcellus. Commentum: pro commonitum. Plautus in amphitryone: fac amphitryonem iam aduenientem: ab ædibus: ut abigas quouis pacto: fac commentus sies: & si in imprę ssis marcelli codicibus: non commonitum: sed comunitum falso legeretur. ¶ Mihi morigero: idest uoluptati meæ morem gero. ¶ Perinde adeo: ut me uelle intelligis. Ita scribi debet metri necessitate: non ut uelle me: quia pes unus deficeret uersui. ¶ Atque ut mihi ministres. Ita quoq; scribendum est. non: ut ministres mihi: quia uersus non consisteret. ¶ Quum mihi sacrificem. quū placabo memetipsum iouem sacrificio. Iuppiter enim cognomento νικοφορος colebatur ab imperatoribus ioui fauste ex bello redeuntibus. Nunc sibimet Iuppiter sacrificaturus est: agens amphitryonem: instar imperatoris: qui sacrificat uictoriam ferenti.

Importun⁹

Frugalitas.

Perinde.

Tristis

Exiurare

Cōmentus

Iouis cognomentū

SARACENVS

Fuat quid

Oncedite: Fungitur Mercurius dei: & hominis uices: nam ut seruus homo prodit in scænam: & ut deus se ubiq; adesse declarat. Fuat: Pro sit. Virgili. antiquitatis obseruantissimus Tros rutulusue fuat. Nã mihi quidem: Nã qui pro quo modo: uel quare mihi deo minus liceat minitarier populo ut decedat mihi. s. de uia q̃ seruulo in comœdiis: subaudi licet: est argumentatio a minori: si id seruo licet: multo magis deo. Capiam coronam: Vt magis amphitryonem ludificet: uelut ostendat eo die liberum esse prout festis saturnalibus serui liberi erant: neq; dominis parere cogebãtur: uel q ex conuiuio se simulet ebrium: coronabant se in cõuiuiis ueteres sertis: & floribus: ut rosa: myrto: hędera: apio: Horatius ẽ in horto phili nectendis apiũ coronis: est hederæ uis: & alibi: qs udo de properare apio coronas curat ue myrto: coronis autem huiusmodi: sertisq; utebãtur ad arcẽdam ebrietatẽ: utq; propterea magis uino indulgerent: Ideo poeta satyricus tarẽtum appellat coronatum: & madidum. i. in cõuiuiorum: & uoluptatũ omnẽ luxuriam profusum. Cispellã. Citro: uł ultra pellam: Varro: eo die cis tyberim redeũdũ est. Madidũ: ebriũ. Quid est mea? Pro interest mea: ut sosias uapulet: & mea causa det penas.

Cispellere quid sit



VALLA.

Oncedite: atq; abscedite: accitus aduẽit mercuri⁹: operãq; suam pollicetur: mãdatq; omnibus obuiis: ut aduenieti sibi concedant. Ille nauem saluã nunciat. In comœdiis inquit hæc nunciat seruus: & interminatur obuiis: cur mihi deo idẽ non liceat. Capiam coronã mihi in caput. hoc ebrii: hoc conuiuæ facere solebant. Sub. corona autem uenire dicuntur captiui: quia coronati solent uenire: ut ait Cato in eo: qui est de re milita. populus suus sua opera potius ob rem bene gestã coronatus supplicatum eat: quã re male gesta coronatus ueniat. id autem signũ est nihil prętari a populo: qđ etiã Plau. significat in hortulo: præco ibi adsit. cum corona: cuiq; liceat: ueniat. Cispellam uirum. ab hoc loco pellam. De supero. dixerunt superus supera superũ ueteres. & superum superiorem locum. ergo de superiore inqt loco abigã. Vt sit madidus sobrius. Cum sit inquit impransus: habebitur ut ebrius: nam madidus id significat. sobrius est sanæ mentis: quasi ebrius hoc est separatus ab ebrio: ut secretus superatus ab his: q̃ discernũt. Quid mea. uł tuose legẽdũ: & sbaudiẽdũ interest.

Captiui sub corona

Sobrius qd

PYLADes

MAGIS istuc sensus est.tu qdem multa minaris nobis:sed plura dicis:q̄ facturus sis. Solus solitudine.iocatur frequētius in uerbis Plautus.Ego inquit solus a solitudine:& egestate te abstuli:hoc est:quum sola esses:& paup:ne minemq; haberes:qui te tolleret:ego solus te:& sociatam:& diuitem feci. Solus si ductem.si solus ego puellā phile niū ductarē.i.potirer:adhuc tu parem gratiam nō referres. Promissum habeto.hoc.s.ut tu solus semper ductes. Dū superes.dum uincas cęteros. Datis:largitionibus:& donis:ac pecunia. Qui modust dādi:idest quis finis. Virgi.sed quis erit modus:& modus dicit̄ regimen:& moderatio. Teren.scias posse habere iā ipsum suæ uitæ mo dum.Modust autem pro modus est capitur:ut infra quoq;.quid modist:pro modi est. Modo quum accæpisti.ita scribi cogit metri ratio.nō modo quidem:neq; modo quod:ut quidam habent codices.nā superabūdaret pes unus: quod interpretes nostri non uiderunt. Sensus est.non tam cito aliquid a me accępisti:quum iam aliquid:qđ poscas: paras.hoc est:nunq̄ expleta:& contēta es. Quid modist:pro quid modi est:ductādo:amādo.Notatur a lena ado lescentis incontinentia:qui eam auaritiæ taxauerat. Modo remisisti.s.mulierem ad me:a te retētam.s.noctes:aut dies pro libito. Et tibi misi ego mulierem.ita scribendum est metri necessitate.non tibi ego misi:quia uersus abun daret. Par pari datum hostimentum est:idest beneficii compensatio:uel ęquamentum.nam si pecuniā ad me mi sisti:& ego ad te misi puellam:opera illius tibi reddita est pro pecunia.Marcellus.hostimentum est æquamentū.un de & hostes dicti sunt:qui ex æqua causa pugnam adeunt.Plautus in asinaria.par pari hostimentum datū est.opa pro pecunia.unde hostire:idest æqua reddere.Idem in eadem.qn promitto tibi hostire cōtra : ut merueris. Male agis mecū.inqt argyrippus:male te mecū geris. Officiū meū:qđ est:ut adolescētes amore captos pecunia denudē. Nā neq; usq̄ fictū:nec pictū.fingunt poetę:q̄ uolunt:qppe a uerbo gręco ποιέω poetæ nomē deducit̄:qđ uerbū si gnificat.fingo:pingo:scribo:facio expressit igit̄ omē poematis significatū:nullibi inqt:uel in ipis poeta℞ scriptis:in qbus multa ēt ficta cōperiunt̄:fictū pictū:uel scriptū compies:lenā rem bene agere cū aliquo amāte:quę frugi:& mo desta eē uelit:& rē:suā:itelligēdum est:nō amātis. Poematis:q̄q̄ poema sit tertiæ iflexionis:aduertendū tamē:abla tiuū pluralē poematis facere:nō poematibus:ut docet phocas grāmaticus. Cum quiq̄.pro cū quoq̄ amāte. Par cere: parce rebus meis uti. Mihi:amātis incōstātia exprimit̄ ēt ex hoc:quū cupiat cū illa uitā agere:quā paulo ante perire maluerat. Nō tu scis:& in hoc meretricū mos exprimit̄:ignoras inqt lena:ꝙ illa:quæ amāti parcet: sibi ipsi parum parcet.iocus est in duplici uerbi significatione:parcere.n.est ueniam dare:& parcere est seruare. Virgili.par cere subiectis:& debellare supbos:idē;:argēti atq; auri memoras:quæ multa talēta:natis parce tuis.hic ergo est sen

PYLADes

Modus

Hostimētū

Hostire

fus:quæ amanti parcet.i.ueniam dabit:sibi parcet paꝝ.i.sibi parum cauebit:seruabitq;:quibus ipsa alatur.parce etiam per translationẽ omittere significat:ut parce metu citherea:& parce pias scelerare manus.

SARACENVS. ℂRECENS:nomẽ est ut frequẽs decrepitus:astutus:togatus:palliatus:quæ qdẽ noia sunt:licet spẽm habeant participioꝝ. ⁋ Succũ:saporẽ.succus Do.docẽte humor est in corpor:quo abũdãt bñualẽtes: & dicit̃ quasi sugus:quẽ ex alimẽtis membra sugant:ide succussare factũ frequẽter succũ excutere:& succus ab Acrone dict9 est uiriditas:& pulchritudo corporis: ut corpus solidũ:& succi plenũ dixit Terẽ. ⁋ Patinariũ:elixũ:nam elixæ dapes:& iurulẽtę ponunt̃ in patellis:quę dictę sũt ab eo:qd pateant. ⁋ Assum:ad ignẽ torrefactũ:sic.n.excoctũ paꝝ habet succi:assam uocẽ appellauit Var.hũanæ tm̃ linguę:inquit.n.in cõuiuiis pueri modesti:ut cãtarẽt carmina antiqua:in qbus laudes erant maioꝝ:& assa uoce:& cum tubicine. ⁋ Is dat̃ uolt:aptissime describit amantiũ mores:q.s.cupiant cũ amẽt ut ab ipsis posca tur:qd debet. ⁋ Famuli. famli nom Fest. diẽ ab oscis originẽ habuisse apud:quos seruus famul uocabat̃:uñ familia & familiares:familiariter quoq; iuẽtũ est dici pro grauiter:& moleste:ut apud Ter.Donati testimonio huius mortẽ tã fert familiariter. ⁋ Ancillis.quæ ab anco martõ rege dictę uidẽtur Fest.autore:q is in bello magnũ numeꝝ fœminaꝝ cœperit. Siue iõ sic appellant̃ q antiq ancillari dixerunt pro ministrare:ut apud Noniũ iuenias:ancillant̃ pro seruiunt:& apud Cice.frequẽter. ⁋ Catulo meo:nõ tm̃ canũ:sed oium aialium dicunt̃ catuli. ⁋ Aetatis:atq; honoris gratia: Vt calide sub subladit̃ lena:facilius ut ab amatore pecuniã surripiat:ætates diuisit Varro:in infantiã:pueritiam:adolescẽtiam:iuuẽtutẽ:senectutem. ⁋ Quaꝝ singulæ etiam trifariã diuidunt̃:& de unaquaq; dicit̃ prima:uiridis & pceps.Ideo Salustius Mithridates inqt extrema pueritia regnum igressus.Virg.quoq; sed cruda deo:uiridisq; senectus:ętas mõ annoꝝ centum curriculum:modo tm̃.xxx.designat:ut rettulit Seruius. Tertiam hominum ætatẽ uiuebat dixit Ci.de annis.xxx. locutus ętatem quoq; positam pro sæculo diuq; rettulit Noñ.Plau.quoq; in sequentibus comprobauit.

Quasi piscis itidem amator lenæ,neq̃ est nisi recens.
Is habet succum,is suauitatem,eum quouis pacto condias.
Vel patinarium,uel assum uorses,quo pacto lubet.
Is dare uolt,is se aliquid posci.nam ubi de pleno promitur,
Nescit quid det,quid damni faciat,illi rei studet.
Volt placere sese amicæ,uolt mihi,uolt pedisequæ,
Volt famulis,uolt etiam ancillis,& quoq; catulo meo
Sublanditur nouos amator,se ut quom uideat,gaudeat.
Vera dico.ad suum quẽq; hoiem qstũ eẽ æquomst callidũ.
Ar.Perdidici istæc esse uera damno cum magno meo.
Cle.Si ecastor,nũc habeas quod des,alia uerba perhibeas.
Nunc,quia nihil habes,maledictis ductare eam postulas.
Ar.Non meũ est. Cle.nec meũ qdẽ ædepol,adte ut mittã
Verum ætatis,atq; honoris gratia hoc fiet tui. (gratis.
Quia nobis lucro fuisti potius,q̃ decori tibi.

Sarace nus. · Succ⁹ qd sit · Assa uox · Famuli unde dicti · Ancille unde dictę

VALLA. ℂAMAtor lenę.i.apud lenam.nã datiui est casus. ⁋ Is.subaudi:qui recens. ⁋ Vel patinariũ.i.in patinis cõditus. ⁋ Is dare.subaudi amator. ⁋ De pleno.ubi non est adhuc qcq̃ cõminutũ. ⁋ Illi rei studet.i.nihil mõ aliud curat q ui dispẽdium faciat. ⁋ Famulis.i.seruis:unde familitium Apul.in.ix.habens ex eodẽ familitio conseruam coniugẽ. ⁋ Catulo.dicunt̃ catuli non canũ modo filii.sed ẽt alioꝝ aialium tã terrestriũ q̃ aquatiliũ.Pli.Delphines aguntur e re cõiugia:pariunt catulos.x.mense ęstiuo tẽpore.Interdũ & binos nutriunt uberibus:sicut balęna:atq; ẽt gestãt fœtus infantia ifirmos:qn & adultos diu comitant̃:magna erga partũ comitate.Idẽ in.x.Quadrupedũ oua gignẽtiũ lacerta ore pere:ut credit̃ uulgo Arist.negat:neq; incubant ęde oblitę:quo sint in loco enixæ:qm̃ huic aiali nulla memoria:itaq; catuli p se erũpũt. ⁋ Ad suũ quẽq;.Ordo est ad suũ qstũ ęquũ est:quẽq; hoiem esse calidũ.i.uersutum.

Catuli qui dicantur

PYLADes ℂRECENS nomẽ est:ut frequẽs:decrepitus:astutus::togatus:palliatus:quę qdẽ noia sunt:licet spẽm habeãt participioꝝ:ut inqt Serui.& significat nouũ:nupeꝝ:nouiciũ.iterdũ ẽt aduerbialiter sumitur pro recẽter.Pla.in captiuis.qd tu una nocte postulauisti:& die recens captũ hoiem:nupeꝝ:nouicium. ⁋ Succũ:humorẽ:saporẽ: Succus:ut Donatus inqt:est humor in corpore:quo abũdant bñualentes. Virgi.Et succus pecori:& lac subducit̃ agnis.Et dicitur succus:quasi sugus:quẽ ex alimentis mẽbra sugant:ut se repleant:& est succus interior pinguedo mẽbroꝝ.Terẽtius.Corpus solidũ:& succi plenũ. ⁋ Suauitatẽ.uoluptatẽ a suauio:qd uoluptatẽ significat. Terẽ.o thais meũ suauiũ. ⁋ Is amator.recens.s. ⁋ Patinariũ:elixũ:nam elixæ dapes:& iurulentæ ponunt̃ in patinis:quę dictę sunt ab eo:q pateant. ⁋ Assum:ad ignẽ torefactũ:dictum:ut ait Varro:ex eo q assudet ex igne:ut diximus in nostro uocabulario:quũ de uocibus:elixum & assum tractauimus. ⁋ Is dare uolt.is item amator.Et optime amãtium mores describit:qui quũ amant:cupiunt a se aliqd peti:quod dent. ⁋ Is se aliquid posci.is uult:se posci aliquid. ⁋ Nescit qd det. ubi inqt de pleno pmitur:nescit amator:qd det:ut faciũt:qui de pleno marsypio pecunias excipiẽtes:sine discretiõe: aut numero donãt:Et scribẽdũ est.Nescit:qd det.nõ aũt.Neq; ille scit:qd det:abũdaret.n.pes unus uersui:nec sniq ro tũditas quadraret.qd iterptes lusci Pius & Sarra.nõ uiderũt. ⁋ Vult placere:uult sese placere amicæ. ⁋ Vult mihi lenæ.s. ⁋ Pedisequę:ancillæ:quę pedes dñe seqtur:eãq; comitat̃. ⁋ Vult famulis.seruis.Famuli nomẽ inqt festus:ab oscis originẽ habuisse:apud quos seruus famul uocabat̃:uñ & familia uocata.& famulitas pro suitute:ut Noñ.ait. ⁋ Ancillis:ministris.Ancillæ:ut festus inqt:dictę sunt ab Anco martio rege:qui in bello magnũ numeꝝ fœminarũ cępit:siue iõ sic appellant̃:q antiq ancillari dicebant ministrare:uñ & Noñ.Ancillant̃ pro seruiunt dixisse authores ueteres scribit. ⁋ Catulo ẽt Catello meo inqt callidissima lena: sublandit̃ nouus amator: nedũ cæteris domesticis. ⁋ Ad suũ quẽq; hoiem.Catholica snia. Aequũ est atq; decens:ut qlibet sit callidus:& satagens:ad suũ qstũ:qd quidẽ facit nouus amator:quũ cupidus puella potiri:donat oẽs familiares. ⁋ Perdidici:hęc oia inqt uera esse pdidici meo cũ magno dãno:qa te:& tuos oẽs familiares:tot tãtisq; donaui muneribus:ut iã oia absumpserim. ⁋ Si ęcastor nunc habeas:qd des.pfecto inqt lena:ego te bñ noui.Si.n.haberes:qd dares:alia uerba faceres mecũ:nec maledictis puellã ductare postulares.sed blanditiis:& muneribus.Et scribi debet phibeas ex codicibus antiqs:& sensus cõcinnitate.i.exhiberes. ⁋ Maledictis ductare eã postulas:ita scribi debet metri necessitate:nõ tu eã ductare:ut legunt Pius & Sarrace.

Patinarius · Famulus

Sarrace. interpretes. Nõ meũ est: nõ est mei moris: maledictis. s. puellã ductare uelle. Verꝫ ætatis: atq; honoris: ut callide sublandit lena: ut ab amatore pecuniã surripiat: nã ętatis: & honoris illius rõnẽ habere se uelle oñdit: quũ pecuniis: & argẽto tñ ihiet. Aetatis: ætates in hoĩbus qnq; Varro esse dixit: ĩfantiã: pueritiã: adolescẽtiã: iuuentutẽ: & Senectutẽ: ut in uocabulario nr̃o meminimus: quæ singulę ẽt trifariã diuidunt: in primã uidelicet: uiridẽ: & pcipitẽ. unde Mithridatẽ inqt Sallu. extrema pueritia regnũ ingressum esse. Virg. quoq;: sed cruda deo: uiridisq; senectus dixit. Aetas p̃terea mõ centum annoꝝ spaciũ cõplectitur. Ouidi⁹. Annos uixi bis centum: nunc tertia ducitur ętas. Modo pro triginta annis. Cicero. Tertiam iam ætatem hoĩum uiuebat. Aliquãdo pro uno anno tãtũ. Varro. ętatem uix decimã ingressus. Aetate ẽt: uel ętatẽ aduerbialiter pro diu: positũ inuenimus apud Plautũ: & alios.

Aetates in hominibus

SARACENVS.

Si mihi dantur duo talenta argẽti numerata in manum,
Hanc tibi noctem honoris caussa gratis dono dabo.
Ar. Quid si non est? Cle. tibi non esse credã? illa alio ibit tñ.
Ar. Vbi quæ dedi ante? Cle. abusa. nã si ea adurarẽt mihi,
Mulier mitteretur ad te, nunq̃ quicq̃ poscerem.
Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento nõ emo.

TALENta. talẽtum secũdu; Iuliũ pollucem ponderis nomen adducit: & secundum uarias gentes pondus est uariũ: erat quidem atticũ: & illud magnũ: & paruu; magnum. lxxx. libraꝝ: & paulo plus: paruum. lx. Romanum. lxx. Euboicum non multo minus attico. Erat ægyptiũ: præterea Neapolitanũ: Rhodiu;: Syracusanũ: põderum diuersorum prout diuersarum nationum. Hanc noctẽ: totam & cõtinuã.

Talẽtũ qd

Tibi non esse credam illa. s. talenta: & cum interrogatione legatur: uel tibi non esse credam illam. s. philenium & credam pro cõmittam: & conuenit cum sensu sequenti: alio ibit tamen. Abusa: uel ab utendo uel usu consumpta. Quę uolumus: pro quibus usus est accusatiuo pro ablatiuo: & notauit nonius id usurpasse grauissimos autores.

DVO talenta argẽti. qđ latini talentũ græci talãton. Maximũ ergo talentũ nonaginta libraꝝ: minimũ triginta: reliquũ: qđ esset mediũ. Sunt etiã alioꝝ põdeꝝ prout diuersis nationibus placuit maioris: minorisue põderis: ut euboicũ attico aliquatenus minus: item Aegyptiũ: Syracusanũ: Rhodiũ: Neapolitanũ: & id genus alia. Honoris cã. hoc ironicos lena irridẽdo adolescentẽ dicit. Abusa. i. absumpta. Vtimur rebus. ut inqt Cice. quę manent eędẽ: ut ueste: lib. domo. Abutimur quæ absumunt: ut uino: oleo: tritico. iuriscõsulti quoq; hanc de usu & abusu faciunt differentiã: ut sit usus illaꝝ reꝝ: q̃ minime peunt. Abusus uero cõtra: ut si cupiã relinqtur usus: nõ uidet relict⁹ abusus.

VALLA.

Vsus & abusus qũo differant

DVO talẽta. Talentum: ut ẽt in Amphitryone diximus: uarii fuit ponderis: secundũ uarias gentes: diuersæq; speciei: & materiæ: sed Atticum: qđ crebrius est: maius & minus fuit: maius tribus & octoginta assibus describit: & triente: licet quidã octoginta tñ assiũ dixerint fuisse: minus uero assibus cõstat sexaginta. Et ita etiã apud romanos constitisse uidet: quod quidẽ clare ostẽdit Plautus in mostellaria quũ quadringinta: & octoginta minas in cõputu; duoꝝ talentoꝝ deducit. Si quidẽ as: & mina. & libra: idẽ sunt: ut infra paulopost dicemus. Talentũ aũt: quod nunc atticũ dicit: ut Suidas inqt: apud Siculos antiqtus fuit minaꝝ uigintiquattuor: postea tñ duodecim: Vbi aũt homerus duo auri talenta ait: in ludis factis in funere patrocli: patet aperte nõ fuisse ęquale talentũ nostrũ talẽto antiquo rũ: nã primo uictori tripodẽ: secundo libetẽ: tertio æquũ: quarto duo auri talẽta tradita inquit: quod quidẽ uidetur minimũ quid fuisse: sed & apud ægyptios: Neapolitanos: Rhodios: atq; alias gentes uariũ admodũ fuit. Et atticum crebrius: atq; usitatius est: uerũ ut semel clare intelligat eius põdus: De põderibus hoc loco minutissime differemus. Omniũ ponderũ minimũ est siliqua: siue granũ. Siliquam eni; fabã græcam nuncupamus: qua minutissima pondera signari solita sunt. Siliquæ sex scrupulũ faciunt: quẽ & obolũ dicunt hunc nos pensum denariũ appellamus: quę est uigesimaquarta pars unciæ. Scrupuli tres drachmã faciunt: quæ est octaua pars uncię. Sextula quattuor habet scrupulos: dicta ex eo: ꝙ sit sexta pars unciæ. Drachmæ duæ sicilicum faciũt: qui sex habet scrupulos. Duella sextulas duas habet: hoc est scrupulos octo: Semuncia mediã unciã signat a semis: & uncia. Vncia ab uno denominatur: ꝙ ex duodecim assis partibus ea unica est. Sextans unciæ duæ: ꝙ sit sexta pars assis. Quadrans unciæ tres: ꝙ sit q̃rta pars assis: hunc & triunciũ: quasi tres uncias dicunt. Triens: unciæ quattuor: ꝙ sit tertia pars assis. Quincunx unciæ qnq;: ꝙ quinã unciã contineat. Semis: unciæ sex: quasi semias: idest dimidiũ assis. Eandẽ & Sembellam dicunt: quasi se milibellam: libella. n. diminutiuum a libra est. Septunx uncię septem: a semptẽ unciis dictus. Bes uel des uncię octo: quasi dempto triente ab asse. Dodrans unciæ nouẽ: ꝙ quadrans sit dẽptus ab asse: hunc & mouunciũ: quasi nouẽ uncias dicunt: Dextans uncię decẽ: quasi dempto sextante ab asse. Deunx unciæ undecim: ꝙ dempta sit uncia ab asse. As unciæ duodecim: ab ære dictũ: hic & libra: & mna a gręcis a nostris mina interpositione. i. litteræ: dicit. Eandẽ & pondus: siue pondo appellant. unde & unũ pondus assipondiũ noiatur: q̃uis proprie pondo significet põdus duodecim libraꝝ. Liuius: Argenti pondo bina: & sex libras in militẽ præstaret. Mina igitur drachmis constat nonaginta sex apud romanos: apud atticos autem cẽtũ: ut Diodorus: & suidas aiunt: unde talentũ atticũ minus: qđ ut diximus est libraꝝ sexaginta: drachmaꝝ continet sex milia. Supra assem est dupondius. i. librę duę: duobus põderibus dictus. Sestertius. i. librę duę: & semis: dictus quasi semis tertius: hoc est post duos asses: sequens tertio loco semis: qa. n. fiebat ex duobus assibus: & semisse: sestertium uocauerunt: hoc modo scribẽtes. Tressis. i. librę tres: a tribus assibus: ut apud Persiũ: Tressis agaso. Octussis quoq;: nonussis: & decussis: ab octo: nouẽ: & decẽ assibus dicti: octo nouẽ: & decẽ asses significant. Decussis autẽ denarius etiã dictus est: quia constaret decẽ assiũ pondo. Bicessis uiginti asses significat: q̃si binos decusses cõtinẽs. tricessis triginta asses: a tribus decussibus: cẽtussis quoq; cẽtũ asses: q erãt breues ex ære nũmi: ut curto cẽtusse licet. Supra cẽtussem maius æris uocabulũ nõ hẽm⁹: nã ducẽtos: trecẽtos: quadragẽtos ue cũ dicius: nõ magis asses: q̃ denarios: ut alios nũmos signamus. Hãc no. ti. Ita legẽdũ est metri rõne: nõ hãc tibi noctẽ: qa pes unus uersui dficeret. Honoris cã. Lena iproba: atq; auara: & tñ pecũiæ ihians ait se honoris cã: & gratis: ac dono mulierẽ daturã adolescẽti: accæpta pecũia. Tibi nõ eẽ credã? Scilicet pecũiã: & cũ interrogatiõe legẽdũ ẽ. Vbi: q̃ dedi añ: ita scribi dbet: & tolli dictio illhæc: uti supfluẽs metri necẽtate. Abusa. s. sũ: hoc ẽ cõsũpsi: uł abusa. s. st a me: ut Noñ. expoẽr ur iqẽs: Abusa abutẽdo: uel i usũ cõsũpta: & adduc hũc locũ. Iurecõsulti differre uolũt iter usum: & abusum: qa usus sit illaꝝ reꝝ: quæ nõ pereũt nobis utẽtibus: abusus autẽ econtra.

PYLADes

Pondeꝝ ordo: & noia.

Mina

Octussis

Abussus

SARACENVS. Græcorum fides q̃lis sit

GRAEca fide:acsi dixisset tradito in manibus prçcio. Taxat hoc loco male creditā grçcorum fidem:tanq̃ sæpius mentitā:cui fidere quisq̃ cauet:qui sanus sapit. Et propterea cū aliquid mercātur:non nisi tradita:& numerata pecunia admittunt. Cice. pro Flacco:hoc dico de toto genere græcorum:tribuo illis litteras:do: multarum artium disciplinas:nō adimo sermonis leporē:ingeniorum acumen:dicēdi copiā:deniq̃ si quā sibi aliā assumunt:non repugno:testimonior religionē:& fidē nunq̃ ista natio coluit:unde illud ē:Da mihi testē mutuum. Ex œnopolio:taberna uinaria. Disciplina. Arte:in de disciplinosus:qui facile didicit artes: Varro disciplinosū gladiatorē appellauit. Vetus est.s.adagiū:puerbiūq̃. Nihili coactio est: Ac si dixisset nihil cumulatū hēo: & ppterea mihi opus est pecūia. Dicit.n. scis cuius.s.pecuniæ nullā esse coactionē: idest collectionē:coactio.n.a cō & ago.i. congrego:cumulo. Inde apud iurisc̄osultos titulus de coactis.i. hoīum unione & Virg. titire coge pecus. Aliā orationē: non blandam:non obsequiosam:ut alias. Despoliato pecūiis:Et bonis exhausto. Atq̃ olim:triplicē olim significationē tenet pteriti. præsentis: & futuri tēporis: ut Noñ. Pris. & Ser. docēt. Illiciebas: Allectabas tuis uerbis:& lenociniis. Arridebant:applaudebāt:& lętitiā quādā prę se ferebant. Vsq̃:assidue. De idustria dedita opa:certo consilio:ātiqui dixerūt industrium: quasi indostruū:qđ q̃cquid agerent intro struerent. Aucupii:aucupium & itē auceps ab auibus dicit̄ capiendis. Concinnauit: Aptauit: cōposuit:fecit. Areā:locum planum:& dicta est:q̃ arescat:& quæ solis ardore arefit.

Industriū quid

> Cætera,quæ,uolumus uti,græca mercamur fide.
> Quom a pistore panem petimus,uinum ex oenopolio,
> Si æs habent,dant mercem.eadem nos disciplina utimur.
> Semper oculatæ nostræ sunt manus.credunt,quod uident.
> Vetus ē,nihili coaxatio. Ar. Quoius? Cle. nō dico ampli⁹.
> Ar. Aliam nūc mihi orationem despoliato prædicas.
> Longe aliam inquā præbes nunc,atq̃ olim quom dabam.
> Aliam atq̃ olim,quom illiciebas blāde adte,benedicæ.
> Tū mihi ædes quoq̃ arridebant,quom ad te ueniebā,tuæ.
> Me unice unum ex omnibus te,atq̃ illā amare aiebas mihi.
> Vbi quid dederam,quasi columbæ pulli in ore ambæ meo
> Vsq̃ eratis.meo de studio studia erant uostra omnia.
> Vsq̃ adhærebatis,quod ego iusseram,quod uolueram,
> Faciebatis,quod nolebam,ac uetuream de industria,
> Fugiebatis.neq̃ conari id facere audebatis prius.
> Nunc neq̃ quid uelim,neq̃ nolim facitis magni pessumæ.
> Cle. Non tu scis?hic noster quæstus aucupii simillumus est.
> Auceps quando concinnauit aream,effundit cibum,aues
> Assuescunt,necessest facere sumptū,qui quærit lucrum.
> Sæpe edunt,semel si sunt captæ,rem soluont aucupi.
> Itidem apud nos.ædis,nobis areast.auceps,sum ego.

VALLA. QVAE uolumus uti.utor hanc rē: & hac re dicebāt ueteres:ut tā Pri. q̃ Au. Ge. & hic locus oñdit. Vinū ex thermopolio.i.loco:ubi calidæ uēdunt̄ potiones.nā thermō calidū significat: & polo uēdo.ut alibi Plau. de grç. locutus: quos bibētes uideas in thermopolio:& capite opto calidū bibūt: uel ex œnopolio ex taberna uinaria. Vetus est.subaudi adagiū. Nihil coactio est.i.nihil congregatū est:ac cōgestū. Cōcinnauit areā.i.pfecit:absoluit. Rē soluūt.i.repēdūt impensam. Lectus illex est.i.locus illecebrosus:in quē illiciunt̄ amatores:uel si illix rectius:nā in dictionū dñis Noñ.

PYLADes GRAEca mercamur fide:idest tradito in manus præcio. Taxāt hoc loco grçcorum fidem fluxam: & instabilē: tanq̃ sæpius mētitam:& cui fidere cauet:qui sane sapit:propter quod quum aliquid mercātur:nō nisi tradita:& numerata pecunia admittunt̄. Vnde Cicero pro flacco de eis sic ait. Hoc dico de toto genere græcorum:tribuo illis litteras:do multarum artium disciplinas:non adimo sermonis leporem:ingeniorum acumen:dicendi copiam:deniq̃ si quam sibi aliam assumunt:nō repugno:testimonior religionē:& fidem nunq̃ ista natio coluit. A pistore: pisores & pistores dicebātur apud antiquos:qui frumēta pinsebant:hoc est tundebant:& qui etiā panes coquebant. Varro. Nec pisorē ullum nossent:nisi eum:qui in pistrino piseret farinā. Oenopolio. Oenopoliū dicitur taberna uinaria: ab οἶνος uinum:& πωλέω uendo:& græce quoq̃ οἰνοπώλιον dicitur. Si ęs habent:panem.s.& uinū uendētes: idest:si a me eis datur pecunia. Oculatæ:oculos habentes:ispectantes:unde alibi:plus est oculatus testis unus:q̃ auriti decē:idest qui de auditu tm̄ dicant. Vetus est.s.adagium:& prouerbium. Nihili coaxatio:ita quidem scribēdum cēsemus oino:& non coactio:quod certe nullius esset boni sensus:quāq̃ omnes fere codices coactio habeant: & non coaxatio. Sed non eo tamen sensu exponēdum putamus:quo Pius interpres scripsit:hoc est. Nihili coaxatio ē: idest cōquestio:quæ fit post dānum non est hili. dicens:quis ignorat:ni pro ne.i.pro nō negatione poni? Immo hūc sensum potius subesse existimamus. Tua ista uerba:tuæq̃ huiusmodi querelæ:quum iniquis: Quid si non est? Vbi quæ dedi ante? Male agis mecū:nullius apud me sunt momēti:nō aliter q̃ ranarum coaxatio:quēadmodum in prouerbio est. Erat enim puerbium:ut ex his uerbis elicitur:quū quis pergeret a quoq̃ petere:quod ille dare nollet:ut diceretur:nihili coaxatio.i. frustra petis:& odiose:ranarum coaxantiū ritu. Coaxare enim uerbū est ficticium:a ranarum uoce deductū:quæ est. κοάξ.ut apud aristophanē poetā est uidere in comœdia:cui nomen sit βάτραχοι.& a uerbo ipso coaxatio. Cuius? ita scribēdum quoq̃ opinamur:& nō:scis cuius:metri necessitate:nam uersus non consisteret.imo abundaret uno pede:si scis adderetur:& prçterea:nullus rectus sensus esset. pponendāq̃ Argyrippi personā illi dictioni cuius autumamus:hoc sensu: Cuius coaxationē ais? ut interrogatiue legat̄. cuius? Nō dico ampli⁹. Et hic pponendam lenç psonam putamus:ut sit respōsio ad uerbum illud cuius:ab argyrippo dictū: hæc autē Pius ille interps:& Sarrra.itē non intelligētes futiliter:& perperā nugati sunt. Aliā nunc mihi. Sic icipit hic uersus metri ratione:aliter inqt:nunc aduersum me loqueris:q̃ loquereris:quū uobis dabā:non.n.blande & obsequiose nunc: ut tūc faciebas:qñ me despoliatū:enudatūq̃ penitus fecisti. Despoliato pecuniis:& bonis exhausto. Atq̃ olim q̃ alio tēpore: iam elapso. Illiciebas:allectabas:blandis:& benedicis uerbis. Illiciebas blande ad te.ita scribendus est metri necessitate:& non illiciebas me ad te blande. Arridebant:arridere:& applaudere uidebantur. Me unice:ordo

Oculatus

Coaxatio

ce:ordo est aiebas te:atq; illam unice amare me unum ex omnibus. Vsq; eratis:assidue:cõtinue. De idustria:dedita opera:certo consilio: industrium quasi indestruum dixerunt antiqui:q quicqd ageret itrostrueret:ut dicemus etiam in mostellaria. Non tu scis:respondet lena ad ea:quę argyrippus dixit. ubi meretricum mores:& quæstus patefiunt. Aucupii. Aucupium:& item auceps ab auibus capiẽdis dicitur. Concinnauit:aptauit composuit fecit. Necesse est facere sumptũ. Catholica snia:qui q̃rit lucrũ hũc & sumptũ facere oportet. Itidẽ apud nos:nõ itidẽ hic apud nos:abũdat.n.hic metri rõne. Area ẽ. Area:ut fest? ait:ꝓprie dr̃ locus uacu? q̃si exaruierit: & ñ possit qcq̃ gñare. Et Var. similiter dictã ait:qa ardore aresit. Et p similitudinẽ in urbe loca pura areas dictas.

De idustria

Area

Esca,est meretrix.lectus,illix est.amatores,aues.
Bene salutando,consuescunt,compellando blanditer,
Osculando oratione uinula,uenustula.
Si papillam pertractabit,haud est ab re aucupis.
Suauium si sumpsit,sumere eum licet sine retibus.
Hæccine te esse oblitum,in ludo qui fuisti tam diu?
Ar.culpa tua istæc,quæ discipulũ semidoctũ abste samoues.
Cle.Remeato audacter,mercedem si eris nactus. nunc abi.
Ar.Mane mane,audi.dic quid me æquom censes tibi dare,
Annũ hunc ne cum quiq̃ alio sit.Cle.tu ne?uiginti minas,
Atq; ea lege,si alius ad me prius attulerit,tu uale.
Ar.At ego etiã prius,q̃ abis,uolo loqui.Cle.dic qd̃ lubet.
Ar.Non oĩno iam perii,est reliquom qd̃ peream magis.
Habeo unde istuc tibi,qd̃ poscis,dem.sed in leges meas
Dabo ut scire possis,perpetuũ annum hũc mihi uti seruiat.
Nec quenq̃ iterea alium admittat prorsus,q̃ me,ad se uiꝝ.
Cle.Quin si tu uoles,domi serui,qui sunt,castrabo uiros.
Postremo,ut uoles nos esse syngrapham facito afferas.
Vt uoles,ut tibi lubebit,nobis legem imponito.
Modo tecum una argentum afferto,facile.patiar cætera.
Ar.Portitorum simillumæ sunt ianuæ lenoniæ.
Si affers,tum patent.si non est,quod des,ædes non patent.
Interii si non ego inuenio illas uiginti minas.
Et profecto nisi illud perdo argẽtum,pereundust mihi.
Nunc pergam ad forum,atq; experiar opibus,omni copia,
Supplicabo,exobsecrabo,ut quenq; amicum uidero.
Dignos,indignos adire,atq; experire certust mihi.
Namsi mutuas non potero certust sumam fœnore.

LVCTVS:uel lectus potius: si luct?: lachrymas dicit muliebres amãtibus:quę struunt isidias:dũ in suã:quã cupiunt sententiaȝ trahant:si lectus:hoc nihil põt esse uiolẽtius:quid.n.est quod non sit illectus amator ꝑstiturus:quũ simul cũ amata cubat:illex ab illiciendo dr̃. Bñ salutãdo: Initia sunt ista i amoris illecebras:primuȝ uidere amorẽ nutibus idicare:postmoduȝ blande loqui:demũ attrectar̃:deosculari: & reliqua pagere:ut aptissime autor prosequtur. Dona.in Terẽ.appellat amoris lineas. Vinula:uenustula Delectabili: & illecebri. Sic No.plautino utens testimõio iqt:uinulũ sensi locũ illecebrũ. Si papillã:sũt papillæ capitula mamillaꝝ. Haud est ab re aucupi: ac si dicat non icassuȝ auceps tetẽdit rætia:& perstat i metaphora. Mercedeȝ si eris nactus.i.si pecuniã attuleris. Mane:mane:Reuocat abeuntem:ut̃ potius abire simulãtẽ:ut rei uetitę cupidiorem faceret. Quiq̃:pro quoq̃. Castrabo:hoc uerbo Varro usus ẽ: Castrare oportet agnũ non minorẽ qnq; mẽsium. Syngrapham afferas.i.quas iusseris cõdictiones in scriptis ponito. Asconius pedian? differre dicit iter se Syngrapha & chyrographa: q in chyrographis tm̃ quę gesta sunt scribi solent:in Syngraphis uero ẽt contra fidẽ grauitatis pactio uenit:& nõ numerata pecunia. Si nõ ẽ: qd̃ das:Huc tẽdit illud. Si nihil attuleris ibis homere foras. Nisi illud pdo:Sẽsus est malo argẽtũ ut peat q̃ amore cruciari: & recte dixit pditũ:qd̃ meretricibus condonar̃. Experiar opibus.s.alienis. Oi copia:oi ui:& conatu. Experire:pro experiri utir̃ sæpe Plau.cõtrario genere uerboꝝ. Mutuas nõ potero.s.hr̃e pecunias:mutuamus q̃ nõ eadẽ reddunt̃:sed usu consumunt̃:ut uinũ pecunia:cum autẽ eadẽ reddunt̃:ut liber:uestis cõmodare dicimus. Fœnore:qcqd supra sorte accedit fœnus dr̃ a fœtu: uel fœtura:sicut a ticto:idest perio græce locos:quod corrupto uocabulo hodie s præposito barbare stocus dicitur.

SARACENVS.

Papilla q

Mutuare quid sit

ILLIX inquit & illex hoc discernunt̃ ab illiciẽdo illix:illex uero a quo lex nõ seruet̃. Plau.in pœnula. Quid,illi tãtæ rei fuimus illix. Idẽ in psa:in iure illex:hoc est uiuẽs sine lege:sine iure labes ppl̃i. Orõne uinula.i.suaui: ut uinũ est. Si papillã p tractabit. Ser.in.xi.ęnei. Sane mamilla est oĩs eminẽtia huberis. Papilla uero breue illud:uñ lac trahit̃. Haud ẽ ab re.nõ ẽ alienũ ab utilitate:ut dicimus:ex re:ex utilitate:Hora.narrabat ex re fabellas. Syngraphã facito afferas.& syngraphũ:& syngraphã dicius. Est aũt scriptũ:qd̃ aliqd mõ attestet̃:ut Ci.in clodiũ ad põtifices.si tu? scriptor i illo icẽdio ciuitatis nõ syngraphas:cũ bisantiis exulib?:& cũ legatis rogatis faceret. & ipe Pla. in captiuis:seqre me uiaticũ:ut dẽ a trapezita tibi iã eadẽ opa a ptor̃ sumas syngraphũ:uñ subiũgit:quẽ syngraphũ.
LECTVS illix. Lectus inqt meretricũ illix est.i.iuitator:allectator. Differt.n.iter illix:& illex:nã illix dr̃: q illicit:siue allicit. Illex ãt:q sine lege uiuit:queadmodũ & exlex. Plau.in penulo. Quid illi tãtæ rei fuimus illix. Idẽ in psa. Iniure illex:hoc est uiuens sine lege:& sine iure:ita inqt No. Vinula:delectabili: sensiloqua: illecebra:ita exponit No.hũc locũ citãs. Nã qd̃ Pius iterps audax Marcelli codicẽ recõciliãs:ut ipse inqt:legẽdũ pcipit:uaniloquũ: pro sensiloquũ:pro:in dictione uinulũ:temeritatẽ:& isulsitatẽ redolet genuinã.quũ pcipue Põp.quoq; in dictione uinulus sic scribat:uinulus dr̃ molliter se gerẽs:& minime qd uiriliter faciẽs.hęc.n.interptatio cũ sensiloquo maiorẽ hẽt affinitatẽq̃ cũ uaniloquo. Venustula:uenustũ:qd̃ cũ grã q̃dã:& uener̃ dr̃:ide diminutiuũ fit uenustulus. Papillã: mãmã:papillę:ut festus inqt:capita sunt mãmaꝝ:dictę q papullaꝝ sunt siles. Pertractabit semel.semel addẽdum fuit metri necessitate.aliter.n.uersus nõ cõsisteret. Haud est ab re.i.nõ est sine utilitate aucupis:pstatq; i metaphora iam cœpta. Sumere eum licet sine retibus.i.habere eum licet spontaneum:& uolentem:non coactũ:neq; captũ.

VALLA.

Syngrapha qd

PYLADes Illix Venulus

¶ Hæccine te eſſe oblitum:ſcilicet decet. ¶ Tua culpa iſthæc:quę diſcipulum:ita ſcribi debet uerſus metri neceſſitate:nam aliter uerſus ſuperflueret. ¶ Abſte amoues:ita ſcribi debet & metri neceſſitate:& ex codicibus antiquis. non ſermones:quia uerſus ſuperflueret:quæ quidem Pius & Sarrace. non uiderunt. ¶ Mercedẽ ſi eris nactus:ideſt ſi pecuniam inueneris:quã mihi uti magiſtrę tuæ dinumeres. ¶ Mane mane:reuocat adoleſcens abeuntem:uel abire potius ſimulantẽ lenam:quo illum rei uetitę cupidiorem faceret. ¶ Quid me æquum cẽſes tibi dare? Ita ſcribendũ eſt: metri neceſſitate:& non pro illa tibi dare. abũdant enim illa duo uerba:pro illa. ¶ Quiquã:pro quoquaꝫ. ¶ Tu ne: hoc dictum eſt a lena:dum interim cogitat:quãtum petere ab eo debet. ¶ Viginti minas:hoc eſt: quod excogitauit ſibi dari debere. ¶ Atq; ea lege:atq; hoc pacto inq̃t lena:polliceor tibi:me puellã daturaꝫ:ut ſi has ad me uiginti minas:alius prius afferat tu ualeas:ideſt repulſus diſcedas. Nam quod nugatur Pius:poſt dictionẽ illam:tu:ſubſtituendam eſſe interrogationem:ut argyrippus loquatur ante hoc uerbum uale:inſulſum eſt:& delirum. ¶ At ego etiã prius q̃ abis:uolo loqui:ita ſcribi debet uerſus metri neceſſitate:abundat. n. eſt:& quod lena quum legem adoleſcẽti totã perſcripſiſſet:in uerbo illo uale;oſtendit etiam ſe uelle abire:propterea iterum ab illo reuocata eſt:dicente ſe etiã uelle loqui anteq̃ diſcederet. ¶ Quod peream magis. i. propter quod magis adhuc pereã. ¶ Vt ſcire poſſis:ut ſcire q̃as: poſſis enim hoc loco gemino. ſſ. ſcribẽdum eſt. ¶ Caſtrabo uiros:hoc uerbo uſus eſt Varro:inqens:Caſtrare oportet agnum nõ minorem quinq; mẽſium. Nec placet:qđ Pius inquit:ſcribẽdum eſſe uiro:pro uirilitate:quum nullibi incõpertum ab illo exiſtimemus:etiã ꝙ Nonius pro uirtute naturali uiro a lucilio dictum referat:eo carmine. Conceptaſq; ſuo ſeruare:& ꝑdere uiro. Naꝫ plautũ uiros ſcripſiſſe cẽſemus hoc loco:ut referret ad illud: quod argyrippus dixerat:nec queq̃ iterea alium admittat prorſus q̃ me ad ſe uiꝝ. ¶ Syngrapham:ſcripturam:chirographũ:in quo cõuentiones:& pacta conſignamus:quibus utraq; pars ſtare poſſit. Dicimus autem ſyngraphus:ſyngrapha:& ſyngraphuꝫ:maſculino:fœminino:& neutro genere. Aſconius differre inq̃t inter ſyngrapha:& chirographa:ꝙ in chirographis tãtum:quæ geſta ſunt:ſcribi ſolent. In ſyngraphis uero etiã cõtra fidẽ grauitatis pactio uenit:& nõ numerata pecunia. Varro. Syngrapha inquit cautio eſt per contrahentiũ ſcripturam facta. Chirographariũ quoq; debitorem iurecõſultus appellat eum:qui ſe proprio chirographo obligauit. ¶ Modo tecũ una:meretricũ ex hoc auaritia oſtenditur:quæ propter pecuniam omnia pati paratæ ſunt. ¶ Lenoniæ. lenonum:& lenarum. ¶ Si non eſt qđ des:iuxta illud Ouidii. Si nihil attuleris ibis homere foras. ¶ Si non ego inuenio:ita ſcribi oportet uerſum metri neceſſitate:non ſi non inuenio ego:quia abundaret ſyllaba una. ¶ Niſi illud perdo argentum. Senſus eſt: uolo perdere omnino illud argentum potius:q̃ amore diſcruciare:& perire. Et bene perdere uelle ſe dixit:quum id profecto totuꝫ perdatur:quod meretricibus condonatur. ¶ Opibus:ideſt nixu omni. ¶ Omni copia:totis uiribus. ¶ Experire:pro experiri:utitur ſępe Plautus contrario genere uerborum. ¶ Mutuas non potero. ſ. habere pecunias. Mutuamus autẽ quæ non eadem redduntur:ut uinum:pecuniam:quum autem eadem redduntur:ut libros:ueſtes: cõmodare dicamus. ¶ Fœnore. Quicquid ſupra ſortẽ accedit:fœnus dicitur:a fœtu uel fœtura:ſicut etiam apud græcos ατικτω: qđ ſignificat pario. τοκος fit. i. fœnus:quod corrupto uocabulo:nr̃i lingua uernacula ꝓpoſito. σ. ſtochũ dicũt.

Caſtrare

Syngrapha

Chirographarius debitor



Litanus.

Ercle uero Litane, nõ te meliuſt, uel expergiſcier.
Atq; argento comparando fingere fallaciam?
Iãdiu factuſt? quõ diſceſti ab hero, atq; abiſti ad (forũ
Igitur, inueniũdo argẽto ut fingeres fallaciam.
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitaſti in ocio.

SARACENVS.

Ercle uero libane: Seipſuꝫ tarditatis:& pigritię dãnat ſitq; aliquãdiu uaniloquus:ut ſeruoꝝ mos eſt. ¶ Vel pro ẽt igitur:pro deinde. ¶ Ibi. ſ. manẽdo in foro. ¶ In ocio: Vacationẽ a laboribus ocium dicimus:& pro ſtudio lr̃atuꝫ ſumimus:q̃a qui lr̃is operã dant:uacare debent negociis omnibus. Ideo a Terẽtio ocioſus ſecurus dr̃:referẽte Donato:ꝙ niſi qui ſecurus eſt nõ eſſet ocioſus.

Ocium q̃d

VALLA.

Ercle uero libane. In hac ſcena libanus ſecũ locut⁹ ſeſe arguit ſegnitię:ac ſecodiæ:qđ necdũ q̃ppiã molitus ſit:quo pecuniã argyrippo cõpararet. ¶ Nũ te melius uelle expgiſcier. ita legẽdũ eſt. i. uelle uigiles oculos:huc itẽdere negocio. ¶ Fingere fallaciã. i. formare tecũ:quo pacto fallerẽ poſſes quẽpiã. Naꝫ fingere eſt nouã figurã rei dare:unẽ figuli & uaſa fictilia: & fidelia. uas fictile noiaẽ:necnõ figura. Inde etiam opus figulinũ:qđ e terra cõfectũ eſt. Neratius ſi talis ſit uſus tepidiarii:ut aſſiduum humorẽ habeat:& id noceat uicino poſſe ꝓhiberi eũ iuxta cõmunem parietẽ cameram ex figulino ope factã adiũgere: ſi ita retineaẽ:ut & ſublato pariete maneat. ¶ Igiẽ. i. poſtea: ut Donatus. ¶ Vnde ſumã? Subaudi pecuniam.

Fingẽ q̃d ſit

PYLADes

Ercle uero litane. Tetrameter brachicatalecticus eſt hic quoq; uerſus:ſeptem conſtans pedibus:ut ſuperioris ſcenæ. In hac litanus ſeruus introducitur ſeipſum tarditatis damnans atq; excitans:ad conquirẽdum per fallaciam argentum herili filio pro comparanda amica dinumerandum. ¶ Nunc te meliuſt expergiſcier. i. nunc te melius eſt ſomnum:atq; ocium abiicere. Et ita ſcribendus eſt uerſus ex antiquis codicibus:& ſententiæ cõcinnitate. non autẽ nõ te melius uelle expergiſcier:ut ſcribit & corrigit indoctus ille

Pius

Pius interpres:cōtra antiquorum codicū litteram:& uersus quoq; rationem:nā si uelle scribatur: abūdat pes unus. Nec etiam scribendū est uel:ut legit Sarracenus alter ignarus cōmentator eadem carminis ratione. Atq; huic argento:addēdum fuit huic metri necessitate:nam pes unus uersui deficeret:nisi legeremus fingere nō fallaciam:ut legit:& interpretatur insulsus ille Pius:dicens interrogatiue non positum:quomodo & apud alios usurpatum deprehendi:quę quidem lectio prorsus eiicieda est. Igitur iueniūdo argento:igitur positum est pro ea causa:iccirco:nō pro deinde:ut quidam uolunt. Ocio. Vacationem a laboribus ociū dicimus:& pro studio litteraꝝ sumit: qa qui litteris operam dant:uacare debēt a negociis omnibus:ideo a Terentio ociosus securus dicitur ibi. Animo nūc ocioso esse imper:oco ꝙ nisi qui securus sit:ociosus esse non possit.

Quin tu secordiam omnem abs te reiice,& segniciē amoue,
Atq; ad ingenium uetus uersutū te recipis tuum.
Serua herum.caue tu idem'faxis,alii quod serui solent,
Qui adheri fraudationem callidum ingenium gerunt.
Vnde sumam?quem iteruortam?quo hāc celocem cōferā?
Impetritum,inauguratust.quouis admittunt aues.
Picus,& cornix est ab leua,coruos porro ab dextera.
Consuadent.certum herclest uostram consequi sententiā.
Sed quid,hoc,quod picus ulmum tōdit?haud temerariūst.
Certe hercle,ego quantum ex augurio auspicii intellego,
Aut mihi in mundo sunt uirgæ,aut atriensi Sauriæ,
Sed quid illud,ꝙ exanimatus currit huc Leonida?
Metuo ne ille obscœnarit'meæ falsæ fallaciæ.

SARACENUS.

SECORdiā:& segnitiē: Ista iter se differre nōnulli existimāt:ut sit segnities ad agēdū:secordia ad cōsulēdū:Cato ꝓ stultitia secordiā dixit:qsi sine corde:segnis āt iutilis:& infœcūdus Vir.segnisq; horret in aruis:carduus:dici quoq; segnitatē iuenimus a Ci.& qm de ipudētia diximus:castigemus segnitatē. Ingeniū:naturā istitutū. Vir.nūc loc⁹ aruoꝝ igeniis:Macro. quoq; in Satur.uinū & mel igenio diuersa sunt:aliter igeniū ꝓ inata naturali ponitur sapiētia:sed hoc notissimū. Vetus: nō solū ad tps:atq; laudē refert:sed ad uituperationē.Teren.ueteris poetę maledictis:hinc ueterator:fraudator:insidiator callidus. Versutū: ꝓpriū sibi hu⁹ iuenit epitheton:qa ei⁹ mēs crebro ad malū uertitur. Interuortā:fallam:dolis capiam. Quo hanc celocē cōferā? Ac si diceret: quo rē deducam:in quem portū nauim subducā:est.n.usus translatione. Celox:nauigiū breue ē a celeritate dictū. Impetritū:ipetratū:& obfirmatū.Itē inauguratū:augurio firmatū:& dicit auguriū quasi auigeriū:uł ab auiū garritu:ide auguro futura ꝓuideo:ꝙ ex auiū uolatu:siue garritu cūcta auspicarent:fuit apud priscos tanta auguratus scia:atq; maiestas:ut nihil inaugurato:inauspicatoq; faciēdū existimarent:ut de istitutis antiqs ait Vale.ut illud est de Accio Neuio:qui apud Tarqniū priscum regē cotem nouacula posse ꝑcidi acto augurio non diffidit: uide Ciceronē in lib.de diuinatione. Quouis:in quē uis locū. Admittunt:cōsulunt:nā aues admissiuę hinc dictæ sunt ab auguribus:quæ cōsulentē iuberēt:ab illis.n.auguria captabāt:admittere aliqn pro recipe:& assumere:ut docet Ser. aliqn plusq̄ facere Terē.hęc te admittere idigna gñe nro: & admittere pro peccare.Plau.in seqūetibus. Quid tādē admisi pr. Picus:& cornix:Quod pro bono omine ponit Ci.in lib.de diui.qd hēt haruspex:cur pulmo incisus:& in bouis extis dirimat tps:& ꝓferat diē:qd augur:dextra coruus ac sinistra cornix faciat ratū:Vir.quoq;: Sępe sinistra caua ꝓdixit ab ilice cornix.hanc gentiliū leuitatē irridet Varro iquiens deos ociosos:& feriatos fore:si sua consilia corniculæ crederēt:aut coruo hoibus indicāda:coruos ore coire nōnulli existimauerunt & iprimis Anaxagoras id:qd iprobat Aristo.in lib.de generatione aialium:dicit hęc auis se a potu abstinere q̄ diu ficus sui dulcedine gloriatur.unde Oui. Ac cibi dū lacteus pendebit in arbore ficus: A nullo gelidæ fonte bibent aquæ:de coruo plura Plin.in .x.cuius pessima significatio est:cū glutiunt uocē quasi strāgulati:Hæc auis non ab re auguralis habita est:nā ut tradit idē Arist.& itidē Pli.tpe quo apud pharsalia hospites medię piere corui locis Athenaꝝ peloponessiq; defuerūt: quasi sensum haberent aliquē:quo iter se reꝝ euenta significarent & mouerentur:itidem de cornicibus creditū est:a quibus augures certissima auspicia capiebāt:nā iter alia uoce sua pluuias portēder dixerūt:uñ illud est:tunc cornix plena pluuiā uocat improba uoce:hanc auē appellat Pli.inauspicacissimæ garrulitatis:cornicē tradunt naturaliū reꝝ scriptores cōem uitæ modū excedere:hinc annosa cornix dicta est:ex quo fluxit grecū ꝓuerbiū in eos dictū:qui diutissime uixerunt ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκός hæc sint in medio:picus dictio ē latina:auis est uncoꝝ unguiū in auspiciis celebris:& insignis:cauat arbores:in qbus pullos educit:a pico Saturni filio:qui ei nomen dedit: meminit Pli.in decimo:Isidorus quoq; mentionē facit. Aristo.itidē in nono de natura aialium:quoꝝ tria genera annotauit Vir.quoq;:fauno picus pr:isq; parētē:te saturne refert:Oui. Picus in ausoniis proles saturnia terris:unde picenū regio:in qua est asculū:qd sabin cū asculū ꝓficiscerent in uexillo eoꝝ picus cōsederat:ut refert Fest⁹:ac Strabo in qnto:a ueteribus pici dicti sunt:quos griphas appellant:de qbus dicemus in sequēti comœdia suo loco. Vr̄am cōseq sniam:Quia bonū futuꝝ portēderant. Non temerariū:Nō ab re:nō absq; cā. Mihi in mūdo sunt uirgę:hoc dicit iminet ex augurio:uel ut ego uirgis cædar:uel atriēsis saurea:nā si illū decipiā:ei iminet malū:uł mihi:si illū fraudare nequero:locutio est ista familiaris Plauto:in mūdo sunt pro paratæ sunt:nam in mūdo antiq dicebant: cū aliqd i prōptu eēt. Sed qd illuc:ꝓ illud est. Exaiat⁹:ꝑturbat⁹:ꝑterritus:nā exais mortuus. Vir. Exaiumq; auro corpus uēdebat Achilles. Illuc:ꝓ ille.s.leonidas. Obscœnauit:Secū malū oēm attulit:ita No.iterptat hūc locū. Meæ fal.fal.nā fiūt ex augurio prius optatū rei finē opinat⁹ ē:ita ex occursu ipi⁹ leōidæ ueret ɔtra sibi portēdi malū:& nł lā posse q̄ fuerat cōmēt⁹ trāsiger fallaciā:iō adiec falsę:ꝙ frustra.s.cogitassꝫ:nā sꝫ uanū dicius:teste do.uł falsę:fictę.

Secordia qd & qd segnities

Vetus ad qd referat

Coruoꝝ coitus

Coruoꝝ ꝓgnostica

In mūdo eē qd significet

VALLA.

QVEM interuortā.i.fallam. Quo hanc celocē cōferā.i.hāc celerē itētionē igerā:sumpta a nauigio trāslatiōe. nā celox ut inqt Noni.nauigiū breue a celeritate dictū. Impetritū.i.stabile quasi in petra fixū. Inauguratust. pro inauguratū est.i.in augurio positū:hoc est ratū.Si qs āt ē:q scire desideret:qd auguriū ipetratiuū:& oblatiuū sit:hēt autores emiētissimos Pli.& Ser.in.vi.ęne.q de his affati. Picus & cornix est ab leua.Coruos porro ab dextera cōsuadēt. Virg. Ante sinistra caua ꝓdixit ab ilice cornix.Cic.de diui.lib.i.Quid.n.hēt haruspex: cur pulmo icisus:&

Antiquorum auſpicia

in bonis extis diuinat tempus:& proferat diem. Quid augur dextera coruus:ac ſiniſtra cornix faciat ratum. Siniſtræ inquit. Feſtus aues ſiniſtrum:quod eſt ſiniſtrinum auſpicium:ideſt ꝙ ſinat fieri. Var. libro quinto epiſtolicarum quæſtionum ait a deorum ſede cum in meridiem ſpectes ad ſiniſtram ſunt partem mundi exorientes: ad dexteram occidentes. Factum arbitror:ut ſiniſtra meliora auſpicia q̃ dextra eſſe exiſtimentur. Idem fere ſentiunt Capito & Cincius. Ateius autem Capito ait:ſiniſtrum in auſpicando ſignificare lętum:& proſperum auſpicium:aut ſilentiũ: ubi duntaxat uocatur initio igitur ſilentio ſurgere:quum dicitur:ſignificat non interpellari: quo minus rem gerat ad ſiniſtrum. Hortari quoq; auſpicia ad agendum quod animo quis propoſuerit. ¶ Non temerariũ eſt. temerarium

Temerarium quid

eſt:ideſt abſq; cauſa:Noni. tamen hunc. Plau. in aſinaria citans locum:temerarium inquit metuendum: & ſollicitũ: ſed quid hoc:ꝙ picus ulmum tundit:aut temerarium eſt:ita in quibuſdam imprẹſſis Marcelli codicibus legitur hic uerſus Plautinus. In quibuſdam detracta u littera pro aut imprẹſſuꝫ eſt:at nos uero ĩ manu exſcripto antiquiſſimo exemplari ſcriptum neutro inuenimus modo:ſed haud negatiua particula. ¶ Ex augurio auſpicii:ideſt ex cõiectura:quã facio aſpectu auium:nam augurari conſequi coniectura eſt. ¶ In mundo:ideſt in nudo:hoc eſt in dorſo detracto ueſtimento. ¶ Quod exanimatus. terrefactus:animo commotus:ſicut exanimis anima carens. Virgili. Exanimemq; auro corpus uendebat achilles. ¶ Obſcænauit. malum omen attulit Nonii interprætatione.

PYLADes

¶ SECORdiam ignauiam. Secordiam inquit Feſtus:quidã pro ignauia poſuerunt Cato pro ſtultitia poſuit. Cõpoſitum autem uidetur ex ſe:quod eſt ſine:& corde:Secordiam a ſegnicie quidam in eo differre aiũt:ꝙ ſegnities ad agendum:Secordia ad cõſulendum dicatur. Segnis autem inutilis:& infœcundus dicit̃. Virg. Segniſq; horreret in aruis:carduus:ſeguitatem etiam pro ſegnicie dixit. Cicero. & qm̃ de impudentia diximus caſtigemus ſegnitatem. ¶ Quin tu. quin adhortantis hoc loco eſt. ¶ Te recipis:ideſt te recipe indicatiuus pro imperatiuo eſt. ¶ Ingenium: naturam:inſtitutum. Virgi. nunc locus aruorum ingeniis. ¶ Vetus:non ſolum ad tempus:atq; ad laudem refertur,

Veterator

ſed etiam ad uituperationem:ut apud Terentium: Veteris poetæ maledictis. hinc ueterator:fraudator: iſidiator: callidus. ¶ Verſutum:doloſum:fallax. Verſuti dicuntur:ut inquit Feſtus:quorum mẽtes crebro ad malitiam uertũtur. ¶ Interuortam. ideſt decipiam:fraudabo:ſupplicabo:interuertere:uel interuortere modo antiquo dictũ: ſignificat proprie rem:aut cõmodatam:aut creditam callide:doloſeq;:ne domino reſtituatur:efficere: hinc pro clanculum:& aſtute ab aliquo aliquid ſurripe capitur. ¶ Quo hanc celocem conferam:ideſt quem in portum nauim hãc:

Celox

hoc eſt rem:& negocium hoc traducam:uſus eſt enim tranſlatione:Celox inquit Marcellus:nauigium eſt breue:dictum a celeritudine. Plautus in aſinaria. unde ſummam? quem interuortam? quo hanc celocem conferam? Idem in captiuis: Vidi in captiua celoce. ¶ Impetritum:inauguratũſt. Impetritum pro impetrato poni feſtus docet. Inaugurari autem eſt auguria ſumere:porro auguriorum duæ erant ſpecies:ut Seruius inquit:aut enim oblatiua erant auguria:ideſt quæ offerebantur non petenti:ut apud Virgili. Geminæ quum forte columbæ:ipſa ſub ora uiri cælo uenere uolantes. Aut impetratiua:ideſt quæ optata ueniunt:de quibus Plinius libro. xxviii. naturalis hiſto. præterea alia ſunt uerba impetrantis:alia depulſoris:alia cõmendationis. &c. hic igitur ſenſus eſt:ut nos cenſemus:Impetritũ inauguratũſt:ideſt:id:propter quod inaugurati ſumus impetratum eſt. hoc eſt:quod cupiebamus ĩpetrabimus:conſequemurq;:ac pro impetrato habemus. ¶ Quo uis admittunt aues:ideſt in quemuis locum:perſtat enim in tranſlationem inaugurãtium:ideſt promittitur nobis deſiderium:& uotum noſtrum undecũq;. ¶ Picus:& cornix eſt ab le-

Picus

ua:coruus porro ab dextera:quæ omnia pro bono omine habebantur. Cicero in libro de diuinatione. Quid habet. Aruſpex:cur pulmo inciſus:& in bouis extis dirimat tempus:& proferat:dicit? Quid Augur:cur dextra coruus:ac ſiniſtra cornix faciat ratum? Virgili. quoq;:ſæpe ſiniſtra caua monuiſſet ab illice cornix:hanc gentilium leuitatem irridet Varro:inquiens:Deos otioſos:& feriatos fore:ſi ſua conſilia corniculæ crederent:aut coruo:hominibus idiſcanda. ¶ Certum hercle eſt:ideſt ita prorſus inſtitui:& decreui:uos ſequi:o aues mihi proſperę. ¶ Picus ulmum tundit:ideſt fecit. Vernacula quoq; lingua picare dicunt:protundere:& ferire:uel batuere:a pico. ſ. cuius natura eſt roſtro arbores tondere. Hic etiam picunus appellatur:de quo Nonius hęc refert inter cætera. Picunnus auis eſt marti dedicata:quã picam:uel picum uocat:& deus:qui ſacris romanis adhibetur. Emulius macer in theogonia: & nunc agreſtes inter picunnus habetur. ¶ Haud temerarium eſt:ideſt non ab re:& ſine cauſa eſt:Plautus in Aulu. Non temere eſt:ꝙ coruos cantat mihi nunc ab leua manu:& ita ſcribi debet ex codicibus antiquis:& ſententiæ cõcinnitate:nõ At temerarium eſt:ut garrit Pius:ſcribendum eſſe Marcelli teſtimonio:nam id falſum eſt:quum ĩ marcelli quoq; codice haud ſcriptum ſit:non at:uerum quia Marcellus ipſe temerarium hoc loco pro metuendum:& ſollicitũ exponit:uidetur fortaſſe legi debere interrogatiue. haud temerariũſt? ideſt nõne hoc metuendum:& ſollicitudine plenuꝫ eſt? ¶ Ex augurio auſpicii augurium dicitur ab auium garritu:& auſpicium ab auium inſpectione:unde fere idem ſignificare uidentur:ſed hoc loco augurio pro diuinatione:& quadam ueluti ſcientia accipitur:ut ſit ſenſus:quan-

In mũdo eẽ

tum coniectari:& diuinare poſſum propter hac auium inſpectionẽ pici. ſ. cornicis:& corui. ¶ In mundo ſunt:ideſt paratæ ſunt. In mundo eſſe dicebant antiqui:quum aliquid in promptu eſſet:Hic ſenſus quantum ego ex auſpicio diuinare poſſum:futurum eſt:ut uel ego uirgis cedar:uel atrienſis ſauria:nam ſi ego illum decipiaꝫ:ab eoq; pecuniã auferam:ille ab hera cędetur. Si uero nõ hoc egero:argyrippus filius me cedet. ¶ Sed quid illuc:pro quid illud eſt. ¶ Exanimatus perturbatus:attonitus:animo perculſus:exanimis autem:uel exanimus mortuum ſignificat. Virgi. Exanimumq; auro corpus uendebat achilles. ¶ Illic. i. ille leonida. ¶ Obſcœnauit. i. malum omen attulit. Ita exponit Nõ. locum hunc adducens:ſed mendum ita ex marcelli codice tollendum eſt. Obſcœnauit:q̃ſi cœnum:malum omen attulit. Plautus in aſinaria. Metuo illic obſcœnauit meæ falſæ fallaciæ. Scribendumq; cenſemus obſcœnauit:& obſcœnum per. b. Vel ex his Priſciani uerbis. Ob quoq; eſt:quando aſſumit. ſ. quuꝫ componitur cum dictionibus a. c. incipientibus. ut obſcurus:obſcœnus. Et alibi inquit. Obſcœnus ab obs:& canendo:uel cœno:Necignoramus quoſdam abſq;. b. ſcriptitare:obſcœnus:& obſcœnare:& oſcœna uerba:atq; ab oſcis deflecter̃:apud quos fuit

Obſcœnũ

creber uſus libidinum. unde profluit illud priſci poetæ:oſce:& uolſe loquitur:latine neſcit. Obſcœnum autem ſignificat immundum:uitabile:& maledicum:ut Nonius ait. Tollenda autem fuit dictio illa:ꝙ:uel quid:uti ſuperfluẽs metri neceſſitate:& ſententiæ congruitate. ¶ Falſę fallacię:ideſt deceptę:& uanæ:quia metuo:ne fallaciam:cui inhiabã:tranſigere nequeã:& ad optatũ finem deducere:& ſic ego cũ fallacia:quã in animo habebã: falſus remaneã.


Vbi ego:

SARACENUS

VT demõſtratę ſunt. In hac ſcęna mercator pro aſinis argentum ferens: dum pulſari fores iubet: præſto Libanus adeſt: qui hominem excipiat doceatq; qd opus ſit. ¶ I puere. quia ueteres hic puerus nominatiuo dicebant: & fœminino genere hæc puera: unde puellus & puella: puerpera quæ parit: puerperium fœtus. ¶ Calcitronem: ideſt calcibus infeſtantẽ.

Puerus ẜm antiquos.

Mercator. Litanus.

VT demonſtratæ ſunt mihi, haſce ædeis eé oportet,
Demænetus ubi dicitur habitare. i, puere pulta,
Atq; atrienſem Sauriam, ſi eſt intus, euocato huc.
Li. Quis noſtras ſic frangit fores? ohe inq̃, ſi quid audis?
Me. Nemo etiá tetigit, ſanus ne es? Li. at céſebá attigiſſe,
Propterea huc q̄ iter hẽbas. nolo ego foreis cóſeruas meas
A te uerberarier. ſane ego ſum amicus noſtris ædibus.
Me. Pol haud periclũ eſt, cardines ne foribus effringátur,
Si iſtoc exemplo omnibus, qui quærunt reſpondebis.
Li. Ita hæc morata ianuaſt. extemplo ianitorem
Clamat, procul ſi quem uidet ire ad ſe calcitronem.
Sed quid uenis? quid quæritas? Me. Demænetũ uolebam.

PYLAdes

VT demõſtratæ. Metrum huius ſcenæ tetrametrum eſt catalecticum: ſeptẽ cõſtãs pedibus: & una ſyllaba. In hac autem introducitur mercator ille aſinarius: qui precium pro emptis aſinis referebat: quærens Demæneti ædes: ut illi pecuniã dinumeraret. Cui libanus ſeruus occurrit illum uerbis tantiſper morans: & oblectans: dum leonidas adueniat: Sauriæ nomen aſſumens. ¶ Vt demõſtratæ: queadmodum mihi ſignatæ: & ueluti pictæ fuere: nam petierat ab obuiis: quæ eſſent ædes Demæneti: & quales: ut faciũt peregrini in aliena ciuitate. ¶ Haſce ædis oportet eſſet. Ita ſcribẽdũ eſt metri neceſſitate. ¶ I puere pulta. hẽbat ſecũ puerum quẽpiam: cui iubet: ut eat ad ianuam illarum ædium: & pulſet: atq; euocet ſauriam: ſi domi eſt. ¶ Puere: pro puer poſitum eſt de more ueterũ. Et ſiſr. ¶ Pulta: pro pulſa. ¶ Quis noſtras. litanus: ut mercatorẽ pluribus uerbis moretur: occupat eam pulſationẽ. & anteq̃ puer pulſet clamans inquit. quis eſt: qui adeo frangit fores noſtras? ¶ Ohe inq̃: modus loquẽdi ad puerum geminata eadẽ ſnia. ¶ Nemo tetigit ẽt. ita ſcribẽdum eſt metri neceſſitate: non nemo etiam tetigit: uerba ſunt Mercatoris reſpondẽtis pro puero. ¶ Attigiſſe. metri ratio: & etiam codices quidam antiqui: ut attigiſſe ſcribatur requirunt: non tetigiſſe: ut alibi ſcriptum eſt. ¶ Propterea huc q̄ iter habebas: ita ſcribi debet metri neceſſitate: & ex codicibus antiqs. loquitur more ſeruorum leuium. cenſebam inquit tetigiſſe fores: qa huc habebas iter. ¶ Nolo ego fores meas conſeruas: ita & hoc ſcribi debet metri neceſſitate. ¶ Sane ego ædibus ſum amicus noſtris: cogit quoq; metri ratio hoc ita ſcribi: & dictionem ædibus: non ultimo loco poni: ut fere habent codices: ſed anteponi: ut nos fecimus. ¶ Siquidem iſthoc exemplo addi qdem opus fuit: ut uerſus ſuis pedibus conſtaret: nam aliter pes unus deficiebat. Senſus eſt: nullum profecto imminet periculũ: ne fores deiiciantur a cardinibus: ſi omnibus: qui quærunt: hoc modo rñdebis: nõ pmittẽdo. ſ. ut pulſent: uel tangãt fores. ¶ Ita hæc morata ianua eſt. nõ ianua. nã uerſus nõ cõſiſteret: ſed uno pede claudis incederet. ¶ Ad ſeſe calcitronẽ. geminãdũ fuit: ſe: metri rõne. Calcitro dicitur qui calcibus percutit. ut faciũt multi equi: calcitroſam quoq; mulã ait Ply. quæ calcibus frequẽter impetat hanc inhiberi potu uini phibẽt.

Calcitro.

¶ Qui

QVI pro istuc: Qui .p.i.p qua subaudi re: uel quo negocio. Macilētis: malis: nō.n. faciē docet saureæ: se leoni dēq; quē ille prius uiderat in tōstrina. Tristi: seuera. Aeacidinis: iracundū adeo illū dicit: ut Achilles alter ira pci tus uideat. Dict9ē Achilles æacides ab Aeaco pr̄e Pelei eius auo: æacidinis ergo ab æacide dicit. Aios i plu rali dicimus iracūdiā: & pturbatiōes.

Vid hoc sit negocii? Adueniens leonidas: ut saureā mētiat: ui deriq; possit rei familiaris curā hr̄e: inclamitat libano suis dictis nō paruisse. Tergo & cruribus: ut.s. ne uapularet: aut cōpedibus uincire . Saluere iussi: Ironice: & uultuose legendum est.

SARACENVS. achilles cur æacides dictus sit.

Li. Si sit domi, dicam tibi, non est. Me. quid? eius atriēsis?
Li. Nihilo magis itus est. Me. ubist? Li. ad tōsorē ire dixit.
Me. quō iuisset, post nō rediit? Li. nō ædepol, qd uolebas?
Me. Argenti uiginti minas, si adesset, accepisset.
Li. Qui pro istuc? Me. asinos uendidit pellæo mercatori
Mercatu. Li. scio. tu id nūc refers? iā hic credo eū affuturū.
Me. Qua facie noster Sauriast? si is est, iam scire potero.
Li. Macilentis malis, ruffulus, aliquantum uentriosus,
Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
Me. Non potuit pictor rectius describere eius formam.
Atq; hercle ipsum adeo contuor. quassanti capite incedit.
Li. Quisquis obuiam huic occesserit irato, uapulabit.
Me. Siqdē hercle æacidinis minis, animisq; explet9 icedit.
Si me iratus tetigerit, iratus uapulabit.



Leonida. Mercator. Litanus.

Vid hoc sit negoci, neminē meū magni facer̄ dcm̄?
Litanū in tōstrinā, ut iusserā uenire, is nullus uenit.
Næ ille ædepol tergo, & crurib9 ɔsuluit haud deco
M. Nimis ipiosus ē. Li. uæ mihi hodie. Le. saluere iussi. (re.

SI sit domi dicā tibi.i. domi nō est. nā si domi esset: dicā .p dixerim tibi. Cū uenisset: subaudi ad tōsorē. Post nō re. pcū ctatio est. Qui pro istuc. Anastrophe .p eo: qd̄ est .p quo. Aeacidinis minis: idest achilleis: qa Achilles filius Pelei & Peleus & Telamon filii Aeaci. Ais quæ.i. ferocia. Vnde animosus: & exanimatus.

VALLA.

Aeacidinus quid

Vid hoc sit negocii. In hac scena leonida: ut inchoatæ pficiātur fallaciæ: dū se atriēsem saureā uideri uult: minitabūdus incedit: cum saurea in hac comœdia nusq̄ cōpareat: ut iure hoc nomē obtinuisse uideat a saurea.i. lacerta: q̄ in maceriis: q̄ in sępibus diu delitescit. Is nullus uenit .p nō uenit: suspēdenda oro est: & interpunctim pnūcianda. Nā ubi is dixit subiiciēdū statim erat nō uenit: sed affectui suiēs dixit: nullus: ac si dicat nec liban9: nec qsq̄ alius uenit. Saluere iussi. ex nimia indignatione dixit iussi saluere. Maioribus nanq; fuit consuetudo: ut dicere tur: iubeo te saluere.

Iubeo te saluere.

SI sit domi: dicā tibi. nō est addēdum fuit: non est: ex codicibus antiqs. & ēt ex sniæ cōgruitate. Nam litanus: ut illū diutius moraretur: dixit: Si sit domi: dicā tibi: hoc ē uidebo itus: si domi est. & tibi dicam. & igressus est domū. deinde exiuit. & dixit nō est domi.s. Nihilo magis intus est. q̄ demenætus.s. Quum iuisset. ita hn̄t codices qdā antiq manu scripti. qd̄ & magis placet. q̄: quū uenisset. Sensus.n. clarior est.i. postea q̄ iuit ad tonsorem: nō rediit? interrogatiue.n. pnūciādū est. Qui .p istuc.i. .p qua re. hoc argentum.s. affers? Mercatu.i. nūdinis. Mercatus dr̄ locus: in quo agit̄ mercatura. Cicero quo cū tanq̄ ad mercatū bonarū artiū pfectus sis: inanē redire turpissimu3 est. Qua facie. qua mēbratura. q̄ figura corpis. id.n. sign̄at facies: ut dcm̄ est in amphitryōe. Ruffulus: diminutiuū est a ruffo. qd̄ rubrum sign̄at. Vētriosus: uētre turgido. Tristi frōte: seuera. Nō potuit pictor: hæc sunt mercatoris uerba: q existimabat Sauriā esse a se uisum in tostrina: q tum fuerat leonidas. Quisqs obuiā: scribendū est qsqs: nō qsq;: ex codicibus antiqs: & metri rōne. Occesserit. pro accesserit. sic.n. scriptū ē in oib9 ferme codicib9. Aeacidinis exple. mi. aisq; incedit. Ita scribendū est metri nēcitate. Sēsus est. Siqdē ille: & minis: & ais.i. furore: atq; iracūdia achillis expletus icedit: est. Si me ira. te. faxo iratus uapulabit. faxo addēdū fuit metri necessitate. Aeacidinis igit̄: .p achilleis intelligimus. nā achillē: & minacē: & furibundū: atq; iracūdū: uel ex homero didicimus: q i agamēnonē græcoꝝ principē ira accēsus: in cōsilio græcoꝝ: & uerba cōuiciis plurimis referta ptulit: & gladiū quoq; strinxit: ut interimeret. Is aūt æaci nepos fuit: un̄ æacides est appellatus: iuxta illud Ouidii: Aeacidæ chiron: ego sum pceptor amoris. & a noie illo æacides Plautus deriuatiuū traxisse ur̄ æacidinis: qd̄ qdē magis cōuenit: q̄ (ut Pius ait) si ab æaco inferoꝝ impatore: & arbitro: q terribilis sit: nomē ipsum deducere uelimus: uel qd̄ insulsus est: si ab aiace: q imanissimas iras cōcæpit: quum succubuisset in armoꝝ iudicio. Nō.n. cōuenit: ut ab æaco: æacidinus deriuet̄. sed æacius. uel æacinus. Ab aiace aūt. etiam si a gręco nomine aias: ut ait ille Pius demens: deducere uelimus. æantinus fieret: non æacidinus.

PYLADes

Mercatus.

Aeacidinis

Vid hoc sit negocii. idē est gn̄s carminis: qd̄ & supioris scenæ: tetrametrū catalecticū: septem cōstans pedibus: & una syllaba. In hac leonidas itroducit̄ sauriā atriēsem simulās: q ut a mercatore asinoꝝ pecunias ferēte uideri possit rei familiaris curā hr̄e: litano inclamitat: q sibi in qbusdā: q̄ iussisse mētit̄: nō paruerit:

eiq; uerbera minatur: tum interrogat: an qdā debitores. argentum attulerunt. quidā autem uasa cōmodata restituerint. Neminē meū magnifacere dictū: Ita scribendū est metri necessitate: elocutionis cōcinnitate: & ex codicibus antiquis: in qbus utiq; magnifacere scriptū est. nō magnū facere: & postponendū est dictum: nō pponendū illi uerbo magnifacere: ut perperam: & indocte legunt Pius: & Sarra. interpretes. ⸿ Is nullus uenit. pro non uenit.

SARACENUS

⸿ MORATVS est: Detinuit in mora.
⸿ Qui. Pro quo: scilicet stimulo: prosequitur nanq; sermonem cœptum. ⸿ Quæ occaluere plagis: idest quæ iam calla admisere propter plagas: & uerbera: & duplici scribi debet l: si autem occaluere unico l scribatur: idest conflagrarunt. ⸿ Ogganiam: Latrem: uociferem: gānire proprie canum est: & gānitio querula canum murmuratio: gannire tamen pro plorare posuit Terentius docente Donato: quid ille gannit? ⸿ Stomacho: indignatione: inde stomachari indignatione moueri.

Gānire qd.

VALLA.

℄ LIBERTVM. per ironiam: q seruus erat nominauit. ⸿ Manu emissus. idest liber: & intelligitur qui es manu emissus nominatiuus pro uocatiuo: qui enim liber e seruo fit: e manu. i. ex potestate heri emittitur. Vnde emissarius etiam dicitur: qui mittitur a supiore foras. negocii alicuius obeundi causa: quemadmodum Tranql.

Litanum libertum. iam manu emissus? Li. obsecro te.
Le. Næ tu hercle cum magno malo mihi obuiam occessisti.
Cur nō uenisti, ut iusserā, i tōstrinā? Li. hic me remoratust.
Le. Siquidē hercle nunc summum Iouē te dicas, detinuisse,
Atq; is precator adsiet, malam rem effugies nunq̄.
Tu uerbero imperium meū contempsisti? Li. perii hospes.
Me. Quæso hercle noli Sauria mea caussa hunc uerberare.
Le. Vtinā nūc stimulus in manu mihi sit. Me. qesce quæso.
Le. Qui latera conteram tua, quæ ocalluere plagis.
Abscede hac. sine me hūc perdere, qui semp me ira incēdit.
Quoi nunq̄ unam rem me licet semel præcipere furi,
Quin centies eadē imperē, atq; oggan niā. itaq; iam hercle
Clamore, ac stomacho non queo labori suppeditare.
Iussin sceleste, ab ianua hoc stercus hinc auferri?
Iussin columnis deiici operas aranearum?

Emissarius qui

in Domitiano: Arrecinū clæmentē cōsularem unū ex familiaribus: & emissariis suis: capitis cōdēnaturus: in eadē uel ēt in maiore gratia habuit: & emissarius custodiēdo℞ agro℞ cā: ut Cic. in epistolis ad Tironē dabat: nullo aprico horto: nullo emissario: nulla maceria: nulla casa. ⸿ Obsecro te. uox blādientis: ut qso: sed tñ hic cū ironia. ⸿ Moratus est. i. in mora detinuit: sicut & morari pstolari dicimus. ⸿ Stimulus in manu mihi sit. subaudi: quo te uerberē: ut statim subiungit; est & aliud instrumentum hoc nomine appellatum: de quo Cæsar in. vii. his uerbis. Ante hæc calcapedem longe ferreis hamis infixæ totæ in terram infodiebantur: mediocribus intermissis spaciis: omnibus locis disserebantur: quos stimulos nominabant. ⸿ Qui. aut significat ut: aut qui refertur ad stimulum: ut sit ordo uerborum: quo stimulo. ⸿ Quæ occaluere plagis: idest uerberibus crebris callum admisere: a callo fit calleo l gemino: quod uerbum tam ad animum q̄ ad corpus refertur. Est enim calleo admodum cognosco: & calleo callum in corpore admitto: a quo occalleo: ut hic. ⸿ Atq; ogganniam: idest strideam: oggannire uulpis est: & canum cum metuūt summisso corpore plagas: ut inquit Lucre. Et gannio: obmurmuro. Persi. Secretam gannit Persi. Secretam gannit in aurem: & Iuuen. appula gannit. ⸿ Itaq;. si duæ sunt partes: a littera acuitur. est enim enclectica: ut sit sensus: & ita. ⸿ Stomacho. indignatione. ⸿ Labori suppeditare. i. laborem tolerare: suppeditare etiam suggerere significat: ut si dicas: suppedita mihi escam: & potum: a sub enim & pedibus compositum est: nam quod suggeritur subiicitur: & in potestatem nostram redigitur. ⸿ Stercus hinc auferri. quod græcæ dicitur ἀποπατος: ut est uidere apud Diascoridem in secundo: & cæteros medicos: non ut quidam sunt interprætati latrinam: hinc sterquilinium: & stercorare agros dicimus. Fest. quoq; inquit stercus ex æde uestæ. xviii. chalendas iulias defertur in angiportum medium fere diui capitolini: qui locus clauditur porta stercoraria tantæ sanctitatis maiores nostri esse iudicauere. ⸿ Operas aranearum. Seruius inquit araneus animal. Aranea tela apud idoneos.

Calleo uñ.

Aranea qd & quid aranea.

PYLADes

℄ LITANVM. antiptosis est: ut urbem: quam statuo uestra est. ⸿ Tergo: & cruribus: ut. s. non uapularet: aut cōpedibus uinciretur. ⸿ Nimis imperiosus est. Mercator hæc intra se dicit: sed ita tamen: ut litanus etiā audiret: unde simulat idem litanus se timere: & inquit: ue mihi hodie: ut mercator eo magis credat leonidam Sauriam esse: & authoritatem in domo habere. ⸿ Litanum libertum. Ironice hoc dicit leonidas: & uultuose: ac si dicat: nuā tu libertus factus es: qui mihi non parueris? quod & magis declarat. ⸿ Iam manu emissus ne es: obsecro te? Ita scribendum est: & addendum: ne es: sensus congruitate & metri necessitate. ⸿ Næ tu hercle: cum diphthongo scribendum est: næ & affirmantis est. ⸿ Occessisti: pro accessisti: aduenisti. ut supra quoq;. Quisquis obuiam huic occesserit. ⸿ Hic me moratust: in mora detinuit: & scribendum est: moratust pro moratus est metri necessitate: non moratus est. quia uersus superflueret. ⸿ Malam rem: malum. Et scribendum est malam rem: non ad malam rem neq; id: pro ad: ut insulse corrigit Pius interpres: contra antiquorum codicum scripturam: in quibus utiq; non est ad: neq; id: contraq; sensus concinnitatem: qui absolutissimus est absq; ea dictione. ⸿ Qui latera conteram tua hæc: qui: pro quo stimulo: prosequitur enim sermonem suum litanus: addenda fuit dictio hæc: ad metri integritatem: nam uersui pes unus defecisset. ⸿ Quæ occalluere: idest calum fecere: propter plagas: & uerbera in callos ueluti coacta. ⸿ Sine me perdere hunc: non hunc perdere: quia uersus claudicaret: perdere autem pro interficere positum est. ⸿ Cui nunquā. Cui nunquam satis est semel præcipere: sed opus est centies idem iterare. ⸿ Ogganniam: latiem uociferem. Gānire proprie canum est: & gannitio: ut inquit Festus: est querula canum murmuratio: inde compositum oggannio ex ob & gannio. ⸿ Stomacho: indignatione. Inde stomachari est indignatione moueri. ⸿ Iussin sceleste ab ianua hac hoc stercus hinc auferri? Ita scribi debet hic uersus metri necessitate: & addi ab: nam pes unus deficiebat. ⸿ Iussin columnis deiici his. Et in hoc addendum fuit his: eadem metri ratione. ⸿ Operas aranearum. telas aranearum: quæ columnis appensæ erant. ⸿ Iussin dari bullas has in splendorem foribus nostris? Hic quoq; uersus: hoc modo scribendus est: ut metricæ rationi satisfactum sit: aliter enim non constabat.

Næ.

Occaluere.

℄ In

¶ IN splendorem:ut nitide forent. ¶ Bullas:Laminas æreas:quæ foribus affigi solent decoris causa:bulla dicit insigne:quod collo gerebant ingenui usq; ad statutum ætatis tempus tractum uocabulum a græco βουλη:idest consilium:q ad eam usq; ætatem maiorum consilio gubernarentur:uel quia bulla illam pectoris partem: hoc est pectus attingebat:ubi naturale manet consilium:ut placet Festo. Rursus bulla dicitur ex pluuia tumescens aqua:& propterea bullã Varro hominẽ appellauit quasi q instar bullæ:quæ fit ex aqua cito fiat:& intereat:inquit enim si hõ bulla est quãto magis senex. ¶ Cum fustist:pro fuste est:ut.s.nisi necesse semper sit in manu fustem gerere:illũ ut uerberibus incessat. ¶ In hara:in turpi & in obscœno loco:hoc in herum inclamat:q rei familiaris nullã curã gereret: est hara porcoꝝ stabulũ. ¶ Hem ergo tibi: deinde illũ pugno:uel baculo pcutit. ¶ Ecquis ꝓ uectura:ita uult occupatũ uideri in rebus familiaribus:ut nõ conspexerit mercatorẽ. ¶ Sticho:proprium nomen uiri.

SARACENUS. Bulla quid sit

Hara quid sit

Iussin in splendorem dari bullas has foribus nostris?
Nihil est. tanq̃ si claudus sim, cum fustest ambulandum.
Quia triduũ hoc unũ modo,foro operã assiduã dederim,
Dum repperiam qui quæritent argentũ in fœnus, hic uos
Dormitis iterea domi. at herus ĩ hara,haud ædibꝰ habitat.
Hẽ ergo hoc tibi. Li. hospes,te obsecro,defẽde. Me. Sauria
Mea caussa,ut mittas. Le. eho,ecqs ꝓ uectura oliui (oro
Resoluit? Li. resoluit. Le. quoi datust? Li. Sticho uicario ipi

VALLA.

¶ IN splendorẽ dari bullas. hoc est laminas metallicas:nã & bulla: quę ex pluuia: & uento suscitatur in aqua nominat: unde per trãslationẽ: homo bulla dictus: ut ait Varro ob uitæ breuitatẽ:& bulla insigne pueroꝝ prætextatoꝝ a collo pendens: q eã parte corporis attingat: nempe pectus:in qua naturale manet consiliũ:uel q eã ætatẽ ostendat alterius regedã consilio. prætexta.n.deposita ẽt bulla deponebatur. Persi. Bulla:quæ succinctis laribus donata pependit. ¶ Quatriduũ hoc unũ modo. multa per hanc figurã loquimur:ut dicamus quatriduũ & quatriduo:triduũ & triduo:biduũ & biduo: primũ & primo: & id genus alia. ¶ In hara. Differt hara cũ aspiratur & acuitur. & cũ caret aspiratione & circũflectitur: quod prio posita stabulũ significat:unde hariga Donati testimonio hostia:& haruspex & haruspicina. Cic. in. ii. de diuinatione si qñ de extis:& fulguribus satis disputatũ est:ostensa restant:ut tota haruspicina sit pertractata. Ara aũt in secũdo loco locus sacrificioꝝ est:idq; uerbũ a græcis sumptũ. illi nãq; aras preces uocant:sicut catarras imprecationes. ¶ Hem ergo:dũ hoc dicit hominẽ cecidisse ostẽdit. ¶ Hospes. peregrinus. Persi. hoc clare:ne audiat hospes. Est tñ tam qui hospitio accipit q̃ qui accipitur. Ouid. Nec hospes ab hospite tutus. Dr̃ hic & hæc hospes: sed legitur & hospita:unde illud. Hospita terra uale. Legimus ẽt inhospita neutro genere:ut inhospita tesqua. Cũ tñ inhospes non dicatur. Eo modo sospes & sospita:nã quod inquit Iuue. depositũ mihi sospes erit:figurate positũ uideri potest: ut apud Hora. testis metaurũ flumẽ. ¶ Oliui. ab oliua:nã oleũ ab olea deriuatur. ¶ Sticho uicario ipsi tuo. i. seruo: qui uices tuas gerit:nã & uicarius uicaria uicariũ adiectiue dicitur. Quintil. in declamationibus. Amaui filiũ meũ non osculis:non infirmitate:sed uiribus:dolore:patientia:unicũ: quẽ si acie clausisset hostis:uicaria morte seruassem.

Harę significatũ

PYLADES Bulla

¶ BVLLAS has. Scutulatos clauos æreos:uel utiq; argenteos:aut aureos: quibus potentioꝝ ostia decorãtur. Sic fulgentius bullatũ æthera appellauit:hoc ẽ lucentium sydeꝝ coruscamine inauratũ:& splendẽs his uersibus: Astrigeroq; nitens diademate luna bicornis:Bullatũ biiugis conscenderat æthera tauris. Est itẽ bulla tumor ille supaquaneus:qui excitatur uel pluuiæ descendentis pulsu: uel alio modo:unde Varro hominẽ bullã appellauit: q ad illius similitudinẽ cito intereat:Inquit.n. Si hõ bulla est:quanto magis senex: hanc superaquaneã bullã Calphurnius sic describit. Bullantis ubi fagus aquas radice sub ima. protegit:& ramis errantibus iplicat umbras. idem. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Est præterea bulla insigne colli puerilis suspendiculũ:ingenui aurea: seruilis scortea. Sic dicta a græco βουλη. quod significat consiliũ:quia illis ueluti monumentũ:& memoria esset: consiliũ rebus oĩbus adhibendũ esse:& ideo illã corporis partẽ:hoc est pectus attingebat:ubi naturale manet cõsiliũ:ut Festo placet. ¶ Cũ fustest:pro cũ fuste est:nã qui claudi sunt fustẽ gerere solent:cui initantur ambulãtes: opus est inquit: ut ego cũ fuste ambulẽ:illumq; in manibus gerã de cætero: quo te uerberare possim. ¶ Quia triduũ hoc unũ modo ego foro operã assiduã dederim:ita scribendus est uersus metri necessitate:& sententiæ concinnitate: nã nisi ego addatur: & dederim scribatur:& quia triduũ uersus non consistit:quod non uiderunt interpretes nostri Pius & Sarrac. ¶ Qui quæritent. scribendũ est:q̃ritent plurali numero:non q̃ritet:qa uersus claudicaret. ¶ At herus in hara: haud ædibꝰ habet. Ita scribi metri ratio cogit:non atq; herus:neq; habitat in fine:sed habet:pro habitat. harã scimus esse porcoꝝ stabulũ:Ouid. Tertius imundæ cura fidelis haræ. uñ inquit herũ habitare in stabulo porcoꝝ: non in ædibus mundis & nitidis:hoc inquit respiciens ad illas operas aranearũ:quas dixit non fuisse deiectas e colũnis. ¶ Hem ergo tibi do dicens:ostendit se percutere illũ uelle baculo uel pugno. Vnde litanus simulãs se timere:inuocat mercatorem:ut se defendat. ¶ Sauria oro:mercatoris uerba sunt: putantis illũ Sauriã esse. ¶ Ecquis pro uectura oliui: uult ostendere leonidas:& corã mercatore palã facere:se atriensem esse:& rei totius familiaris curam ad se pertinere:uariaq; propter hoc negocia tractare. ¶ Venit ne inquit aliquis: qui oleum:qđ domui debetur:attulerit:nã quod ait: ꝓ uectura oliui nõ ad taborẽ uehẽdi tm̃ refertur sed ad debitũ. ¶ Resoluit. i. satisfecit. ¶ Pro uectura oliui. i. pro eo quod uehere debebat:uel fortassis pro uectura oliui intelligit:idest pro opere uehendi:quia oleum a seruis demeneti heri uectum fuisset alicui mercatori:qui pro uectura nundum soluerat. nam primores illi ciues multos seruos alebant domi: quorum operas locabant:& ex illis magnam utilitatem capiebant:ut infra etiam dicemus. ¶ Cui datũ est:preciũ. s.& id:qđ ꝓ uectura oliui est allatũ. Scribiq; hoc mõ dẽt ex codicibus oibus antiquis:nõ cui datũ sit:neq; cui datũ scis:ut corrigit Pius iterpres nulli rõni innixus. ¶ Sticho:ꝓpriũ nomen alterius serui. ¶ Vicario:uices tuas gerẽti. Vicarius.n.dicitur: qui uicem alicuius gerit. Liuius. Hunc ego institutum disciplina mea uicarium pro me reipub. do:dicoq;:Hora. Aequali recreat sorte: uicarius: & hoc significatu substantiuum est: aliquando adiectiue ponitur. Quintilia. Vicariam ei operam impendi. Idem. Quem si acie clausisset hostis: uicaria morte seruassem. ¶ Delenire apparas:quia honos erat habere sub se uicarios:iccirco inquit leonidas:tu apparas: idest quæris delenire me:ne te uerberem: quum mihi uicarium tribuis tuis uerbis.

Hara

Vicarius

SARACENVS

¶ VICARIO: qñq; substãtiuũ est: & dicitur qui subit alienas uices: ut apud Hora. æquali recreat sorte: uicarius: quandoq; adiectiuũ: ut apud Quintil. in declamatiõibus: amaui filiũ meũ non osculis: non infirmitate: sed uiribus dolore: patientia unicũ: quẽ si acie clausisset hostis: uicaria morte seruassem. ¶ Delinire: placare. ¶ Rapere: urgere: & manu trahere: ut soluere debitũ. ¶ Satagit: pro satis agit. ¶ Est scribit. nũmos. s. redditos: & solutos: uel cũ ironia: & erũt uerba leõidę. ¶ Redditũ esset. s. sibi. ¶ Nã retineri: subaudi reliquũ uoluit: uel sibi necesse fuit: ut possit de mãdatũ opus absoluere. ¶ Scyphos: Est uasis gñs scyph⁹: ut sacer ĩpleuit dexterã scyph⁹ dixit Vir. scyphũ Macro. testat̃ herculis fuisse poculũ: neq; ab re illũ ueteres fictores cũ poculo fecisse uisu; est: nõ solũ: ꝙ is heros bibax fuisse phibet̃: sed ẽt: ꝙ antiq̃ historia est herculẽ poculo tanq̃ nauigio uentis immẽsa maria transisse.

Scyph⁹ qd sit

Tuo. Le. uah delenire apparas. mihi scio uicarium esse,
Neq; esse seruom in heri ædibus, qui sit pluris, q̃ ille siet.
Sed uina quæ heri uendidi uinario Exærambo,
Iam pro iis satisfecit Sticho? Li. fecisse satis opinor,
Nam uidi hunc ipsum adducere, & rape in ius Exærambũ.
Le. Sic obsecro? q̃ credidi, uix anno post exegi.
Li. Nũc satagit, adducit domũ etiã ultro, & scribit nũmos.
Le. Dromo mercedem rettulit? Li. dimidio minus opinor.
Le. Quid reliquõ? Li. aiebat reddere, q̃ extẽplo sibi redditũ (esset.
Nã retineri, ut quod sit operis sibi locatũ efficeret.
Ne. Scyphos, quos utendos dedi Philodamo, rettulit ne?
Li. Nõ etiã. Le. hem nõ si uelis da cõmoda homini amico.
Me. Perii hercle. iã hic me abegerit suo odio. L. he⁹ iã satis (tu,
Audin q̃ loqtur? Le. audio, & q̃esco. Me. tandẽ opior,

VALLA.

Exarãb⁹ q

¶ CVI datũ sit. uel scis interrogatiue ꝓnunciandũ. ¶ Vinario exarãbo. Exarambus uiri propriũ qui uina cœmebat. ¶ Et rapere. inde raptio inquit Dona. ad personã refertur: rapina ad rẽ: raptus ad stuprũ: si proprie loqui uolumus. ¶ Sic dedero. i. dedisse uisus fuero: ut prius q̃ crediderim cogitasse: uidear illũ uexare uoluisse. ¶ Vix anno post exegi. ante & post cũ casibus præponuntur: accusatiuũ exigunt: ut ante multu;: post multum. Cum uero casibus subiiciuntur: ablatiuum: ut paulopost: pauloãte ita & hic anno post. ¶ Satagit. satis agit. ¶ Et scribit nummos. quos debeat in suis: ut mercatores solẽt diariis. ¶ Quam extemplo redditũ esset. idest q̃primum ipse ex opera sua redhibuisset. ¶ Scyphos: quos utendos dedi philodamo retulit ne? hoc simile illi in amphitryone naucratem: quem conuenire uolui: innaui nõ erat. Scyphus poculi species est. ¶ Si uelis commoda. corrupte accommoda legitur. Inter cõmodatũ: & utendũ datum Labeo q̃dem ait tm̃ interesse quantũ inter genus & speciẽ. Cõmodari. n. rem mobilem: nõ ẽt soli: sed ut apparet ꝓprie inquit Vlpi. de cõmodato. Cõmoda res dr̃ & quæ soli est: id quod etiam Cassius existiat. Viuianus ẽt habitationem cõmodari posse ait.

Cõmodari quid sit.

PYLADes

¶ MIHI scio uicariũ esse: affirmatiue dictũ est hoc. ¶ Neq; esse seruũ in heri ædibus: qui sit pluris: q̃ ille siet. Et scio inquit etiã hoc: ꝙ nullus est seruus in ædibus heri. qui pluris sit: q̃ stichus: p hoc uult innuere: se nõ esse seruũ illi parẽ: quũ sit atriensis. Atrienses aũt: ut Seruius inquit: honoratiores serui erant: qui liminũ custodes: & pecuniæ: quæ in atriis seruabatur: adhiberi solebãt. Vnde legimus apud Virg. Qui dardanio anchisæ: Armiger ante fuit: fidusq; ad limina custos. Scribendũq; est in heri ædibus: nõ in ædibus heri metri necessitate: nã uersus nõ consisteret. ¶ Sed uina heri: quæ uendidi. Ita scribi debet metri necessitate: & sententiæ congruitate: nã heri nomen est genitiui casus: a ntõ herus. ¶ Exærãbo: propriũ nomen est uinarii. ¶ Et rapere in ius exærãbũ: puto inquit exærambũ satisfecisse: nã uidi stichũ adducere & rapere illũ in ius. & ita scribi debet ex codicibus antiquis metri necessitate: & sentẽtiæ cõgruitate: non rapere ita exærãbũ. ¶ Sic obsecro? q̃ credidi uix anno post exegi. Ita scriptũ est in codicibus antiquis: & non: sic dedero priusq̃ credidi: ut alibi scriptũ est: & legunt Pius & Sarra. interpretes: nullo cũ recto sensu: ꝙ si legatur. Sic obsecro? credidi: ut nos legendũ censemus: hic erit sensus: ut leonidas atriensem simulans: ueluti irascat: ꝙ ille exærãbus fuerit in soluendo pigrior: quũ ei iã anno exacto uina data fuerint. ¶ Sic obsecro? s. meũ agit exærãbus? Nunc satagit: hæc litani uerba sunt: nunc inquit satagit: hoc est sollicitus est iste exærãbus uinarius: postq̃ in ius tractus fuit. ¶ Adducit etiã domũ ultio. i. affert domũ usq;: sponte sua: & nũerat pecuniã. Et scribendum est. adducit etiã domũ: non domũ etiã metri necessitate. Scribere nũmos est dare nũmos: Hora. Scribe decẽ nerio: rescribere uero est reddere: Hora. Quod tu nunq̃ rescribere possis: Ter. Argentũ illud denuo rescribi iube phormio. ¶ Dromo mercedẽ rettulit? perseuerat leonidas interrogando litanũ: an dromo retulerit nescio quã mercedẽ: quã debere illũ ostẽdit: ut sic mercatori asinoꝝ ibi præsenti persuadeat: se atriensem esse: omniũq; curã habere: & ab eo preciũ asinoꝝ auferat. ¶ Quid reliquũ? scilicet non dedit. ¶ Aiebat reddere q̃ extẽplo redditũ sibi esset: dixit se reddere. i. redituꝝ esse: tẽpus est ꝓ tẽpore: q̃ primũ sibi redditũ esset. i. obseruatũ: quod ꝓmissum fuerat: addendũ fuit sibi metri necessitate. & sñiæ cõgruitate. ¶ Nã retineri: ut qđ sit operis sibi locatũ efficerent. Ita scribi debet uersus metri necessitate: & sensus ꝯgruitate: q ẽ: ut dicat retineri dimidiũ illi⁹ mercedis ab ipso dromone: ut serui demæneti fortassis: qb⁹ locatũ erat: faciũdũ nescio q̃d operis ꝑficerẽt opus. Solebãt. n. multos seruos domi hr̃e magnates illi: ut sup⁹ diximus: quoꝝ opas locabãt: & mercedẽ non paruã ex illis cõgrebant: hãc autẽ sentẽtiã: nec Pius intellexit: nec Sar. eruere potuit: quũ nescio q̃d interim balbituerit ineptũ. ¶ Scyphos: uasa. Est scyphus uasis gñs: de quo Virgi. inq̃t. Et sacer ĩpleuit dextrã Scyphus. De eo Mac. hæc refert. Scyphus herculis poculũ est: ita ut liberi p̃ris cãtharus. Herculem uero fictores ueteres nõ sine cã cũ poculo fecerunt: & non nunq̃ cassabundũ: & ebriũ: nõ solũ: ꝙ is heros bibax fuisse phibet̃: sed etiã: ꝙ antiqua historia est: herculẽ poculo tanq̃ nauigio uentis in mẽsa maria transisse. ¶ Nõ etiã: nõ adhuc. ¶ Hem nũc: da si uelis: da addendũ fuit ex codicibus antiq̃s: & metri necessitate. i. nunc inquit: & da: atq; accõmoda homini amico res tuas: qui nũq̃ reddit postea: p ironiã. n. ꝓlata uerba sunt. ¶ Perii hercle: hæc sũt mercatoris uerba: cui iam graues esse cœperũt hm̃õi leonidę ostentationes. ¶ Heus iam satis tu: hic loquitur litanus: qui audierat mercatorem conquerentem. ¶ Tandem opinor conticuit: mercator loquitur intra se: ut etiam fecerat paulo supra proxime. nunc inquit optimum est: ut hunc adeam: anteq̃ rursum incipiat strepere.

Scribere nũmos

Scyphus.

¶ Tinnire

SARACENVS. Tinnire qd Ferox qs

¶TINNIRE:Sonare inde tintinabula:id proprium loquacibus tribui merito uidetur ut non loqui. sed tinnire dicantur. ¶Ne duit:ne det. ¶Ferox:uel arrogans: uel fretus: ut hoc loco commode potest intelligi: ut est apud Nonium illud Accii:neq; ui tanta quisq; est: neq; tam abundans fortunis ferox: alias ferox fortis: indomabilis: cordatus facetus. ¶Auferte domi: Vel posuit accusatiuum pro ablatiuo:ut sæpe Plautus:& Nonius etiam attestatur: uel lege: aufer te domo.

VALLA.

¶INCIPIT tinnire.i.crepitare a tintinabulis sumpta translatione. ¶Ferox est.i.arrogans. Titinnius in fullonibus. Videram ego te uirginem formosissimam sponso esse superbam:forma esse ferocem:uel ferox scæuus:& indomabilis a feritate. Cice.in.i.officio℞:ut equos propter crebras contentiones prælio℞ ferocitate exultantes domitoribus tradere solent. Teren. in Eunucho. Adeo ne ferox: quia habes imperium in bæluas.

Conticuit.nunc adeam optumust prius q̃ incipit tinnire.
Quã mox mihi opam das? Le.hẽ optume,q̃ dudũ tu adue(nisti?
Non hercle te præuideram,quæso ne uitio uortas.
Ita iracundia obstitit oculis. Me. non mirum factust.
Sed si domist Demænetum uolebam. Le.negat esse intus.
Verum istuc argentum tamen mihi si uis denumerare,
Repromittam istoc nomine solutam rem futuram.
Me.Sic potius, ut Demæneto tibi hero præsente reddam.
Li.Herus istũc nouit,atq; he℞ hic.Me.hero huic p̃nte red(dã.
Li. Da modo meo periculo, rem saluã ego exhibebo.
Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,
Succenseat, quoi omnium rerum ipsus summam credidit.
Le.Non magnipendo.ne duit, si non uolt,sic sine astet.
Li.Da inquam. uah formido miser, ne hic me tibi arbitret
Suasisse, sibi ne crederes,da quæso, ac ne formida.
Saluõ hercle erit.Me.credã fore,dũ q̃dẽ ipse in manu hẽo.
Peregrinus ego sum, Sauriam non noui.Li.at nosce sane.
Me.Sit,non sit,non ædepol scio. si is est,eum esse oportet.
Ego certe me incerto scio hoc daturum nemini homini.
Le. Hercle istum Di oẽs perduint. uerbo caue supplicassis.
Ferox est,uiginti minas meas tractare sese.
Nemo accipit. aufer te domũ,abscede hic, molestus ne sis.
Me.Nimis iracunde. nõ decet sup̃bũ esse hominẽ seruom.

PYLADes Tinnire.

¶TINNIRE:sonare:strepere:unde tintinabula:id autem proprium loquacibus tribuitur:qui non loqui: sed tinnire uidetur.uox est ficticia a sono eiusdem similitudinis deducta. ¶Quã mox:q̃ cito:quãdo. ¶Quã dudum tu aduenisti? quãdo se re idẽ sunt:q̃ mox:& quãdudum: ut alias dictũ est. ¶Prouideram: non aduerteram: ad te:uult ostendere:ita se ira occupatum fuisse:ut mercatorem nõ aspexerit. ¶Mihi si uis denũerare. ita scribi debet ex codicibus omnibus: & sententiæ concinnitate:quæ est:ut dicat:si uis denumerare mihi hoc argentum:quis demænetus nõ adsit: repromittam tibi bene solutũ fore: ita ut hoc debito non sit quisq̃ te posthac molestaturus:non autẽ:mihi sic ius:ut corrigit Pius interpres. ¶Repromittã tibi:addendũ fuit tibi metri necessitate. ¶Isthoc nomine:isto debito.ista causa. Nomina ꝓ debitis:& debitoribus capi claru; est: qua dictione iureconsulti scatent: & Hor.ait. Nomina sectatur modo sumpta ueste uirili.Et columellæ sentẽtia est catholica:Bona nomina fieri mala:si nunq̃ interpelles.Nomen etiam:ut in nostro uocabulario diximus: significat famã:seu gloriam: Virgi.Et nos aliquod nomenq;:decusq; gessimus:interdum laudem:seu decus.Idem:auulsumq; humeris caput:& sine nomine corpus.:aliq̃n gentem:seu factionẽ.Idem.Nostrum in nomẽ ituras:& quandoq; causam:ut hoc loco:& apud Ciceronem.Quanq̃ me tibi nomine negligentiæ suspectum esse doleo. Inde nomenclator a nomine calando.i.uocando.Is.n.dicitur nomenclator:qui per nomina singulos appellat:utputa: in foro reos: aut in conuiuio conuiuas:uel ad consilium consulares. Apul.Et ad nomenclatorem mox citati uenerunt. ¶Sic potius:non uult mercator:nisi præsente Demæneto illorum hero argentũ numerare. ¶Da modo meo periculo:ridiculum: nõ uult mercator pecuniam credere leonidæ:qui atriensis esse dicitur: quia illum non cognoscant: & litanus hic seruus nequam:& cui nulla dicitur esse in domo authoritas:uult:ut suo periculo credat. ¶Nam si sciat noster senex. his uerbis illum inducere posse putat:ut argentum numeret:quia si Demænetus sciret:non fuisse habitam leonidæ fidem: succenseret. ¶Quoi rerum omnium credidit summam ipsius semper. Ita scribendum est metri necessitate: & partim ex codicibus antiquis: in quibus summam scriptum est:ut non sit opus Pio interpreti assentiri:corrigenti: qui omnium rerum ipsius semper credidit:& asserenti:eleganter dictum esse.Credo tibi omnium rerum:hoc est in omnibus rebus.quum eo modo uersus nullo modo cõsistat:nec sensus:qui est:ut dicat:Demænetum ipsi simulato Sauriæ semper credidisse.i.commisisse summam omnium rerum.Scribendum enim est cui:uel quoi more antiquorũ: ut sit datiui casus:non qui: ut legit idem Pius. ¶Ne duit:ne det. ¶Dum quidẽ ipse hoc in manu habeo: hoc addẽdum fuit metri necessitate: & subaudi argentum. ¶Si is est:eum esse oportet. Ita habent codices omnes: & est sensus notissimus ꝙ si is est sauria: eum esse oportet:& non alium.Nec opus est scribere deum :pro eum:ut hariolatur Pius:nescio quo sensu futili. ¶Me incerto scio:ordo est:scio me daturum hoc:scilicet argentum: nemini homini incerto:idest ignoto:& quem ego nesciam: qui sit. ¶Verbo caue supplicassis: quia superius litanus dixerat: da quæso: ac ne formida: ait leonidas:uerbo caue supplicassis:idest caue ei supplices: uel uno uerbo:& alludit ad nomen ipsius litani:quod supplicationem significat:ut diximus superius. ¶Ferox est:ferocem se: & arrogantem facit: q̃a in manibus habeat uiginti minas meas. ¶Nemo accipit:ac si diceret:tibi eas habe: nemo a te inuito accipit. Scribendum est accipit ex codicibus antiquis: & recto sensu: non accæpit:neq; accepet:ut corrigit insulsus Pius. ¶Aufer te domum.tuam:scilicet. ¶Abscede hinc a nostris:scilicet ædibus.ostendit:parum curare se: an eas pecunias ab illo accipiat:uel ne. ¶Nimis iracunde:scilicet loqueris:uerba sunt mercatoris. ¶Non decet:catholica sententia:non decet hominem seruum esse arrogantem:& superbum.

Nomen.

Catholica sententia.

SARACENVS

IMPVRE: iprobe. Simulac: Vbi primũ. Vete: Notandus locus: nã frequentiori usu dicimus tibi. Tibi quidem: Hoc est causa tua: uel cũ interrogatione uel cũ ironia legendũ. Proficisci hoc dixerimus. Vel lege: proficisce re: ut cũ superiori clausula conueniat: uel lege profecto cũ subsequenti: illud aũt: dixerimus: magis comice in plurali extulit. Iam nunc secunda: Hoc est rursus me uerbis lacessis: scibã te his uerbis uindicaturũ tuã iniuriã. Nec potest enumerari: Quin. s. bene mihi fuerit dinumeratũ. Si esses percõtatus me ex aliis: Notandus loquẽdi modus. i. q fuerim ego ex aliorũ dictis: uel est figura hypallage poetis freqẽtissima. i. de me alios. Negassim: ꝑ negaueris.

Modus loquendi.

VALLA.

IMPVR AN bili. i. an impura: hoc est uehementi. Sic legendo recte castigabis: Possunt etiã duo esse uerba in & pare. i. obtẽpera: ut sint uerba libani exhortãtis: ac iperantis mercatori: ut pecuniã Leonidæ dinumeret. Flagitium hoĩs. i. flagitiose homo. Flagitiũ etiã inquit No. periculũ. Lucilius lib. xxx. Qui æde poscẽte minus & præeunt rectius multo: & sine flagitio. Pœnæ pendentur. i. exoluentur a pecunia sumpta translatione. Nã pendere soluere significat. apud romanos. n. æs appẽdebatur. Proficiscin. an proficisceris ita corrigendũ. Haud neg. i. nõ negaueris.

Pendere quid sit

PYLADES

MALO hercle iam magno tuo isthuc nũc: ni recte dicis: uerba sunt litani in mercatorẽ prolata: profecto inquit: nisi recte loquaris: & hæc uerba iniuriarum plena funditare desinis: isthuc hodie ueneris cũ magno malo tuo. hic est clarus: & aptus sensus: dũ modo ita scribatur uersus: ut nos scripsimus ex codicibus antiqs: quũ alibi scriptũ uiderimus: nũc istuc recte dicis: alibi: nunc isti'ne recte dicis. alibi: nũc istinc recte dicis. alibi: nunc isti non recte dicis. Isthuc nũc. s. processeris: ueneris. Ni recte dicis: nisi recte loquaris: ac desinas male dicere. Impure nihili: ita & hoc scribendũ est ex codicibus antiqs: & sententiæ cõgruitate. Nã quum litanus altius dixisset uerba prædicta: postea summissius in mercatorẽ dicere cœpit: quasi ostendens: nolle litanũ hæc audire: ipure nihil: non uides irasci: atriẽsem. s. ut his uerbis illũ terreret mercatorẽ. Neq scribẽdũ est. I pare: ut nugatorie inquit Pius interpres: se repperisse apud nonnullos codices: quod quidẽ falsum est: hñt. n. plurimi codices: ipuren bili: alii aũt: ipure nũbili. Verũ qui ipuren bili hñt: ii magis adhærent recte scripturæ: ut cõiectantibus ex litterarũ positu: patere põt: qui aũt nihili hñt: ii sententiã dixere. Perge porro: leonidæ uerba sunt: uel summisse dicta ad litanũ: ut pergeret illũ mercatorẽ terrere uerbis: quod patet ex seqẽtibus: uel altius prolata: illo mercatore audiẽte: sed ironice: ac si diceret: adhuc pergis illũ orare. Da obsecro huic argentũ: non argentũ huic: qa uersus non cõsisteret. Malũ hercle uobis quæritis: mercatoris uerba sunt: minãtis leonidæ: & litano: quos iam magis habet suspectos. Crura hercle diffringẽtur: leonidas utpote atriensem simulans: quũ audiuit mercatorẽ sibi quoq minari: ut suã retineat autoritatẽ: rñdet & eodẽ iuramẽto illi minat. dicens: Crura hercle diffringent: tibi. s. Et hoc dicẽs iubet litano: ut illũ percutiat: dicens. Age ipudice ni istũ ipudicũ percuties ipudicũ utrũq appellat de seruili cõsuetudine. Et quũ hęc diceret: uidetur percussisse litanũ: uel percutere uoluisse: ut tãto propius: & celerius illũ percuteret. Vnde litanus clamare cœpit: perii hercle: postea cõuersus ad mercatorẽ inqt. Sceleste: nõ audes mihi sceleste subuenire. i. subueni mihi: ne hic me uerberet: uel manus adiutrices porrigẽs aduersus eũ: uel pecuniã dinumerãs: ob quã hæc oia fiunt. Pergin precari pessumo: precari ꝑ supplicare positũ est: & hic quoq ad nomẽ litani allusit: ut supra: caue uerbo supplicassis. pgis ne inqt leonidas adhuc rogare: & supplicare huic pessumo hoi: Quæ res: Mercatoris uerba sunt: qui audiẽs: se pessimũ appellari: iracunde illi rñdet. Quæ res: est hæc. s. & quid loqueris: Tun libero homini: tu ne inquit quum seruus sis: male loqueris mihi homini libero: Vapula: leonidas loquitur: ostendens uelle illum uerberari facere: & per imperatiuum inquit: uapula. Id quidem: respondet mercator. Id profecto hodie fiet tibi: ut scilicet uapules: quum primum demænetum herum tuum conspexero. Hodie in ius uoco te: coram hero, tuo scilicet. Dabitur pol suppliciũ mihi. i. faciã: ut plectamini:

Locus restitutus.

Li. Malo hercle iam magno tuo nunc, isti ne recte dicis.
Impure, nihili, non uides irasci? Le. perge porro.
Li. Flagitiũ hoĩs, da obsecro argentũ huic, ne male loquat.
Me. Malũ hercle uobis qritis. Le. crura hercle diffringẽt.
Age impudice, ni istũ impudicũ percuties. Li. perii hercle.
Sceleste, non audes mihi sceleste subuenire?
Le. Pergin ꝑcari pessumo? Me. quæ res? tun libero homini
Male seruos loqre? Le. uapula. Me. id qdẽ tibi hercle fiet,
Vt uapules, Demænetum simul ac conspexero. hodie
In ius uoco te. Le. nõ eo. Me. nõ is? memẽto. Le. memini.
Me. Dabitur pol suppliciũ mihi de tergo nostro. Le. uæ te.
Tibi quidem supplicium carnufex de nobis detur?
Me. Atq ẽt ꝑistis maledictis pœnæ pẽdẽtur mihi hodie.
Le. Quid uerbero? ain tu furcifer? herũ nosmet fugitare censes?
I nũc iam ad herũ, quo uocas iamdudũ, quo uolebas.
Me. Nũc demũ? tñ nunq hinc feres argẽti nummũ, nisi me
Dare iusserit Demenetus. Le. ita facito, age ambula ergo.
Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?
Tã ego hõ sum, q tu. Me. s. ita res est. Le. sequere hac ergo.
Proficiscin hoc dixerimus? nemo etiam me accusauit
Merito meo, neq me Athenis alter hodie est quisq,
Quoi credi recte æque putent. Me. fortassis, sed tamen me
Nunq hodie induces, ut tibi credam hoc argentũ ignoto,
Lupus est hõ homini, nõ homo, quom qualis sit, nõ nouit.
Le. Iam nũc secũda mihi facis, scibã hoc te capitulo hodie
Facturum satis pro iniuria. quanq ego sum sordidatus,
Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.
Me. Fortasse. Le. ẽt nunc dico, Periphanes rhodius mercator
Diues absente hero solus mihi talẽtum argẽti soli
Adnumerauit, & mihi credidit, neq deceptus in eo.
Me. Fortasse. Le. atq etiã tu quoq ipse, si esses ꝑcũctatus
Me ex aliis, scio pol crederes, nũc qd fers. M. haud negassi.

ctamini:ac terga uestra loris uerberent. ¶ Ve te:notandũ est ue cũ actõ dictũ:frequentius.n.cũ dtõ dicimus:ue tibi. Atq; ẽt ꝓ istis maledictis pœnæ hodie mihi pendent.Ita scribi debet totus iste uersus metri necessitate: & sniæ congruitate:nõ ꝓ dictis uestris:neq; pendent mihi hodie:qa uersus nõ cõsisteret. ¶ Quid uerbero: leonidæ uerba sunt iracundo aio mercatori rñdentis.Quid uerbero:.s.ais. ¶ Ain tu furcifer:ain tu interiectio est reprehendentis. ¶ Herum nos met.Censes inqt nos fugitare:ne ad herũ ueniamus. ¶ Iam nũc ad herũ.i.ueni iam nunc ad herũ demænetum. ¶ Quo uocas iamdudũ: ad quẽ iamdudũ uocas me:quu; dixisti:in ius uoco te. ¶ Quo uolebas.s.nos uocare. ¶ Nũc demũ: mercator loqtur quasi irrisorie.Ita nunc demum ad herũ te uenire uelle ais:q.d.nõ sic dicebas prius. ¶ Tñ nunq̃:quãuis.s.dicas:te uenturũ ad herꝝ demænetum. ¶ Ita facito:uerba sunt leonidæ ostẽdentis se assentiri uerbis mercatoris:& illũ adhortari:atq; inuitare:ut eat ad demænetũ. ¶ Tu cõtumeliã:ostẽdit inter eundũ litanus: se excusare uelle:qa cõtumeliã mercatori dixerit:quũ ille prior sibi fecerit. ¶ Scilicet ita res ẽ:mercator nihil aliud rñdere curat:nisi affirmãdo:quæ ille dicat:donec ad demænetũ peruenerit. ¶ Proficiscin hoc dixerimus: uult ostẽdere leonidas:ægre ferre non adhibitã sibi fidẽ a mercatore fuisse:qa propter:hoc multũ authoritati suæ detritum sit.Dicemus ne inqt Demæneto hero:nos ad ipsum proficisci: hoc.i.propter hanc rem:qa.s.mihi fides a te habita nõ fuerit: Nõ.n.censemus hoc pro huc exponendũ:ut Pius inquit. ¶ Etiã nemo me accusauit.Ita legendu; est metri necessitate:nõ nemo ẽt:qa uersus claudicaret.Etiã:pro adhuc:uel hucusq; positũ est.Est.n.rõ: qua oñdit ægreferre hanc ad herũ profectionẽ. ¶ Neq; me athenis est alter hodie:non alter est: qa claudicaret uersus. ¶ Cui credi recte æque putẽt:ordo est:cui putent æque recte credi:subaudiendũ hoĩes. ¶ Fortassis mercatoris uerba sunt. ¶ Induces: his tuis uerbis persuasoriis. ¶ Lupus est hõ homini:ad id alludere uř:quod Pli.inquit.Tot gentiũ sermones:tot linguæ:tanta loquẽdi uarietas:ut externus alieno pene non sit hoĩs uice.Et qa his uerbis uř mercator asserere:se leonidam ꝓ lupo hře:Iccirco ille rñdet. ¶ Iam nũc secũda mihi facis.i.secundã iam infers mihi iniuriam: prius.n.dixeras:nõ decet superbũ esse hominẽ seruũ:& nũc inquis:lupus est homo homini. Translatio est a sacrificãtibus sumpta:qui si prima hostia nõ litassent:secundã mactabant:eaq; succidanea dicebat.De his Ser.lib.viii.æñ.hæc. In oĩbus sacris fœminini generis plus ualent uictimæ:Deniq; si per marẽ litare nõ possent:succidanea dabatur fœmina: si aũt per fœminã non litassent:succidanea adhiberi nõ poterat. ¶ Secunda mihi facis:ac si dicat: secũda hostia mihi sacrificas:qa prima non litasti:est.n.secũda ablatiui casus:& facis uerbo sacrificiis apto usus est: iuxta illud Virgilii.Quũ faciã uitula ꝓ frugibus ipse uenito.Sensus est:qa non uř tibi satis prima iniuria in me prolata: addis & secundã iuxta morẽ sacrificantiũ.qui una:& altera hostia deis sacrificant. ¶ Scibã hoc te capitulo: scibã ꝓ sciebã more antiquo dictũ est:hic sensus:Sciebã ego:& ueluti hariolabat:te hoc capite.i.hoc modo: & hac moneta satisfactu rũ esse mihi ꝓ iniuria:qua me affeceras:hoc est:peius adhuc facturũ. Deinde subdit. ¶ Quãq̃ ego sum sordidatus: .i.q̃q̃ nõ sim usq; adeo uestibus:& cultu corporis ornatus:frugi tñ sum:& probus. Nã quod Pius interpres garrit:ꝓ capĩo capiduncula scribendũ:ut hoc ẽt ꝑtineat ad translationẽ sacrificantiũ:uanũ est:& nihili:nec uersus rõ patitur dictionẽ illã capiduncula:nec sensus cõcinnitas:& codices oẽs capitulo hñt: qđ a capite diminutiuũ est. ¶ Nec põt peculiũ enumerari:uel qđ mihi quottidie creditur: subaudiendũ est:uel peculiũ.i.uirtus: & fides mea:ac ꝓbitas recenseri nõ põt:q̃ peculiũ seruoꝝ tm̃ sunt:quũ nullũ aliud peculiũ hře possint ꝑter uerbera:ut supra.largiř peculium oẽ:in tergo thesaurũ gerit.Etiã nunc dico.ꝓsequiř adhuc leonidas uolens persuadere mercatori:sibi ab aliis quoq; mercatoribus creditã pecuniã fuisse:ut sic inducat etiã eũ ad credendũ:& sibi enumerandũ preciũ asinoꝝ: sed fallitur:quũ ille nihil aliud respondeat:q̃ fortasse. ¶ Rhodius mercator. Ita scriptũ est in codicibus antiquis: & nõ rhodo:quod & melius:ac concinnius est. ¶ Percontatus me ex aliis: notandus est loquendi modus:percontatus me ex aliis:quũ frequentius dicamus:percontatus alios de me. ¶ Haud negassim.pro negauerim.

Ve te.

Etiam.

Capitulum

Percontari



SARACENUS.

Nequeon ego:Clereta lena conatur filiam suis moribus imbuere: quæ amore capta eiusdem monitis aduersabatur. ¶ Mansuetam: obtemperantem. ¶ Animata:animo obfirmata.

VALLA.

Nequeon ego te. in hac Scæna Lena Clereta Philenium grauiter increpat: ꝙ plus nimio: nec lucri causa amare uideatur. ¶ Nequeon.an non nequeo:idest an non possum: unde nequitum: & nequitur pro non posse dicebant antiqui: ut Pacuuius cum ait: sed cum contendi nequitum:ut clam tendenda est plaga. Plautus in satyrione:retrahi nequitur: quoquo progressa est semel: & Cato originum libro primo:Phana in eo loco compluria fuere:ea exaugurauit pręterquã ꝙ termino phanum fuit: id nequitum exaugurari. ¶ Interdictis. Interdicim⁹ inquit Donatus: quod uetamus fieri. Dicimus uni generi hominum: interdicimus diuersis:itaq; prætoris edicta: & interdicta dicuntur.

Interdicere quid sit.

ACTVS TERTIVS.

Philenium meretrix. Clereta lena.

Nequeon ego te interdictis facere mansuetam meis?
An ita es animata, ut quæ matris expers impii sies?

Interdictū.

NEqueon ego te interdictis. Terameter brachicatalecticus est uersus huius scenæ: septem pedes nactus. In hac aūt Clereta lena inducitur cum filia Philenio uerba faciens: illamq; suis moribus imbuere adnitens: quū amore argyrippi capta aduersari matris monitis uideretur. ¶ Interdictis: præceptis. Nam ad illud respicit: q̄ puellæ interdixerat: ne amantem argyrippum ad se reciperet: nisi denuo pecuniam afferret: interdictum.n.est: quod a iudice non in perpetuū: sed ad tēpus dicitur: saluo iure partium. ¶ Mansueta: obtemperantem: ut sit ordo: Nequeon ego facere te obtemperātem meis interdictis? ¶ An ita es animata: animo obfirmata: & ita scribi metri necessitas cogit: nō ita tu es: abundat.n.tu. ¶ Vt quæ matris expers imperii sies.i.quæ imperium matris negligas: & recipere nolis: scribendum.n.est, quæ: non qui: ut multi codices habent.

SARACENVS

¶ VBI piem pietatem: Piem.i.colā custodiam: pietatem: Nonio referente: docti ueteres esse uoluerunt: q̄ q̄ in ea sunt quasi penitus: & in penetralibus recondantur: pietas pro iustitia ponitur & p religione erga deos. ¶ Si isto more morata idest a te edocta & instituta: iusserat.n.illa: ne ad se amātem reciperet: ni denuo pecuniam conferet id: quod extra oēm pietatem filia censebat. ¶ Dicacula: a dicacitate: & a dicēdo dicacitas: significat.n.sermonē cum risu aliquos incessentē. ¶ Quæstus mihi est: ut dicacula sim: uelamen. ¶ Ergo una pars: ac si dicat oīs loquendi facultas tibi data est: mihi non licet: quod uolo loqui: tua enim oratione consumis diem.

Dicacula q̄

Ph. Vbi piem pietatem, si isto more moratam tibi
Postulem placere? mater mihi quo pacto præcipis?
Cl. An decorum est, aduorsari meis te præceptis? quid est?
Hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere?
Ph. Neq; quæ recte faciūt culpo, neq; quæ delinquont amo.
Cl. Satis diacula es amatrix, Ph. mater, is quæstus mihi st,
Lingua poscit, corpus quærit, animus orat, res monet.
Cl. Ego te uolui castigare, tu mihi accusatrix ades.
Ph. Neq; pol te accuso, neq; id me facere fas existumo,
Ve℞ ego meas queror fortūas, quom eo, quē amo, phibeor.
Cl. Ergo una orationis pars de die dabitur mihi?
Ph. Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi.

VALLA.

¶ PIEM pietatem: idest colam: Nam piare quandoq; idem quod purgare: unde piaculum purgamentum. ¶ Morata. moribus instituta. estq; participiū sine uerbo. ¶ Satis dicacula diminutiuū ab eo quod est dicax: forma est duntaxat: nam copiam uerborum inesse significat. ¶ Animus orat: idest excogitat: quod dicendum sit. ¶ Res monet: propter lucrum. ¶ Tu pte habeas portisculum. Festus portisculus est: ut scribit Aelius stilo: qui in portu modum dat classi. Id autem est melius: cuius meminit Cato in dissuasiōe de rege Italo: & uectigalibus Asiæ Caio Lucio. P. R. remis scripti uenière passim. Nonius tamē inquit: portisculus proprie hortator est remigum: idest qui eandem perticam: qui portisculus dicitur: qua excursum: & hortamenta moderatur: ut Plautus in asinaria. Ennius lib. viii. annalium. Thus ante tenentes parerent: obseruarent: portisculus signum: cum dare cœpisset. Laberius in cithara. Nec palmarum pulsus: nec portisculi.

Portisculus quid.

PYLADes

¶ VBI piem pietatem: sensus & ordo est: quo modo colam: & custodiam pietatem: si postulem: hoc est uelim: me moratam isto more: placere tibi? Piem enim pro colam: & custodiam exponit Nonius: hūc locum citans: moratam autem legendum est metri necessitate: & ex codicibus antiquis: non morata: ut legunt Pius: & Sarrace. interpretes. Subintelligendum est: matrem puellæ ei iussisse: ne argyrippum amantem ad se reciperet: ni ille rursum pecuniam afferret: quod quidē extra oēm pietatem filia cēsebat. Pio as: ut ēt in mostellaria dicemus: ꝓprie significat pie amo: colo: ut hic: & apud Neuiū: cuius hæc sunt uerba. Nemo est: qui magis suos piet liberos: inde piaculū ꝓ sacrificio & cultu aliqū accipitur. Virg. Ea prima piacula sunto. Interdū significat cōtamino: & polluo: quod & impio dicitur. Inde piacula rursum pro criminibus: & flagitiis ponuntur. Virg. Distulit in serā cōmissa piacula mortem. Inde pietas pro officio: & cultu ponitur: quē patriæ parentibus: sanguine coniunctis: beniuolis: ac etiā subditis exhibemus: & pro diuino cultu: & religione. Item pietas pro dea pietatis: quā colebant romani: hinc piū aliqū religiosum dicimus Virg. Dii meliora piis. aliqū misericordē: benignū. Cicero. Nō secus in me pius: q̄ pater in filios. aliqū castum. Virg. Quiq; pii uates. Quintil. Et pios amores: ac pudicos. Marcellus aūt: pietatem inquit ueteres dictā uoluisse: q quæ in ea sunt quasi penitus: & in penetralibus recondantur. A pio uerbo fit expio: quod est purgo purifico: & piatrix sacerdos: quæ expiare solita erat: & piamentū: quo in expiando utebatur: dictū a poetis piamē. ¶ Mater mihi: quo pacto præcipis? quo pacto inquit præcipis mihi o mater? ac si dicat: sic ne pręcipiendū est? & sic instituenda filia: ut pietatem deferat? An deco℞ est: respōdet lena: & argumento suo filiā redarguit: an inquit decet: te aduersari meis præceptis? Quid est? legendū est: quid est? non quidem: ut corrigit Pius interpres contra ueterū codicū scripturam: & rectā sententiā: nā queadmodū filia interrogationem suā bipartitā fecit: ut magis in matrem argumentum suū assereret: ita & mater bipartita responsione refellit: quid est inquit hoc: quod ais? an hoc est pietatē colere: quū matris imperium minuas? Scribendum est autem. ¶ Imperium matris minuere: non matris imperiū minuere: quia uersus abundaret. Ille dicitur minuere imperium alicuius: qui facit: ut ei imperāti nō pareatur. ¶ Satis dicacula es amatrix.i.uerbosa: a dicacitate: quæ a dicendo dicitur. ¶ Mater es: respondet philenium ad duo illa uerba: dicacula: & amatrix. ego inquit quæstū facio: lingua autē: qua a te dicacula appellor: ea est: quæ poscit ab amatoribus munera: corpus uero ipsum est: quod q̄rit mihi amatores: at animus orat: cupitq; continue: ut ne desint mihi: qui dent: res monet.i.egestas nostra suadet: ut ita faciam. ¶ Accusatrix: quum ais: ubi piem pietatem. & mater mihi quo pacto præcipis? ¶ Neq; id facere fas existimo: ita scribendum est metri necessitate: non: neq; id me facere: abūdat enim me uersus integritati. ¶ Quum eo: quem amo prohibeor: & hoc ita scribi opus est eadem metri necessitate: non quū illo: quem amo: nam abundaret uersus. ¶ Ergo una orationis pars de die dabitur mihi? ac si dicat: nunquid nullas partem hodiernæ lucis mihi relinques ad loquendum? sed totam diem tua oratione consumes? ¶ Et meam partem mater loquendi: addendum est mater metri necessitate: nam aliter non consisteret.

Piare

¶ Tu te

¶TV te habeas portisculũ: Pulcherria trãslatio sũpta a nauis ductore: q portisculũ.i. uirgã in manu tenens hortat remiges: urget: & cũcta p libito moderat: Ennius in annalibus: portisculus cũ signũ dare cœpisset: accipit.n.pro hortatore remigũ: & p ptica: quã idẽ in manu tenet. Est igit sensus manifestus: filiã oẽm mrĩ cessisse loquẽdi: & tacẽdi ptãtẽ. ¶ Quin pol reposui remũ in casteria: Perstat in trãslatione. Nautæ nãq3 ad gubernatoris nutũ citi parent: ul remigãt: uel remũ deponũt: casteriã uocat Lactã. pticã eã: quã in naui hortator remigũ tenet: qsi icesserit remiges: nõ desinũt: si deposuerit: qescũt a labore: sed rectius & uerius p loco Noñ. casteriã itellexit in quo ubi nauigiũ cõqescit:

ARACES NVS.

Portisculũ quid sit

Casteria quid sit

Ad loquendum, atq3 ad tacendum tu te habeas portisculũ.
Quin pol si reposui remum, sola ego in casteria
Vbi quiesco, omnis familiæ caussa consistit tibi.
Cl. Quid ais tu, quã unã uidi mulierẽ audacissumam?
Quoties te uetui Argyrippum filium Demeneti
Compellare, aut contractare, colloqui ue, aut contui?
Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? an tu tibi
Verba blanda esse aurum rere? dicta docta pro datis?
Vltro amas, ultro expetessis, ultro ad te accersi iubes.
Qui dant, eos derides, qui deludunt, dederis.
Ante te id expectare oportet, si quis promittat tibi,
Te facturum diuitem, si moriatur mater sua?
E castor nobis periculum, & familiæ portenditur,
Dum eius expectamus mortem, ne moriamur fame.
Nunc adeo nisi mihi huic argenti affert uiginti minas,
Næ ille ecastor hinc trudetur largus lachrumarũ foras.
Hic dies summust apud me inopiæ excusatio.
Ph. Patiar, si cibo carere me iubeas mater mea.
Cl. Non ueto te amare qui dant, qua amentur gratia.
Ph. Quid si hic aius occupatus ẽ mr? qd faciã? mõe. Cl. hem,
Meũ caput contemples, si quidem ex re consultas tua.
Phi. Etiam opilio, qui pascit mater alienas oueis,
Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.
Sine me amare hũc unũ Argyrippũ animi caussa, quẽ uolo.
Cl. Intro abi. nam te quidem ædepol nihil est ĩpudentius.
Ph. Audientem dicto mater produxisti filiam.

remi & gubernacula cõqescũt: ẽ ergo sensus tua cã uolo silere: & spõte qescere: tu at tuo arbitratu loqre: ois loquẽdi facultas ĩ te, sita est: est idẽ sensus p diuersa. ¶ Accersi: p accersiri. ¶ Si mori. mr sua: fortassis obiicit: q argyrippus philenio pollicitus erat: si ei⁹ mr moreret: q eũ arcte tenebat: uelle illã bõis q plimis locupletar. ¶ Meũ caput cõtẽples: A me ipsa exẽplũ sumito: q nullos amẽ: qd ppriũ meretricũ est: sed eos amar simulemus: quo ad nobis fuggerunt pecuniæ. ¶ Opilio: ouium custos. ¶ Qui. pro qua oue peculiari.

Opilio qui

¶SOLA ego in casteria. Noñ. Casteria inqt locus: ubi cũ nauigatio reqescit: remi & gubernacula cõqescũt. At Lactã. ptica inqt est qdã in naui: quã hortator remigũ tenet: quã si icesserint remiges: nõ desinũt: si deposuerit: qescũt a labore: hãc Plau. casteriã uocauit in asinaria. ¶ Familiæ cã. Familiæ inqt Vlpianus d edilitio edicto: appellatione: oẽs: q in seruitio sunt: cõtinẽtur: ẽt liberi hoĩes: qui ei bona fide seruiũt uel alieni. Accipe eos quoq3: q in ptãte ei⁹ sunt. ¶ Dicta docta. i. excogitatã orões. ¶ Vltro expetescis. i. adis: ut distineas hominẽ. ¶ Qui deludunt dedideris. ita corrigendũ pro dedis. pro mancipio alligas. ¶ Te factu3. se subaudi: ĩfinitiuũ ẽ. ¶ Si morit mr sua. sua & eius utroq3 mõ dici põt. Virgi. Nãq3 sua patria antiqua cinis ater hẽbat. ita Hora. Ita sępe Ci. ¶ Meum caput cõtẽples. p cõtẽpleris Auli Gelii iterptatione. ¶ Ex re. i. utilitate: sicut in rẽ inqt Dona. iutilitatẽ: & ab re: cõtra utilitatẽ. ¶ Etiam opilio. Dicitur opilio ouium custos. Virgilius: Venit & upilio: sed metri necessitas compulit o in u cõuertere animi causa. i. ut me oblectem.

VALLA.

Familię, populatiõe qd ueniat

PYLAdes

¶TV te habeas portisculũ. i. tu ex uoto impa: tu inqt geras partes portisculi: & hortatoris nauis ad loquendũ: & ad tacẽdũ. Trãslatio est sumpta a nauis ductore: atq3 hortatore: ad cuius nutũ: & hortatũ remiges in naui: & se exercent: & qescũt. Portisculus: ut Nonius ait: pprie hortator est remigũ. i. qui eandẽ pticam tenet: quæ portisculus dr: q excursum: & hortamenta moderat. De hoc portisculo pticam significãte. Lactãtius iterpres papinii sic ait. ptica est quædã in naui: quã hortator remigũ tenet: quã si excusserit: remiges nõ desinunt: si deposuerit qescunt a labore. De eodẽ portisculo hortatore remigũ significãte Ouidius. x. meta. sic. Requieq3 modũq3: uoce dabat remis aio3 hortator epopeus. Sunt qui ptisculũ potius scribãt: q portisculũ a pticula illa deducẽtes. ¶ Quin pol: si reposui remum. Garrit hoc loco: more suo Pius interpres: dicens scatere mẽdis deformibus hæc duo carmina: in pristinã faciẽ ita redigẽda: quin pol si reposuisti remũ sola: ego i casteria ibi qesco: & ois familiæ cã cõsistit ibi. Nã si ita legamur: hi duo uersus: primũ qdẽ abũdabit. nec ullo mõ cõsistere poterit: si reposuisti legat: hũtq3 oẽs antiq codices reposui: nõ reposuisti: & sic uersus suis constat pedibus. Sed & nullus rectus sensus elici poterit: qd ex uerbis ipsius Pii interptis depẽdet: qui illius nugas lectitabit. Nil igit imutãdũ cẽsemus ex duobus his uersibus: & legẽdũ oĩno reposui. Estq3 sensus satis clarus: in hũc ferme modũ: cõtinuata trãslatione a naui & nauis gubernatore. Et cur nõ tibi mater audiens: iussisq3 tuis obediẽs sim: quũ si qñ accidit: ut ego remũ deponã: & in casteria ueluti qescã: ut remi in ea depositi facer solẽt: hoc est: ut ego paulũ uacẽ a labore: & a domus pcuratiõe: tu ea sis: in qua totius familiæ cã. i. negociũ: & põdus recũbit? Casteria authore marcello: locus est: ubi quũ nauigatio cõqescit: remi & gubernacula conqescũt: p cuius rei testimonio locũ hũc Plauti citat. ¶ Cõloque. dicius colloquor hũc: ut hic: & in captiuis. plubet hũc hoiem colloq ergasile. Et cũ hoc. Suetonius in claudio. Collocutus sum cũ tyberio. Plau. in psa: ubi cũ lenone me uidebis colloqui. ¶ Expetessis. i. expetis. ¶ Qui dant eos derides: qui deludũt dederis. Ita scribẽdus ẽ uersus metri necitate: non illos q dant: qa abũdaret pes unus. Dederis aũt scda psona ẽ a uerbo dedor. i. in ditionẽ: & mãcipatũ daris iis: q deludunt. ¶ Si mo. mr sua. Ita scribẽdũ est: ex codi. antiqs: & metri necessitate: nõ si moriat ut legunt Pius & Sarrac. interptes. obiicit autem lena puellę promissiones: quas argyrippus ei fecerat: de locupletando eã: si moreretur pater suus: sed

Portisculus

Casteria

nolebat lena exprimere ue℞ nomē:& iō dixit mr̄ sua:nō pr̄ suus:qđ tñ in sequētibus apit:maiore furore accēsa.⁋ Ae castor nobis piculū:& familiæ portēdiť.Scribēdus est hoc mō uersus metri necessitate:nō piculū magnū : abūdat.⁋ Ae magnū.⁋ Ne moriamur fame.Et hic abiiciēdū fuit nos:qđ ascriptū erat post ne:metri necessitate.Sēsus clarus ē.Im miere eis piculū:ne moriāť fame:si demęneti mors expectāda est:& ex hoc patet:qđ supra dixit mr̄ sua:ficte matrē dixisse:quū patrē dicere debuisset:nūc āt ut mulier ira icēsa nihil cōtinere posse:qn ut ē ad unguē pferat.⁋ Nisi huc mihi argēti.Ita scribi cogit metri necessitas:nō nisi mihi huc:qa abūdaret uersus.⁋ Næ:certe:pfecto:affirmātis est.⁋ Hic dies tibi sūmæ est:addēdū fuit tibi metri necessitate:& snię cōgruitate:sensus est:potes te apud illum excusare: quū petes has.xx.minas:qa ego in hāc diē deducta sum cū sūma iopia:& egestas me maxia urget.⁋ Nō ueto te ama re eos:q dant:eos addēdū fuit metri necessitate.⁋ Meū cō.ca.qđ canescere cœpit:& ide tibi exēplū sumito:nā disce nemine amare:nisi q dabūt:quo te alere possis:quū & ipsa canesces.⁋ Opilio:ouium custos.⁋ Qui spē:qui pro qua oue peculiari.⁋ Sine me amare hunc unum:hunc addendum fuit metri ratione:nam aliter claudicaret.⁋ Produ xisti:edidisti:pepisti:nam non placet quod Pius interpretatur prostisti.

Opilio

Leonida, & Litanus. Serui.

PErfidiæ laudos;gr̄iasq; hēm⁹ merito Dis magnas.
Quom nostris sycophantiis,dolis, astutiisq;
Scapularum confidentia,uirtutę ulmorum freti
Aduorsum stimulos,laminas,crucesq;,compedesq;.

SARACENVS.

PErfidię laudes:Nūc se uicissim iactāt:& gl̄ianť serui duo : parauisse ex ordine isidias:a mercatoreq; pecuniā surripuisse p dolū:assentiēte demeneto : qui leonidæ pro saurea iussit referri debitu;.⁋ Scapula℞ cōfidētia:Duritia:& pacientia.⁋ Virtute ulmo℞:uel amo℞.i.humero℞:nā aduersus oē genus cruciamēto℞ tergū nō detractabāt.⁋ Stimulos:fustes:& uirgas.⁋ Laminas:Vel ferreas:uel ęreas:q̄ igne candentes admouebantur corporibus noxiorum.⁋ Cruces:Patibula in quibus noxii suffugebantur:crucem ueteres dixerunt gaballum.⁋ Compedes:Pedum uincula non tantum a pedibus dicta:sed ab impedimento.

Tormenti genus

Crux qđ sit

VALLA.

PErfidiæ laudes:In hac scæna serui leōida & libāus sibi iuicē blādiunť:cōgratulāturq;:ꝙ opa Demenetis senis pecūiā a mercatoř abstulerit.⁋ Scapula℞ cō.Quia cōfidius scapulas satis sustineř quis uerbera posse.

PYLAdes

PErfidię laudes:gratiasq; hēmus.Tetrameter catalecticus est uersus h⁹ scenæ:septē cōstās pedib⁹:& una syllaba.Leōidas:ac litan⁹ serui duo potiti argēto:qđ mercator ille ob asinos ř ferebat qđ qdē Demeneto assentiēte:ab eodē mercatore leonidæ sauriā simulāti nūeratū ē:nūc se uicissim iactāt:gl̄ianturq; suis dolis:& sycophātiis oēs cruciatus sibi ifligi solitos:atq; adeo ipsos cruciatores:& tortores supasse.Dein se p iocum multis onerāt cōuitiis:ac seruilř deludūt.Sed ope pciū est:iterptes duos Piū & Sarra.ignarissimos audire locū hūc iterptātes.Pius.n.in ipso scenæ pricipio iqt:hic est ordo:& codicis ipliciti series:pfidiæ gr̄as hēmus quū dolis fuerint triūphati hostes:Qui aduorsum sub itellige freti.Et paulo ifra ait.Exercitus fu℞:legēdū exercit⁹ fuerūt.& iterptare passiue:potiti fuerūt:hoc est triūphati hęc ille.Sarra.āt sic.Eę nūc legiōes.Oia memorata gn̄a tormētorū tanq̄ exercitus:& cohortes inimico℞ autumāt supasse.Et notādū:ꝙ Plau.deco℞ seruauit in his exprimēdis affectibus:nō seruato uerbo℞ ordine:qđ ppriū exultātis:& p nimia lęticia gestiētis est:hactenus hic.Ve℞ ubi iqt nō seruato uerbo℞ ordine sōniat:uoluitq; dicere:nō seruata recta cōstructione:& grāmatica locutione:qa ita putauit:legēs q aduorsū stimulos:& eæ nūc legiōes:copiæ:& piuriis nr̄is euge potiti:absq; uerbo sumus:ut ēt fec̄ Pius:q ambo non iterptū:sed ipudētiū itricato℞ noie digni sunt:oia.n.itricatiora suis nugis:& hallucinatiōib⁹ reddūt:q̄ prius fuerit: digni quo℞ illitā papy℞ scōbri:& carice sibi ascisc āt:uř claudus ueneris marit⁹ iuadat.S; ne illo℞ ieptię nos quoq; ieptos ac lōgiores faciāt:legēdū cēsemus hūc cōtextū:queādmodū hn̄t codices oēs māu scripti:usq; ad eū uersum:id uirtute huius collegæ.pterq̄:ꝙ tollēdū putamus.Qui a principio q̄rti uersus.Et legēdū quoq; arbitramur.Eas nūc legiōes:copias:exercitusq; fo℞.Et in sequēti uersu addēdū:sumus:ut sit:piuriis nr̄is sum euge potiti:nā ita uersuu; ho℞ duo℞ necītas reqrit:q utiq; alr̄ nō cōstarēt suis pedibus.Sed & sensus itegritas:& cōstructiōis latinæ cōcinitas his paucis recōcinnitatis:clarissima resultat.Eritq; hic ordo:pfidiæ laudes:& gr̄as magnas merito hēmus:quū nos freti nr̄is sycophātiis:dolis:astutiis:cōfidētia scapula℞:uirtute ulmo℞ aduorsum stimulos.laminas:crucesq;:cōpedesq;:neruos:catenas:carceres:numellas:pedicas:boias:& i acerrimos doctores:&gnaros nr̄i tergi:utpote q sępe an̄ ididerūt cicatrices i nr̄as scapulas:nūc potiti sumus eas legiōes:copias:exercitusq; fo℞:ui pugnādo:piuriis nr̄is.In qua cōstructiōe & seruať uerbo℞ ordo:& recta grāmaticæ locutio:& oia clare itelliguntř.Nā quū dr̄.⁋ In doctores acerri.in:idē est qđ supra dixerat aduersū:hoc ē cōtra.Doctores āt appellauit acerrimos:qa serui illi lorarii:& carnifices:q cęteros nequā seruos uerberāt:& cruciāt:uidenť eē tanq̄ eo℞ doctores:& correctores paulo acriores:& crudeles.⁋ Fo℞:uero p fu℞ ptulisse uř Plau.uel gtō gręco usus.φωρ.n.græce fur latine dr̄:cuius gtūs pl̄alis ē.φωρων ⁋ Perfidiæ:deæ u; ifidelitatis.⁋ Virtute ul.q̄ nos aduersus oē gen⁹ tormto℞ patiētissimos reddidit:& fortes.⁋ Aduersum.i.cōtra.⁋ Stimulos:stimulus pprie ē istm̄:quo pūgūť boues:uñ p metaphorā stimulū uocamus oē id:a quo uexamur:hic stimulū carnis:& uitio℞ dicius:hinc stimulo uerbū:qđ ē agito:uexo:& stimula dea:q̄ ad agēdū stimulat:stimulus āt a uerbo græco τιζω.deduciť:qđ sign̄at pūgo.⁋ Laminas:uel ferreas:uel æreas:q̄ igne cadētes corpibus noxio℞ admonebanť.Gel.lib.ix.Quid quū ignes:ardētesq; laminæ:cęteriq; cruciatus admouebanť? Cruces. patibula:in qbus noxii suffigebanť.⁋ Cōpedes:pedū uicula.Instrumētū:qđ pedibus uinciēdis adhibeť:qđ alio noie catasta uocať.Tibullus.Barbara luxatos ferre catasta pedes.Marti.Nō de plebe dānus:nec auare uerna catastæ.Iuue.Squallidus in magna fastidit cōpede fossor.Apu.Et lōgę cōpedis diuturno squallore fœdati caldarium q̄runt.⁋ Neruos.Neruū inqt Fest.appellamus ēt ferreū uinculū:quo pedes:uel ēt ceruices ipediunť.Adagiū catonis ē:parui fures in neruo:& compedibus habentur:magni in auro:& purpura uisuntur:erant autem nerui ueluti funes ad ligādum seruos nequā ex neruis boum seu intestinis facti:græceq; χορδη:neruū.& intestinū significat: unde apud nos chorda funis appellatur.⁋ Catenas.Catena notum est instrumentum ferreum.dictum ꝙ sese capiēdo teneat:a quo catenula diminutiuum:& cateno uerbum:& concateno:& catenatim aduerbium.

Stimulus

⁋ Neruos

NERuos:uincula ferrea appellat Festus qbus pedes:& ceruices ipediuntur. Cathenas:Quas dici nonnulli uolunt:q canes ligent. Carceres:Dictus est carcer a coercendo:ut inqt Varro:qa inclusi exire prohibent: & carceres sunt equorum termini:unde currere incipiunt:carcerem in singulari dicimus noxiorum custodiā: cōfunduntur tamen. Numellas:est genus uinculi numella:qua ligant quadrupedes:ut Author est Festus:uel ut indicat Nonius:genus ligneum est ad discutiendos noxios paratū:quo & collū & pedes imittunt. Pedicas:pedū uincula sicut manuū manicas diximus appellari. Boias:Boia uinculū est ex corio bubulo:quo uinciebātur in cruce noxii:uel Festo tradente: boię sunt tam ligneę q̄ ferręę uinculorum genus. Tortores:A torquēdo qđ uerbū facit authore Prisciano: torsi torsum: & tortum. Gnaros nostri tergi: Assuetos nos afficere uerberibus. Cicatrices:Pro uibicibus posuit: sunt.n.plagarum notę:& dictę uibices sunt q ui fiant. Eas nūc legiones:oia memorata genera tormentorum tanq̄ exercitus:& cohortes inimicorum autumant superasse: & notandū q Plautus

SARACENUS.

Carcer unde dictus

Numella quid sit

Boia quid

Neruos,catenas,carceres,numellas,pedicas,boias.
Tortoresq; acerrumos,gnarosq; nostri tergi,
Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indideront,
Eas nunc legiones,copias,exercitusq; forum
Vi pugnando periuriis nostris euge potiti.
Id uirtute huius collegæ,meaq; comitate

Vibices unde

decorum fuauit i his exprimēdis affectib⁹:n̄ fuato uerborum ordine:qđ ppriū exultātis:& p̄ nimia lætitia gestiētis est.

VALLA.

NERuos.Neruū inqt Festus appellamus ēt ferreū uinculū:quo pedes ipediunt:quāq̄ Plau.eo ēt ceruices uinciri ait pfidiose captus eo pol neruo ceruices probat. Numellas.Numellę inqt Nonius genus ligneū ad discutiendos noxios paratum:quo & collū & pedes imittunt.Lucre.quoq; in secūdo.Est isignibus isignis scelerisq; numella:Carcer & horribilis de saxo iactus eorum.Verbera carnifices robur:pix:lamina:tędę. Pedicas boias.i.uincula pedū & colli.Nam qđ ex corio bubulo fierent boiæ dictæ.At Festus boiæ uinculorum genus tā ligneæ q̄ ferreæ: sane ut a pede pedica:ita multa sunt alia inclinata.Pedā nanq; uestigiū humani præcipue pedis appellasse antiquos in cōmentariis quibusdā inueniri solet.Hinc pedum baculi genus incuruū:ut Virgi.in bucolicis cum ait. At tu sume pedum: & uitiū pedamenta:pedesq; pro pediculis.Hinc etiam pedarios senatores dici quidam putauerunt:qui sniam in senatu non uerbis dicerēt:sed in alienā sniam pedibus irent. At.C.Bassus ait:q ædiles curules fuissent:solitos curru honoris gr̄a in curia uehi:qui uero ad magistrū curulē necdum aspirassent:pedibus itauisse in curiā:& eos pedarios nominatos. At Varro in satyra menipea etiā quosdā eqtes pedarios dicit appellatos:qui nundū a cēsoribus in senatu; lecti ueniebāt:necdū senatores:sniæ tamē ius habebant. Versus quoq; Laberii est in mimmo:qui scriptor iscriptus est:caput sine lingua pedaria snia est:qdam barbare pro pedariis pedaneos dixisse arguunt. Valentis uirgatores. ita legendū non iurgatores q uirgis cederent. Verbis cōceptis.i.dedita opa cogitādo. Atq; ingenio nr̄o docuit. ita Teren.Facite:ut uobis decet.Salu.locum editiorē: qui uictoribus decebat. Vbi hospitem inclamauit. & hūc inclamo:& huic dicitur.itaq; Cice.in Bruto.Metuo ne mihi iclametis. Opprime os:idest sile.

Neruus qd sit

Peda qd & qd ēt pedū

Inclamo significata

PYLAdes

CARceres.Dictus est carcer locus noxiorum:a coercēdo:ut iquit Varro.Quia in eo iclusi exire phibent.Et carceres sunt equorum termini:unde currere icipiūt. Numellas.Numella:ut ait Festus:genus est uinculi:quo q̄drupedes deligant.Non.āt genus eē ait ligneū ad discutiēdos noxios paratū:adducēs hūc locū. Varro li.ii.de re rustica:de canib⁹ loquēs sic.Cōsuefaciunt quoq;:ut alligari primū possint leuibus numellis:qs si abrodere conant:ne id cōsuescāt facere uerberibus eos decerrere solent:hn̄t igit codices oēs tā Plautini:q̄ Marcelliani:Pō.& Varroniani:numellas: Quapropter Piū iterpretē nostrū mirari nō est satis:qui hoc loco.nomellas se scribere ait: & a νομος. qđ pabulū:uel saltū significet deducere:qa uincula sint lignea:q̄ ad pedes q̄drupedū ponūtur:ut sine custode per pascua secure uagētur:quū pcipue apud Festū:Nō lōge a dictione numella uidere potuerit:numidas dictos:quos gręci nomadas appellent:siue q ad genus hoium pecoribus negociet:siue q herbis:ut pecora alunt.Nā si in illo o in u a latinis uersu; est: cur nō & in hoc toleret tantorum pcipue authorum scriptione:& lectione cōsentiētibus:quū ab eodē fonte utrunq; uocabulū deriuet. Pedicas:pedū uincula:sicut manicæ sunt manuū:ut in mostellaria dicemus. Boias. Boia uinculū est ex bubulo corio:quo uinciebant noxii:& a græco fit.βοειος.n.bubulū significat:uel ut Festus inqt: genus est uinculorum:& tā lignee:q̄ ferrę boiæ dicunt. Doctores acerrimos.Castigatores:& ueluti magistros nr̄os:ut p̄diximus. Nā qđ Sarra.legit:tortores:ab oibus exēplaribus tā ueteribus:q̄ nouis dissidet. Gnarosq;:assuetos nos afficere uerberibus:& per hoc nr̄; tergū pbe cognoscētes. Cicatrices:pro uibicibus posuit. Sunt.n.uibices plagarum notę:dictę q ui fiant. Eas nunc legiones:copias:exercitusq; forum:ita scribēdus est uersus:ut p̄diximus:& metri necessitate: & sniæ cōcinnitate:forum autē pro furum:ut collostrum:uoltis pro uultis:& similia.uel sit gt̄us græcus:& φωρων gręce scribendū:quum oēs codices forum habeant:nō autem fuerunt:ut Pius corrigit:passiue dicens interp̄tādū eē potiti:hoc est triūphati:qđ nullibi auditū est. Id uirtute huius collegæ.oia superiora:& hæc quoq; uerba sunt leonidæ. Virtute autem dixit litani collegæ sui id factum esse:quia ut superius uisum est:litanus fuit inuentor huius sycophantiæ: quū ad eū mercator ille peuenisset:in tōstrina sedētē. Mea comitate.mea facilitate.q me cū mercatore illo comiter gerere pro atriēsi sauria edidici. Qui me uir fortior est hic iterponēda est psona litani:& ascribēdū:est ex codicib⁹ anti.& metri necessitate:aliter.n.claudicaret uersus:loqt ergo litanus.q audito collega eū laudante:qa uirtute ipsius hoc factū eēt:exclamās:qs iqt est fortior me:ad sufferēdas plagas:Fortitudinē.n.& uirtutē suā in eo eē cēset:ut fortius plagas sufferat. Aedepol uir.q tuas.Ordo:& sensus:ędepol:si qs sit:q uirtute tuas possit collaudare:sicut ego possū:nę ędepol.i.pfecto illa nūc mlta memorari pn̄t p merito tuo.i.mlta eēnt:q̄ ex merito tuo memorari possent: Fec āt trāsitionē de gn̄e ad genus:quū iqt:uirtutes:q tuas:nę illa ędepol.Illa.n.gn̄is neutri relatū ur ad uirtutes: sed ad ea oia refert:q̄ subsequūt.Scribēdū ē: Sic ego possū:q̄ domi:& duelli malefecisti.i.tpe pacis:& belli:& nō possim q̄ domi:duelliq; malefecisti:qa uersus nō cōstaret:& possit:nō possis ex codicibus antiqs:& sensus cōcinnitate. Verbis cōcæptis:aio placitis:pcogitatis:& p̄destinatis. Virg. Aut tu bella cie:cōcæptūq; exue fœdus. Vbi parietes psoderis:latrocinādi genus est uecte muros psodere:& patefacto pariete in aliorum ædes itrorūpe furādi gr̄a:hi uecticularia facere dn̄r:& eorum uita uecticularia.Cato.uecticulariā uitā uiuere:repēte largiter hr̄e:repente nihil.

Pedicæ

Concæptis uerbis

SARACENVS.

QVI me fortior: Loquitur libanus: qui collaudatus a leonida superbit. Virgatores: Rectius q̃ iurgatores nam dixit pendens ad trabem aliquã ligatus. Sacro: Ad res sacras. Creditũ: Datũ depositũ. Duricia: Tolerãtia: patiẽtia. Adfectos: Occupatos. Lentis: Flexibilibus. Lacinia: Est pars uestimenti: & dicit quasi lacera: q a a parte anteriori aperta. Suetonius de caligula: ita se proripuit e spectaculis: ut calcata lacinia togæ pceps p gradus iret. Qui uerberarẽ. Qui put: uel cũ qua. s. ptica & facetissime alludit ad pecuniã: quã habebat in crumena pro asinorum precio relatam: Dicitur crumena loculus: marsupium: uel sacculi genus.

Lacinia qd sit

Factust. Li. qui me uir est fortior ad sufferendas plagas?
Le. Aedepol uirtutes qui tuas nunc possit collaudare,
Sicut ego possum, quæ domi, ac duelli malefecisti?
Næ illa ædepol p merito tuo nunc memorari m̃lta possũt.
Vbi fidentẽ fraudaueris, ubi hero infidelis fueris;
Vbi uerbis concæptis sciens libenter periuraris,
Vbi parietes perfoderis, in furto ubi sis depræhensus,
Vbi sæpe caussam dixeris pendens aduersus octo.
Astutos, audaceis uiros, ualenteis uirgatores.
Li. Fateor profecto, ut prædicas Leonida, esse uera.
Verum, ædepol næ & tua quoq; malefacta iterari multa.
Et uero possunt. ubi sciens fideli infidus fueris,
Vbi præhensus in furto sies, & manufesto uerberatus.
Vbi periuraris, ubi sacro manus sis admolitus,
Vbi heris damno, molestiæ, & dedecori sæpe fueris,
Vbi creditum tibi quod sit, tibi datum esse pernegaris,
Vbi amicæ, q̃ amico tuo fueris magis fidelis,
Vbi sæpe ad langorem tua duritia dederis octo
Validos lictores ulmeis affectos lentis uirgis.
Num male relata est gratia? ut collegam collaudauit?
Le. Vt meq; teq; maxume, atq; ingenio nostro decuit.
Li. Iã omitte ista, atq; hoc, q̃d rogo rñde. Le. rogita q̃d uis.
Li. Argenti uiginti minas habes ne? Le. hariolare.
Aedepol senem Demenetum lepidum fuisse nobis.
Vt assimulabat Sauriam me esse, q̃ facete?
Nimis ægre risum continui, ubi hospitem inclamauit,
Quod se absente mihi fidem habere noluisset.
Vt memoriter me Sauriam uocabat atriensem.
Li. Manedum. Le. quid est? Li. Pheleniũ ẽ ne hæc, q̃ it' exit?
Atq; Argyrippus una? Le. opprime os, is ẽ, subausculte'.
Lachrumantem lacinia tenet lachrumans. qd nã esse dicã?
Li. Tacite auscultemus. Le. atat modo hercle ĩ mẽtẽ uenit.
Nimis uellẽ habere perticã. Li. quoi rei? Le. qui uerberarẽ
Asinos, si forte occœperint clamare hinc ex crumena.

VALLA.

LACHRYmãtem lacinia tenet. Lacinia inqt Fest. pars uestimẽti est. Suetonius in Caligula: ita se pposuisse e spectaculis: ut calcata lacinia togæ pceps per gradus iret. Pli. tñ in. viii. cap. lvii. ubi de capris inqt: fœminaꝝ gñositas insigne laciniæ corporibus: & ceruice binæ dependentes. Ex crumena. i. marsupio. Crumenã marsupium dicit quod suspensa sit a pectore. Nam cremo pendeo significat.

PYLAdes

IN furto: ubi sis dephẽsus: deprehẽsus scribẽdũ est ex codicib' anti. & recta sniæ cõcinitate. Virgatores: uirgis cedentes: lorarios: carnifices. Veꝝ ędepol næ: & tua quoq; malefacta: scribẽdũ est: & non etiã. nã uersus abũdaret: neq; aũt affirmãtis nõ ni: ex codicibus anti. In furto sies: p sis. Sacro ad res sacras. Creditũ: datũ: cõmissũ;. Quã tuo fueris amico magis fidelis: ita scribi debet: metri necessitate & nõ: quã amico tuo fueris: ut legunt interpretes pfati: cõtra metricã rõnẽ. Duricia: tolerantia: patientia. Lictores: ita scribẽdũ ẽ: & nõ lictoris: ut sit actũs pl'al'. Lictor ãt a ligãdo dict': is appellat: q populo: & magistratibus ministrat: ul' q uirgaꝝ fasces ligatos gerebãt lictores: uel q quũ magistrat' ppli romani uirgis quem piã uerberari iuberet: crura eius: ac man' ligare lictores solebant: erãt aũt consuli lictores duodecim: cæteris aũt magistratibus sex tm: hi fascem uirgaꝝ ligatũ cu; securi gerebant: unde duodecim fasces accipi solent pro cõsulatu: uel pro consule: & fasces pro magistratu. Affectos: fatigatos: & lassos uirgis ulmeis te uerberando. Relata gratia est: non relata est gratia: quia uersus claudicaret. Atq; igenio nostro decuit: cum datiuo construxit uerbũ decuit: ut etiã in amphitryone: nostro generi nõ decet. Habes ne tu? tu addendũ fuit ad metri integritate;: nã uersus claudus incederet: nisi adderetur. Hariolare. i. uaticinaris: diuinas. Aedepol senẽ demænetum lepidum fuisse nobis. subaudiẽdũ dico: uel aliud uerbũ simile. Me esse illi. addendum fuit illi metri necessitate: & illi: mercatori intellige. Vbi is hospitem inclamauit: is addi oppus fui & metri necessitate: & sententiæ concinnitate: is autem demenætus supplendus: & intelligendus est. Hospitem inclamauit: notandus est modus loquendi. Inclamauit hospitem cum accusatiuo: idest obiurgauit. atq; reprehendit. Quod illic sese absente mihi fidem habere noluisset: ita scribendus est uersus metri necessitate. & sententiæ cõgruitate: non cum se absente: ut insulse corrigit Pius interpres contra uersus integritatem. Mane mane dum: geminandum est uerbum mane: nam si unicum scribatur: uersus non consistit. Lacinia: ueste: q̃q; laciniæ pprie sunt scissuræ extremarum uestium decoris causa factæ: a quo uestes laciniatæ appellantur a lacerando dictæ: Suetonius de caligula: ita se proripuit e spectaculis: ut calcata lacinia togę præceps per gradus iret. Atat hercle: modo mihi in mentem uenit: ita scribi debet: & addi mihi uersus necessitate: nam aliter claudicaret. Qui uerberare;: qui prout. Asinos: ad illud illudit: q precium asinorum in crumena habebat. Ex crumena. Crumena scribendũ est: & non crumina: quod ostendit metri huius ratio: est enim longa penultima: & per. e. scribitur. Est autem crumena: ut in uocabulario nostro diximus: quã & bulgam: & folliculum: & manticam aliter appellamus: hoc est facculus scorteus: uocabulum est a greco deductum: a uerbo κρυπτω: quod significat occulto: quia in illa occultetur pecuniæ: cadem &

Lectio.

Inclamauit hospitem

dem & Marsypium appellatur. Pius hoc loco mente alienatus: dum bulgę uocabulum exponere nititur: Pompeium falso adducit: nam Marcellus est: non Pompeius: qui sic ait. Bulga est folliculus omnis: quem & crumenam ueteres appellauerunt: & est sacculus ad brachium pendens. Lucilius. Cui neq; iumentum est: nec seruus: nec comes ullus. Bulgam: & quicquid habet nũmoꝝ secũ habet oẽ. Cum bulga cœnat: dormit: lauat: oĩs in una: Spes hoĩs bulga: &c.

Bulga



SARACENVS.

CVR me retentas: inducitur Argyrippus: Philenium amasia: & serui duo: qui adeo ipsum adolescentẽ ludificabũt: ut desiderio potiundę pecuniæ se a seruo Argyrippus equitati patiatur: ideo Argyrippus dictus est quasi ob argentum equus: Conuersus ergo is ad meretricem: quæ a se eu; abire nõ patiebatur inquit: cur me retẽtas: teneo tentum facit: inde tento: & retẽto. ¶ Affers morbum: non corporis: sed animi mœrorem atq; tristitiam. ¶ Acerbũ funus: imaturam mortem funus pro morte posuit: quod dicitur a funibus accensis: & pompa est: quæ fit in sepeliendis cadaueribus. ¶ Mitte: ꝓ dimitte: aphæresis. ¶ Mox si uoles manebo: Legerem potius: nocte si uoles: manebo ex sequẽti uersiculo: opa: ut largus ẽ nocturna.

Funus uñ

Argyrippus. Philenium. Litanus. Leonida.

CVr me retẽtas? Ph. quia tui amans abeuntis egeo.
Ar. Vale. Ph. ah q̃to amplius ualerẽ, si hic mãeres.
Ar. Salue. Ph. saluer̃ me iubes, quoi tu abiẽs affers
Ar. Mr̃ supremũ mihi tua dixit, domũ ire iussit. (morbũ.
Ph. Acerbum funus filiæ faciet si te carendum est.
Li. Hõ hercle hic exclusus ẽ foras. Le. ita res ẽ. Ar. mitte q̃so
Ph. Quo nũc abis? qn tu hic mães? A. mox, si uoles, mãebo.

VALLA.

CVR me retentas. In hac scena Argyrippus a philenio: ne abeat: retinetur. Libanus & leonida subauscultant primo: inde se offerunt argyrip. & philenium irridentes: illudentesq;: post dinumerant a patre demeneto pecuniam. ¶ Retentas uerbũ iteratiuum. teneo enim tenui tẽtũ: unde tento ex quo retenta: siue iterum: ac crebrius retineo: siue retrorsum teneo ac traho. ¶ Affert morbum: idest ęgrimonia me afficis: nam tam animi q̃ corporis est morbus: ut. Cic. in quęstionibus tusculanis ostendit. Distinxerunt tñ ueteres uitium a morbo uarie. ¶ Na; de ędili. edic. morbus a sabino definitus: est habitus cuiusq; corporis contra naturam: qui usum eius ad id faciat deteriorem: cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Id autem alias in toto corpore: alias in parte accidere solet. Namq; totius corporis morbus est puta febris: Partis ueluti cęcitas: licet homo ita natus sit: uitiũq; a morbo multum differre: ut puta: si quis balbus sit. nam hunc uitiosum esse magisq̃ morbosu;: hæc ita sabinus. Alii ut diximus uarie: ut in eo edicto dinosci. põt: atq; ab Aulo Gel. oñsum. ¶ Supmũ. subaudi uale: ne amplius ad has sim rediturus ædes. ¶ Domũ ire. subaudi meã: uel domũ pro domo accusatiuus pro ablatiuo: ut ẽt alibi Nonius in Plautũ annotauit. ¶ Acerbum funus: idest ante tempus: translatione sumpta a fructibus arboꝝ: qui ante maturitatẽ acerbescunt. ¶ Mox si uoles manebo. i. mansero in tẽpus: qđ mox consequtur: nẽpe ut in noctẽ edormiscam tecum.

Morbi a uiro distictio

PYLAdes

CVR me retẽtas. Idẽ est genus carminis huius scenæ: cũ superiore: tetrametrũ uidelicet catalecticũ: septẽ constans pedibus: & una syllaba. Introducunt̃ in ea Argyrippus adolescẽs & philæniũ amasia eius conquerẽtes: ꝗ disiũgi ab inuicẽ cogant̃: ꝓcepto: & iussu cleretæ lenæ mr̃is ipsius puellę. Deinde supueniunt litanus: & leonidas serui duo: qui adeo & adolescẽtẽ: & puellã ludificãt priusq̃ pecũias crumenę exhibeant: ut desiderio potiũdi argẽti Argyrippus se a seruo eqtari patiat̃. Vñ & Argyrippus ei nomẽ inditũ est: q̃si ob argentũ equus. ¶ Cur me retẽtas. i. retines: frequẽtatiuũ est a uerbo retineo: a cuius ultimo supino fit retento. as. loqt̃ Argyrippus ad philenũ: quẽ iussu lenæ abire uolẽtẽ puella retinebat lacinia: ut uisu; est supra in fine superioris scenę. ¶ Quia tui hinc amans abeuntis egeo: hinc addendũ fuit metri necessitate: nã aliter uersus nõ cõsisteret: teneo iquit puella te: qa te amo: & tui abeũtis egeo. ¶ Ah quãto amplius ualerẽ: ita scribendũ est ex codicibus antiqs: & nõ aliq̃to. ¶ Si mecũ hic maneres: mecũ addẽdũ fuit metri necessitate: nã aliter uersus uno pede mãcus sit. ualerẽ inqt puella multo amplius: si mecũ hic maneres. ¶ Affers morbũ: nõ corporis: sed aĩ mœrorẽ: atq; tristitiã. ¶ Mater supremũ tua mihi dixit: ita scribendũ est metri necessitate: & nõ: mihi tua dixit. Supremũ aũt uerbũ. s. hoc est uale. ¶ Acerbũ funus: imaturã mortẽ: funus pro morte posuit: ut Virg. Nec moritura tenet crudeli funere dido: ponit̃ & iterdũ pro cadauere. Terenti. Interim effert̃ funus. Nõnũq̃ pro sepulchro. Virg. Ergo istauramus polydoro funus. Inde funerare pro sepelire accipit̃. Nã ꝓprie funus dicit̃ põpa illa: quę fit in exeqis mortuoꝝ: a funibus: qa incẽsi funes mortuis præferebant̃. ¶ Mitte quæso. i. dimitte me per aphæresim: nã puella illũ retinebat: manu ad uestẽ iniecta. ¶ Mox si uoles manebo: ita hñt codices oẽs antiq: & noui: quo magis mirandũ est: Sarracenũ iterpt̃e scribere legere se malle: Nocte si uoles manebo: ex sequẽti uersiculo opa ut largus est nocturna (Nã Pius alter sõniculosus iterpres sicco pede hæc omnia pertransiuit). Scribẽdum igitur censemus mox: ut habent exemplaria omnia: & non nocte. Et sensum hunc agnoscimus. ¶ Mox. idest paulopost: si uoles: manebo tecum: hoc est quum ego me iterfecturus sim breui: si tu quoq; uoles me sequi: & te pariter interimere: & ad inferos mecum una descendere: tecum manebo: quem sensum sequentia indicant: quum inquit: apud horcum mox te uidebo: cũ sequentibus duobus uersibus.

Funus

SARACENVS.

Solon legislator

¶INTERdius.dius dicitur:& dios a ioue genitus:unde sub dio ul' sub diuo:idest sub ioue sub aere:ergo interdius: idest per diem a dio dii:sicut a deo dei:& a diuo diui. ¶ Videlicet Solon:Ironice dictum ueluti in legibus conscribendis interdiu fuerit occupatus:quibus populus se teneat pro contineat:legibus enim populus continetur:& coercetur.solon fuit unus ex septem grecię sapientibus:qui uno uixerunt tempore:is atheniēsibus leges & iura dedit:quibus etiam primus sisachtheam inuexit:ea enim est corporum possessionumq; redemptio:plurimi quippe per summam inopiam fœneratoribus corpora exponebant:& super his fœnerabantur:cum igitur septem sibi taleta patrimonii iure deberentur:ea prior indulsit:ac reliquos exemplo suo:ut idem facerent animauit:qui etiam ut patriæ bene consuleret: amentiam simulauit: ausus q; est pro uindicanda salamina in publicū euolare:& ita omnes ad bellu; animare:ut facto illico hominū concursu aduersus megarenses bellum decernerent: insulaq; de uictis hostibus atheniensum fieret. ¶ Ger

Li. Audin hūc,opa ut largus est nocturna?nunc enim est
Negociosus interdius.uidelicet Solon est,
Leges ut conscribat,quibus se populus teneat,gerræ.
Qui sese parere apparent huius legibus,profecto
Nunq̄ bonæ frugi fient,dies noctesq; potent.
Le. Næ iste hercle ab ista non pedem discedat,si licessit.
Qui nunc festinat,atq; ab hac minatur sese abire.

Gerræ quę

rę:nugæ dicuntur:& ineptię:unde gerrones nugatores:gerræ sunt proprie crates uimineę:sed cū athenienses syracusas obsidentes crebro poscerent gerras:irridentes siculi clamitabant gerras:unde factum est:ut gerræ pro nugis:& contemptu haberentur:hæc Fest. ¶ Apparent:Instituant. ¶ Huius legibus:moribus scilicet & institutis lasciuis:& amatoriis. ¶ Bonę frugi:alicuius utilitatis licet sit indeclinabile:a fruge enim deductū nomen inde frugalitas.

Frugi quid

VALLA.

Gerrę quid

¶NEGOcius interdius.dicit & interdio:ut noctu. ¶ Videlicet.sicut q.s.per ironiā pferri solent.Ci.in orone.Ego uidelicet egregius magister.Tere.hoc ppl's curat.s. ¶ Populus teneat gerræ.Fe.Pōpe.Gerræ inquit crates uimineæ athenienses cū syracusas obsiderent:& crebro gerras poscerent:irridentes siculi gerras clamitabant:unde factū est: ut gerrę pro nugis:& cōteptu dicant. At horus in Platonis lachetē sup uerbo gerroforis.Cuncta iquit tegmina gerra dixerunt attici:quidā pelles quibus persæ se contegerent ac scuto; loco uterent. Alii gerra aiunt umbracula:quibus:qui uterentur gerrofori dicti. ¶ Bonæ frugis.ueteres in singulari quod nunc tm̄ in plurali fruges dicimus.nam alibi Plau.ad frugem bonam etiam dixit.Frugi.n.adiectiuū etiā Prisciani snīa:ut mancipi neomancipi nihili:ideo frugis legendū est nō frugi. ¶ Si licescit.i.si liceat.Minat sese abire.i.ondit:indicat ita Hora.mlta & pclara minātē.

PYLAdes

¶AVDIN tu hunc:ut opera nocturna largus est:nunc & enim:ita scribi oportere censemus uerbu; hunc metri necessitate:nam aliter non consisteret:& non inficiamur litanum accepisse uerba argyrippi in eum sensum:quem Saracenus existimauit:hoc est mox:pro nocte futura:ita ut se obtulerit cum illa noctem agere:nam hæc omnia uerba approbant hanc sententiam:uerum sequentia clare ostendunt:illum aliter:& in alio sensu prędicta uerba protulisse:inquit ergo litanus:eam habens opinionem:q argyrippus se cum illa noctem agere polliceretur:Audis ne hunc: ut largus est opera nocturna?idest ut liberaliter pollicetur operam suam nocturnam:? ¶ Nunc & enim negociosus interdius:nunc enim interdius:idest diurnus:ac si dicas:dum dies est.Est enim nomen interdius.a.um.sicut perdius. a.um.& interdum etiam aduerbium:ut dicemus in aulularia. ¶ Negociosus etiam:idest multis negociis abundat:& non uacat. ¶ Videlicet solon est:expositio est prędictorum:ac si quis dicat:& quæ negocia habet?& ipse responderet:uidelicet solon est:hoc est:iste argyrippus est alter Solon:qui leges atheniensibus conscripsit:nam & hic iterdius leges conscribit:quibus se populus teneat:postea inquit. ¶ Gerræ.Gerræ dicuntur nugę:& ineptiæ:ita exponit Nonius:locum hunc citans:hoc est nugæ istę sunt q hic argyrippus leges condat.Gerræ inquit Festus:crates uiminęę. Athenienses quum syracusas obsiderent:& crebro gerras poscerent:irridentes siculi gerras clamitabāt:unde factū est:ut gerræ pro nugis:& contemptus dicantur. ¶ Qui sese parere apparent:profecto inquit Litanus:ii nunq̄ bonæ frugi sint:qui sese parere apparent legibus huius argyrippi:nam dies:noctesq; potent:hoc est in cōmesationibus:& ebrietatibus semper uersarētur. ¶ Bonæ frugi.bonę utilitatis:licet frugi indeclinabile sit:& oīs gnīs:accipitur tamē interdum pro frugalitate:& utilitate.Solon autem atheniensis philosophus fuit:unus ex.vii.sapientibus a tota grę cia decantatis:cuius precipuum illud dictum celebratur:Spectandum esse finem uitæ.Omnium septem hæc sunt nomina.Cleobolus lindius.Chilon lacedæmonius:Periander corinthiacus:uel ephyreius:quia Corinthus Ephyre quoq; est appellata.Pitthacus mityleneus.Solon atheniensis:uel Cecropius:quia Cecropii athenienses uocātur: a cecrope eorum antiquo & primo rege.Bias prienensis:uel prieneus.Thales milesius.Quorum apophthegmata. hoc est dicteria:seu sapienter dicta:sic græce scripta sunt.

Interdius

Frugi

επτα σοφων ερω κατε πος πολιν,ουνομα φονην. | πιττακος.ουδεν αγαν ος ην γενος εκ μιτυληνης.
μετρον μεν κλεοβουλος ολινδιος ειπεν αριστον. | τερμα δ'οραν βιοτοιο σολων ιεραις εν αθηναις.
χιλων δ'εν κοιλη λακεδαιμονι.γνωθι σεαυτον. | τους πλεονας κακιους δε βιας απεφηνε πριηνευς
ος δ'ε κορινθον ενδιε.χολου κρατεειν περιανδρος. | εγγυην φευγειν δε θαλης μιλησιος ηυδα.

Hos uersus nos ita latinos fecimus.

Nomina:dicta:urbes sapientum concino septem.
Mensuram in cunctis Cleobolus lindius effert.
Scire nosse autem curua in lacędemone Chilon.
Ex ephyre Periander ait:Compescere bilem.
Pittacus inde:Nihil nimis:urbs quem dat Mitylenæ.
Cecropius spectanda Solon iubet ultima uitę.
Peiores q; Bias plures tulit esse prieneus.
Mileto fugienda Thales uadimonia censet.

Hos eosdē uersus Pius ille arrogātissimus Plauti interpres:se latinos fecisse acclamitans in Aululariæ cōmentariis inseruit:quos q uidere cupit:ibi ispiciat:quātūq iter eius nostrāq; iterptationē differat:si mō gręcis lrīs pollet: iudicet. Id unū reticendū nequaq̄ censuimus:q quum ille alienis trutinādis semper inhians Sidonii uersum damnaret:qui quodam loco scripserit:Thales mileto genitus uadimonia culpat quoniam Thales prima longa posuisset:quam græci breuem proferant:ipse idem Pius tam seuerus aliorum censor suū interim uersum penultimū non perpendit: nec errorem

nec errorem uidit a se cōmissum in syllaba ultima nominis Bias: quam breuem posuit: quum longa sit: ut uidere poterat in uersu græco græcis litteris ibidē ascripto: si mō græcaꝝ lraꝝ: & syllabaꝝ cognitionē teneret: quoꝝ utroq; carere tam bellum interptem: & nugatoꝝ nugacissimum: nō hoc solo: sed multis & pene inumerabilibus aliis huius plautinę cōmetationis locis magis clarum est: q̄ solis radii esse olim: quum sudum est: solent: ut poetæ uerbis ex milite glorioso utamur. ¶ Non pedem discedat. nō discederet per spaciū unius pedis. ¶ Si licessit: si liceat: si licitū sit.

Li. Sermoni iam finem face tuo. huius sermonem accipiā.
Ar. Vale. Ph. quo ꝓpas? Ar. bñ uale. apud horcū te uidebo.
Nam equidem me iam, quantum potest, a uita abiudicabo.
Ph. Cur tu obsecro imerito meo me morti dedere optas?
Ar. Ego te? quam si intellegam deficere uita, iam ipse
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.
Ph. Cur ergo minitaris tibi, te uitam esse amissurum?
Nam quid me facturam putas, si istuc quod dicis, faxis?
Mihi certust efficere in me omnia eadem, quæ tu in te faxis.
Ar. O melle dulci dulcior mihi. Ph. certe tu uita mihi,
Complectere. Ar. facio lubens. Ph. utinam sic efferamur.
Le. O Litane, ut miser est hō, qui amat? Li. imo hercle uero
Qui pendet, multo est miserior. Le. scio, qui periculū feci.
Circunsistamus alter hinc, hinc alter appellemus,
Li. Here salue. sed nū fumus est hæc mulier, quā amplexare,
Ar. Qui dū? Li. quia oculi sūt tibi lachrumātes, ego rogaui.
Ar. Patronus qui uobis fuit futurus, perdidistis.

SARACENVS.

¶ VTinam sic efferamur ad sepulchrū usq;: nam erant in complexu. ¶ Sed num fumus? Quare fumus infestet oculos: & lachrymas excitet quęrit Aristo. in ꝓblematis: quia enim infirmissimi sunt: laxiores q;: & referti meatibus: omneq; qđ acre eis mordacissimum est: ut acetum cepa: & similia id genus. ¶ Patronus qui fuit. Antecedens positum in eo casu: quo relatiuū ut dictum est in amphitryone naucrate;: quem conuenire uolui in naui non erat: & dixit: qui uobis futurus: quia in patris locum successurus erat.

Oculi cur infestentur

VALLA.

¶ APVD horcum te uidebo. horchus i prima syllaba aspiratur ex græcis: in secunda ex consuetudine. Hæc eo gręce dicitur quod ualet sępio: unde herchos sępes: Hercius Iupiter: & horchus de more mutato e in o.

Horchus quid sit

PYLAdes

¶ HVIVS sermonē accipiam: subaudi ut: sensus est: tace iam: ut ego auscultē qd hic loquatur. ¶ Apud horcum mox te uidebo. Ex his patet sententia nostra superior: sed addendum fuit hic mox necessitate metri: & sententiæ congruitate. ¶ Abiudicabo: remouebo: auferam Abiudicare proprie est per sententiam aliqd ab aliquo auferre: & abiudicati rei dicuntur: qui a iudice sunt ad mortem condemnati: quasi a uita ablati per iudicis sententiam. Adiudicare autem est per sententiam: & iudicium aliquid alicui tribuere: uel creditori addicere.

Abiudicaꝛ

¶ Deficere uita: carere: uel priuari: usurpatur enim uerbum deficio in hac quoq; significatione: & tunc cum ablatiuo construitur sine præpositione: Martianus. Tum demum id agere consilium erat: quum uita defecit. Interdum significat desum: & datiuo iungitur. Virgi. Quum iam glandes: atq; arbuta sacræ: deficerent syluæ. Inde defectus pro absentia & carentia capitur: ut multi defectu medicorum perierunt: hoc est: quia eis defuerunt medici. Aliquando significat desciscο: ac recedo a ductu: atq; imperio alterius: & quasi rebello: & ablatiuo iungitur cum præpositione: Quintus curtius. Iam duæ legiones ab eo defecerant: hinc defectio dicitur recessus: uel militum ab imperatore: uel ciuitatis a domino. Aliquando debilitor: & uiribus exhaurior: unde defecti appellantur debilitati: atq; exhausti: & inde defectus solis: uel lunę: hoc est debilitatio: uel luminis exhaustis: & est absolutu;: nullū exigens post se casum: interdū significat relinquo: & accusatiuum exigit casum. Cice. ꝙ ea me solatia deficiunt: quę cæteris nō defuerunt: & alibi pro Sex. roscio. Tempus me citius q̄ oratio deficeret. ¶ Esse amissurum: dicimus: amitto pecuniā. i. perdo. & amitto hunc a me: idest remoueo. Terentius in phor. Nā neq; quo modo a me amittam iuenio: neq; uti retineam scio: & ita accipi potest hoc loco: tibi te uitam esse amissurum: pro adempturum tibi uita;: uel cur minitaris tibi: te uitam esse amissurum: idest perditurum: ut pronomen tibi ad uerbum minitaris referatur non ad participiū amissurum. ¶ Omnia eadem: idest quęcunq; in te facies: ego in me faciam: & scribeñ. est eadem ex codicibus antiquis: non tandem. ¶ O melle dulci dulcior mihi tu es: delenda sunt illa uerba: tu es: metri necessitate: & sermonis elegantia uti plane superflua. ¶ Certe tu uita mihi es: ita & hæc scribenda sunt eadem metri ratione: & delenda dictio enim etiam ex codicibus antiquis: quæ quidem interpretes nostri Pius & Sarrace. non uiderunt. ¶ Vtinam sic efferamur: idest sepeliamur: philęnii uerba sunt: in complexu argyrippi existētis: efferre est sepelire. Lucillius. Depugnabunt pro te ipsi: & morientur: ac se ultro efferent: alias significant pro ferre. Virgilius. Tum satus anchisa cestus pater extulit æquos: interdum leuare erigere. Idem: ostendit dextram insurgens entellus: & alte: extulit ille ictum: aliquando prouehere: extollere. Idem: extulit hæc decios. Cice. Nimium forsan hoc illi mirentur: atq; efferant: plærunq; extra ferre. Plautus. Ne pedem domo efferrem: hinc tractum quidam existimant: ut efferri cadauer dicatur: dum celebratur funus: uel dum sepelitur: quasi extra domum ferri: quod falsum est: nam efferri dicitur: quasi prouehi: & extolli: quia cū pōpa ferri solebat: humeris claroꝝ uiroꝝ feretro suppositis ꝙ nunc: quo q; fieri uidemus: ꝓpter quod mortuos antiqui non solum elatos: sed etiam superbos uocabant. ¶ O litane uiden ut est miser homo: qui amat? ita scribendus est uersus metri necessitate nam aliter non consisteret: quod quidem neq; Pius: neq; Sarracen? interpretes uiderunt. ¶ Sed num fumus: leonidas loquitur. ¶ Quia oculi sunt tibi lachrymantes: eadē persona leonidæ hic præponenda est. Sensus est clarus. flebat enim argyrippus: dum philænium complecteretur: præ nimio amore: & dolore: ꝙ ab ea separandus esset: iccirco seruus rogauit: an mulier: quam complectebatur: fumus esset: qui solet hominibus lachrymas excitare: quæ sit causa: ut fumus oculos infestet: & lachrymas excitet: Aristoteles in problematis dixerit: quia enim inquit infirmissimi sunt: laxiores q;: & referti meatibus: omne quod acre & mordacissimum eis est: ut acetum: cepa: & id genus. ¶ Patronus qui: ordo est: perdidisti eum: qui futurus fuit uobis patronus. ¶ Futurus: quia quum pater mortuus fuisset: ipse argyrippus in illius locum successurus erat dominus seruis.

Efferre

Superbus

Fumus cur oculos ifestet

SARACENVS.

Cinedi q̄ dicantur

Calamistrũ q̄d sit

Nimium lubenter: Huc usq̃ Euclio ex occulto obseruarat loquentẽ megadorum. Si nitidior sis: Pro te exornaueris: & aliq̃to cultior fias. Pro re nitorẽ.s.fieri:uel hẽre addecet: ac si dixisset:quisq̃ ꝑ sua facultate se excolere:& ornare debet. Oriundi sient.Vnde orti sint:& originẽ traxerunt: dicimus oriundos ducentes originẽ. Opinione.Vulgi.s.extimatione:qđ plærũq̃ aliquẽ pecunia abundare autumet: q minus hẽt. Quid tu te solus:nã musitabat tacitus nõ absq̃ metu: q̃ megadorus quidpiã de thesauro ꝑsensisset. E senatu:uirorũ senũ cõgregatio: & cõcilium senatus dicit̃:& est quartæ & secũdæ.nã senatus ti.dicius more ueterũ:ut tumultus ti.Salu.Senati decretũ est: sicut ille censuerat.Terẽ.quoq̃: qđ tumulti dixerit. Geryonaceo.Geryon in Hispania rex dictus est tricorpor: quẽ cũ ab eo armenta Her.sustulisset: ẽt bello superauit:sed hoc fabulosum est.ut Strabo meminit in.iii.q̃ cũ Geryonis mentionẽ fecisset postremo subdit.quibus ex rebus fabulã de Geryonis armentis cõfictam esse coniecturas faciunt: Dictus aũt est trigeminus siue triformis.eo q̃ eiusdẽ aĩ tres fuere fratres dicti Geryones:qui pari cõcordia gubernabãt. Senis.ꝑ sex alludit ad fabulã nõ ad hist.nam cũ tricorpor diceret̃.tria habebat capita sex manus: totidẽq̃ pedes. Quos si argus.nota fabula est apud Oui.in primo.Ius amore captus Iupiter eã cõpressit:q̃ deinde in iuuencã cõuersa est a Ioue.Iunone superueniente.qua Iupiter rogatus Iunonẽ donauit.Cui Iuno Argũ custodẽ apposuit:hũc perhibent centũ oculis excelluisse.quorũ octo:& nonaginta uigilarent.duo tñ dormirẽt:& quietẽ caperent.sic.n.intulit Ouid.centũ luminibus cinctũ caput argus habebat.Inde suis uicibus capiebant bina quietẽ:cætera seruabant:atq̃ in statione manebãt.ponit̃ tñ argus ꝑ hoĩe prudente: & singula quæq̃ prospiciente.

Oriũdi qui dicantur.
Geryon qui
Ius fabula.

Nimium libenter.rediẽs domum Euclio megadori uerba exceperat:nec interpellare uoluerat:quo ad megadorus ipsum uidit.Nũc quæritur euclio de coquis:de obsonio. Pro re nitorem.i.splẽdorem loco facultatum. Et gloriam pro copia.Et pro rerũ abundantia: qui existimant ullam ad se gloriam peruenturam. Vnde oriundi sient.i.meminerint in mundũ se nihil attulisse: neq̃ hinc abituros secũ laturos quicq̃. Opinione melius res structa est domi.Hoc dicit:& ego:& quiuis mihi similis pauper: nõ minus sumus pauperes:& egeni:q̃ de nobis hominum habita est opinio. Tam hic scit.artificiose Plau.docuit:ut naturaliter fieri solet:subticuisse nomẽ thesauri per indignationem. E senatu seuocas.i.senibus nobis. Intromisisti in ædibus.ergo & intromitto in ædes:& intromitto in adibus.Licet.n.ad locum sit.figurate tñ recte dicitur ad locũ cũ ablatiuo:ut cum dicimus huc ædes.nõ enim grãmatica uerbis:sed sensibus alligatur. Quingentos coquos.hyperbolice dictũ: nam satis nouerat fuisse pauculos:duos:trisue. Cum senis manibus.quia statim subiicit genere geryoneo.siquidẽ geryones in occidente rex ob triplex regnũ corpore:triplicato fertur cõstitisse.Dicitur aũt geryones geryonæ.& geryoneus geryonei:& geryon geryonis:cuius meminit Hesiodus in theogonia filius caliroes oceanitidis compressa a chrysaore imperauit erythię:hũc occidit hercules: eiusq̃ abstulit boues hesiodo his uerbis ostendente. κουρη τωκε ανοιο χρυσαορι καρτε ροθυμω.μιχθεις ευφιλοτητι πολυχρυσω αφροδιτη.τα λλ ροη τεκε παιδα βροτων και αλις τον απαντων.γηρυονιν τον κτεινε βιη ηρακληειη.βοων ενεκει λιποδων αμφιρρυτοειν ερυθειη. Quos si arcus seruet.Multiplicis est significationis hoc nomen:iõ paucis nõ põt uerbis explicari.qñq̃ id nomẽ loci est:ac ut ait Ser.in singulari neutri est generis:in plurali masculini.ut argos amphilochiũ:quod alcmæon: eiusq̃ liberi cõdidere:ut author Strabo.Aliud argos oresticũ dictũ:quod orestes de suo uocauit noĩe:cũ cæsa matre exul ꝑ fugeret.peloponessus quoq̃ antea dicta:postea achaicũ nominari cœptũ est.Ab iaso argos iasium.a pelasgis argos pelasgicũ.Aliquãdo argos canis nomẽ apud Home.qui Vlyssis fuit.αν δε κυων κεφαλην τε και ουατα κειμενος εσχεν αργος οδυσσηος.Argos regio nomẽ habuit ab argia mr̃e pelasgi:qui ei imperauit.pelasgi aũt fratres fuerũt phthius: a quo phthia:& acheus: a quo achaia:horũ pr̃ ammon a quo ammonia.ammonis pater thessalus: a quo thessalia.At argus ciuitas:q̃ iasium argos dcã ab agenoris equo argus noĩabat̃:ut hellanicus scribit in historia.nã cũ

VALLA.
Intromitto significata.
Argos qđ & ubi locorum.

iasus:& pelasgus triopæ filii:mortuo pr̄e:pelasgus obtinuisset impiũ ad erasinũ usq; fluuiũ larissę ipauit.iaso ad ilĩ mortuo:agenor eius filius multo eqtatu regionem obtinuit:a cuius equo argus appellatum. Argos ẽt dr̄ segnis:un̄ & cynos argos intẽperãs qdã appellatus:a quo hori testimonio in Platonẽ dictus locus: in quo ociosi.& itẽpãtes hoies solebant cõuenire:un̄ & ꝓuerbiũ.i.ad cynos argos:qđ Home.i.i.iliados oñdit:cũ pestẽ ait primũ ad cynos argos ꝑuenisse:hoc est intẽperãtes: & in se uile gñs:ut est Aristoteles interp̄tatus:nõ ut uulgo solẽt interp̄tari homerũ enarrãtes mulos & canes albos. Inde ut Cic.in li.de fato inqt:argos logos.i.ignaua rõ: iqt.n.nec nos ipediet illa ignaua rõ: q̄ dr̄.appellat̃.n.a ph̄is argos logos:eã rõnẽ ita appellarunt:cũ necessitatẽ subesse ostendere uoluerũt. Argos ẽt dr̄ albus:& argos celer:un̄ & argyphontes Mercurius:ut placuit qbusdã:q; candida:& apta oia faciat oro:ut aliis q; sit celer.deoꝝ.n.nũcius a poetis cõfingit̃ potius q̄ ut argi dicat̃ interfector. argus quoq; phryxi filius fuit:ex quo & chalciope Oetæ filia quattuor filii. Argus:ctissarus:melã:& phrontis. Argus ẽt queadmodũ phærecides tradit.& lapollonius rhodius astipulatur:nauẽ argo extruxit:qua ad aureũ uellus rapiendũ argonautę uecti sunt: quæ in signum cœli a poetis fingit̃ immutata:quæ in rhodo uix excelsis montibus aliqua in parte spectat̃. In alexandria aũt tota supra horizontẽ:quem lingua latina finientẽ appellamus:ut tam Ptolemæus q̄ ꝓ clus ꝓdiderũt. Argus uero:cuius hic Pla.meminit:Iunonis minister adhibitus custos:ut hic Plau.inquit ioni:quã iupiter inachi filiã a se uitiatã in uaccã cõuerterat:quo iunonis mente auerteret:ac suspitionẽ ammoueret pellicatus:eã uero argo custodiendam dedit. At Mer.suauissime canendo argũ in soporẽ pellexit:deinde harpe suo inq̃ gladio obtruncauit:iuno eius oculos pauoninæ caudæ apposuit:& io uexauit asilo: q̄ stimulata in ægyptũ usq; ꝓfugit:ubi ꝓ dea culta est:isisq; appellata.

> Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit,
> Is nunq̃ seruet. præterea tibicinam,
> Quæ mihi interbibere sola, si uino scateat,
> Corinthiensem fontem pyrenem potest.
> Tum obsonium autem. Me. pol uel leoni sat est,
> Etiam agnum misi. Eu. quo quidem agno sat scio
> Magis curiosam nusq̃ ullam esse bestiam.
> Me. Volo ex te ego scire, qui sit agnus curio.
> Eu. Qui ossa, atq; pellis totus est. ita cura macet.
> Quin exta inspicere in sole etiam uiuo licet.

SARACENVS. ¶ CVStodẽ addidit.i. infestũ & inimicũ apposuit. Virg. Nec Teucris addita Iuno:usq̃ aberit:addita ꝓ inimica. Interp̄tat̃ Seruius. Ioni. Secundũ declinationem ueterẽ dixit:ut Io Ionis: calipso calipsonis: tñ ca pri:Diomedis:& Quintil. snia.hæc noia rectius græca inflexiõe ꝓnũciari debẽt.ut Io Ius. Dido didus calipso calipsus:sicuti:Io:iusq; sorores dixit Cui. & nomine dido.i.Didonẽ. Vir. Vtẽdũ est more latino quo usq; decor patiat̃. cũ aũt absit more græco potius.ut ipse refert Quint. ¶ Corinthiẽsem fontẽ & pyreneũ. Fontẽ dicit acrocorinthi.de quo Pli.sic scribit:Corinthus antea ephyra dcã:sexagenis ab utroq; littore stadiis e sũma sua arce:q̄ uocat̃ acrocorinthus:in q̄ fons est pyrene: diuersa duo maria ꝓspectãs:itidẽ Strabo

Fons acrocorinthi q̄ dicatur. Acrocorinthus mons est pelopõesi excelsus iter duo maria situs ægeũ.u; & Ioniũ:sub cuius radice in plano instar mẽsæ loco:iacet oppidũ corinthus: uertex ipse acrocorinthi Veneris sacrã hẽt ędiculã:isra uerticẽ pyrenẽ: fontẽ aq̃s haud effluẽtes hñtẽ:cæteꝝ ꝑspicuas ad imũ:potuiq; suauissimas. ¶ Tũ obsoniũ aũt:cũ q̄dã uilipẽsiõe legẽdũ qđ nõ sufficeret: qđ misisset. ¶ Curiosam bestiã:macrã.s.& q̄si curis ↄfectã:declarat nihilomin⁹ qđ sit agnus curio:dr̄ cura:q; cor urat ide curiosus Var.q̄ cura ꝑter modũ urit.

Cura unde dicatur.

VALLA. ¶ QVẽ quõdã ioni:antiq declinauit ioni dicẽs:quã Pris.ẽt seqt̃ decliationẽ:sed recẽtiorib⁹ cõtradicẽtib⁹ oib⁹:si mõ grãmaticis:Diomede:phoca:sed ẽt Quint.q ait se declinationẽ sequutuꝝ latinã:quo ad decor patiat̃. neq;.n.sedictu rũ calipsonẽ:ut iunonẽ. At ẽt poetę iuniores hãc sequũt̃ formã. Vir. Cui. Stati⁹:Sil.italicus. ¶ Custodẽ addidit:Vir. i.v.ęn.Nec teucris addita iuno. Ser. addita inimica expõit: aitq; & Lucil.& ãtiquos in hac sigñatiõe posuisse. ¶ Si uino scateat.i.abũdet. Ho.scatẽtẽ bæluis põtũ:un̄ scaturigines dñr fontiũ. ¶ Corinthiẽsem fon.py.põt. Et hæc corinthus ẽ:q̄ a mumio duce Rõano deleta ẽ:un̄ & ꝑciosa olim uasa illa:q̄ æra corinthia dicebant̃:q̄ nũc cũ laudare uolumus dicius:damascena. Quint.de ꝓprietate locutus iqt. Itẽ qđ cõe ẽ:& aliis nomẽ itellectu alicui rei peculiariter attribuit̃:ut urbẽ Romã accipius:& uęnales nouitios:& corinthia æra:cũ sint urbes aliæ quoq;:& uęnalia multa.& tũ auꝝ & argẽtũ:q̄ æs corinthiũ:hæc iq̃ citas ẽt ephyre noiata. At ut i hist.scribit Apollod.ñ sola: nã & i thessalia una fuit. Altera i epyro.tertia i elide.iiii.q̄ postea crãnonia.ẽ & alia corith⁹:de q̃ i ep̄is Hor.ꝓuerbiã r. Nõ cui uis hoicõ tingit adire corithũ:& Stra.li.xii.geographię iterp̄tat̃ inqẽs sup phanoreã cõana põti extãt.itaq; hæc cõana multis floret uiris:nobile isup ẽporiũ ex armenia ꝓuẽtib⁹.ide paulopost:citas ipsa q̄dã corith⁹ ẽ:&.n.pp magnoꝝ scortoꝝ gregẽ ueneri dicatoꝝ sacerdotũ magna ẽ aduenaꝝ multitudo:& festos eo i loco ludos agẽtes:negociatores:& rei militaris studiosi fundit⁹ absũpti adeo:ut de illis ei⁹ gñis exortũ sit ꝓuerbiũ. Nõ cuiuis hoium ↄducit adire corithũ. In q̄ re A.Gel.ur̄ allucinat⁹ cũ iqt lais corithia: ob elegãtiã uenustatẽq; formæ grãdẽ pecuniã demerebat:cõuẽtusq; ad eã ditioꝝ hoium ex oi græcia celebres erãt:neq; admittebat̃ nisi q dabat:qđ poposcerat.poscebat aũt illa nimiã qtitatẽ.hic ait natũ ee illud freques apđ gręcos adagiũ ου παντος ανδρος ες κορινθον εσθ ο πλους.melius.n.ẽ id qđ Strabo scribit.fuit ẽt corinthus Iouis filius:un̄ & citas habuit nomẽ:uel qđ urbẽ extruxerit: uel qđ prius ei ipauit:a quo ꝓuerbiũ:ubi uerba cõtẽnerent̃:uel iouis corithus:cuius mẽinit Aristoph.i comœdia:q̄ batrachõ iscribit̃:q; legati corithioꝝ a megarẽsibus illuderẽt:iterãtes pheri pheri iouis corithũ:qđ illi dixissent nõ patit̃:hoc iouis fili⁹ corinthus. ¶ Pireneũ.ꝓbus sup illo uersiculo ꝑsião:Palidãq; pirenẽ. pirene iqt fons ẽ i helicõe musis ↄsecratus. Strabo ãt uelut ẽt plęriq; alii fõtẽ pirenẽ sub acrocoritho mõte noiarũt. At pelus i hesiodũ:ꝓmethe⁹ iqt ignẽ tradẽdo mortalib⁹ i etholiã ↄcessit:a cui⁹ iuẽtiõe citas pirenia:& pirene fõs noiat⁹. Idẽ ps pria terrę:ut ab occasu hispãia ẽ:ita pirene regio allota mari:cui⁹ ps australis ad colũnas usq; herculanas:reliq̃ athlãtico ad septẽtriõale lat⁹:c⁹ regiõis lõgitudo:ut Stra.iqt:maxia circiter sex miliũ stadioꝝ.latitudo qnq; miliũ ibi uascões.iter pireneũ mõtẽ: & idubedã iber fluuius labit̃ ab ambobus æq; distãctis motibus:& amnib⁹ exũdãs i ip̄m fluẽtibus:ibi pirenę ueneris tẽplũ:itaq; ac pireneũ legi posse ur̄:hęc habuimus:q̄ de pirene i p̄ntia diceremꝰ. ¶ Tũ obsoniũ aũt.subaudi põt absumere tã largũ q̄ si sp scateat. desunt.n.plęrũq; uerba non sine grã orõnis:q̄ tũ uenuste omittunt̃:cũ suppleri facile posse intelligunt̃.

Addit⁹ qđ significet.

Corinthi quot & ubi locorum.

Pirene ubi locorum.

PYLADES ¶ Curio curiosus. No.citans hũc locum. Macet ꝓ macilento. Pellucet.ꝓ plucet dixit Plautus teste Prisciano lib.ii.

¶ Pellucet:

SARACENVS.

¶ PELLVcet: ualde lucet: nā ueteres r in l: ut ait Priscianus mutabant. ¶ Laterna: dicta q̄ in ea ignis latitet. ¶ Hoc quod habeo: Thesaurum. s. quem secum deferebat. ¶ Coloniā: locū & sensus est hic qdem omnino studet a me auʒ surripere: & propterea locum mutare: Coloniam dicimus a colendo: & differt a municipio. nam ex ciuitate est Colonia pręparata municipia: quæ aliunde ueniebant in ciuitate. ¶ Fides nouisti: Ad fidem apostrophat in cuius templo erat aulam locaturus. ¶ Ne immutassis nomen: idest: ne mihi infidelis fias: & pro fide fraus dicaris.

h Hoc ē fui facinus strophylus nō strophylus: alter. n. lyconidis erat: alter megadori seru⁹ is inq̄ strophylus missus ab hero lycōide fuerat exploraturus qd fieret de euclionis filia quā p̄senserat nuptū dari auūculo megadoro: iducit ergo Pla. catū. & solertē hoiem s̄uū: c⁹ q̄le esse debeat istitutū oñdit. ¶ In heʒ matu. hoc ē: q ad heʒ ptineat oia studio & diligētia pagat suismet oino p⁹hitis negociis. ¶ Quasi pue. ita adiuuādi sūt amātes: ne i amorib⁹ p̄rsus pcūbāt: ut pueri: q primū nare icipiūt: qb⁹ ul' tabula: ul' qppiā aliud subiducit̄: ut i sūmo enatēt: ne uemergāt i undis. ¶ Scirpea ra. q̄ fit e scirpo: q leuis ē iūci sp̄es: nascit̄ i locis palustrib⁹: leue & pcessē: ex quo tegetes fiūt. Terē. nodū i scirpo q̄ris. ¶ Qui: p q̄: ul' q put. ¶ Vt qd nō uelit: Hoc ē: ut ul' tacēte hero: s̄u⁹ tñ sciat. uideat: pcipiat: qd ip̄e uelit. ¶ Citis q̄drigis: Celeri cursu: solerti opa adhibita: q̄drige nō mō i spacio celeri equoʒ ferebāt̄ sed circa metā arte q̄dā: celeritateq̄ deflectebant̄. Cui⁹ rei meminit Ho. Meaq̄ƺ fui dis: euitata rotis: Papini⁹ quoq̄ƺ: flectere si posset circū cōpēdia metæ. Itidē Pers. aut metæ q̄ moll' flexus: cursus āt hmōi circa metas: quo pacto fieret oñdit Sophocles. ¶ Abstinebit bu. Idest scutica: q̄ ex corio fieret bubulo. ¶ In splē. cōpe. Qd fit ex assiduo pedū attritu: nam cum magis atteruntur: splendescunt magis.

Scirpum quid sit

Ita is pellucet, quasi laterna punica.
Me. Cedundum illū ego cōduxi. Eu. tum tu idē optumust,
Loca efferundum. nam iam credo mortuus est.
Me. Potare ego tecum hodie Euclio uolo.
Eu. Non potem ego quidem hercle. Me. At ego iussero
Cadum unum uini ueteris a me afferrier.
Eu. Nolo hercle, nam mihi bibere decretum aquam est.
Me. ego te hodie reddam madidum, si uiuo, prope.
Tibi an decretū est bibere aquā? Eu. scio quam rem agat,
Vt me deponat uino, eam affectat uiam.
Post hoc quod habeo, ut commutet coloniam,
Ego id cauebo. nam alicubi abstrudam foris.
Ego faxo, & operam, & uinum perdiderit simul.
Me. Ego nisi quid uis, eo lauatum, ut sacruficem.
Eu. Aedepol næ tu aula multos inimicos habes.
Atq̄ƺ istuc aurum, quod tibi concreditum est.
Nunc hoc mihi factum optumust, ut te auferam
Aula in fidei phanum, ibi abstrudam probe.
Fides nouisti me, & ego te, caue sis tibi
Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo.
Ibo ad te fretus tua fides fiducia.

Strophilus. Lyconidis Seruos.

HOc est serui facinus frugi facere, qđ ego p̄sequor,
Ne moræ, molestiæq̄ƺ imperiū herile habebat sibi.
Nā qui hero ex sententia seruire seruos postulat,
In herum matura, in se sera condecet capessere.
Sin dormitet, ita dormitet, seruom sese ut cogitet.
Nam qui amanti hero seruitutem seruit, quasi ego seruio,
Si herum uidet superare amorem, hoc serui officium reor,
Retinere ad salutem non eum quo incūbat, eo impellere.
Quasi pueri qui nare discunt, scirpea inducitur ratis,
Qui laborent minus, facilius ut nent, & moueant manus.
Eodem modo seruom ratem esse amanti hero
Aequom censeo, ut toleret, ne pessum abeat, tāq̄ƺ imperium
Herile discat, ut quod non os uelit, oculi sciant.
Quod iubeat, citis quadrigis citius p̄peret persequi.
Qui ea curabit, abstinebit censione bubula.
Nec sua opera reddet unq̄ in splendorem compedes.
Nunc herus meus amat filiam huius Euclionis pauperis.
Eam hero nunc renūciatust nuptum huic Megadoro dari.
Is speculatum huc misit me, ut quæ fierent, fieret particeps.
Nunc sine omni suspitione in ara hic assidam sacra.
Hinc ego huc, & illuc potero quid agant, arbitrarier.

VALLA.

¶ ITA is pellucet. p plucet r mutato i. l. ut Pri. ¶ Quasi la pu. ut mali granati: qđ pūicū dr̄ i follicul' suis. latitāt: quos qdem nauci dixere. ¶ Cędūdū: sacrificandū: ut No. iterp̄tat̄. ¶ Cadū unū uini. urnæ tres cadū: uel artabā faciūt: q̄ sunt modii. x. & semis. ¶ Cōmutet. coloniā colonus a grę. edit⁹ locus apud athe. dicebat̄: ubi neptu n⁹ colebat̄. Dr̄ colon⁹ qcūq̄ƺ hitator usq̄ƺ: uñ tyrii uenere coloni. Vir. Colonia ppl'i examē dr̄: & colon⁹ agricola: & colōia quē colit agrū. Pau. li. xix. colon⁹: si ei frui n̄ liceat: totius qnquēnii noie stati recte aget: & si reliqs annis dn̄s fūdi frui patiat̄. nec . n. sp liberabit̄ dn̄s eo q̄ scđo: ul' tertio anno patiet̄ fūdo frui. nā & q expulsus a con ductiōe i aliā se coloniā cōtulit: nō suffectu rus duab⁹. neq̄ƺ ip̄e p̄siōnū noie obligat⁹ erit. ¶ Qđ tibi cōcreditū ē. subaudi inimicos h3. ¶ Factu ē optimū. i. optimū: ut faciā: ut Vir. Nec uisu facilis: nec dictu affabil' ulli. ¶ In fidei phanū. fides: ut ait Cic. dicta eo: quod fiat quod dictum est.

Coloni q̄ & colonia

HOc est serui. In hac scena strophylus lyconidis adolescentis seruus inducit̄, ab hero missus suo: ut obseruaret: quid de Euclionis filia fieret. sed aliter contigit: atq̄ƺ sperarat: ut perspiceret Eucl. aulam abstrudētem: cui insidiatur. ¶ Ne moræ molestiæq̄ƺ: ne moretur: molesteq̄ƺ ferat: efficere: quę herus impauit. Dicimus.

Ex snia qd significet

ergo:habeo mihi uerba tua molestiæ. Ex sententia: idest ut decet sententiam inquit Quintilianus ueteres: quod animo sensissent: uocauerunt id: cum est apud oratores frequentissimum: tum etiam in usu quottidiano quasdam reliquias habet. nam & iuraturi ex animi nostri sententia: & gratulantes dicimus: non raro tamen: & sic locuti sunt: ut sensa sua dicerent. nam sensus esse corporis uidebantur: sed consuetudo iam tenuit. ut mente concepta sensus uocaremus. Lumina autem: precipueq; in clausulis posita sententias. In herum matura: idest subitaria: ut tamen nihil sit præceps: translatione sumpta a maturis fructibus: qui neq; præmaturi: acerbiq; austeritatem habet nec marcentes putredine. hoc græci dicunt σπεῦδε βραδέως. sensus ergo est: quæ præcepit herus decere seruum: neq; preproperе: ne peruerse: neq; segniter: ne contemnenter agere uideatur: capescere: Quę uero ad se attineant: capescenda sero: ut cibum: somnumq; capere. Si herum uidet superare amorem. His duobus accusatiuis in uerbis est amphibologia. non tamen in sensu. facile enim est nosse dici: si ab amore uiderit herum superari. Qui nare discunt. Nare a naue ductum cornificius ait: quod a[illegible]feratur natans: ut nauis Ennius libro septimo. Alternare cupit: alter pugnare paratus. Plautus in aulularia. Quasi pueri: &c. Natare igitur est sępius nare: ut dictare: & factitare.

In scirpo nodū quær̄

Scirpea inducitur ratis. scirpum inquit festus est id: quod in palustribus locis nascitur leue: & procerum: unde tegetes fiunt: inde prouerbium est in eas natum res: quę nullius impedimenti sunt: in scirpo nodum quęrere. Ennius. quærere in scirpo soliti: quod dicere nodum: & Plau. in aulularia: quasi pueri &c. Neuius in phœnissis: sume arma: te ante occidam claua scirpea. Ne pessum eat: idest ad imum ueniat: ac succumbat. Quod nō os uelit oculi sciat: idest qd uerbis non exprimitur: nutu oculi intelligant. Citis quadrigis: idest celeri cursu: quo olim incitati ad premium capiendum utebantur. Virgili. in georgicis: Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ: Addunt se in spatia: & frustra retinacula tēdēs. Fert̄ eqs auriga: neq; audit currus habenas. Bubula. i. corio bubulo: hoc ē: ne uapulet: uel legēdū nebula. i. abstinebit: ac cauebit a noīe nebulonis. qd a nebula dictū: nebulo inq̄t ælius stilo dict9: q nō plu/ris est q̄ nebula: aut qui nō facile pspici possit: q̄lis sit nequā: & nugator. Quid agāt arbi. i. tāq̄ arbiter cognoscere.

PYLADes

CEAdere: imolare. Plautinum hunc citans uersum. Conducere emere. Plau. in aulula. Cædendum ego illum conduxi. Deponere est alienare auctore. No. Mar. qui citat hoc carmen. Capessere pro pferre exponit No. Mar.

SARACENVS.

TV modo caue: Euclio cū deposuisset aulā in fidei tēplo: deā ipsam obtestatur: ut sibi creditum depositū seruet. Congialē fideliam: est fidelia samiū uas ad usus plurimos ut docet Nonius: congialē dixit: q congium caperet: quod quidē mēsura est. Faciā: sacrificabo. Virgi. Cum faciā uitula pro frugibus ipse uenito: & Iu. pro populo faciens: quantum lausella bibebat.

Fidelia qd sit

VALLA.

TV modo caue quoq; indicassis. In hac scæna euclio inducitur fidē alloqutus: in cuius templo suos thesauros collocauerat: & seruus strophylus obseruās: ubi collocet: ut surripiat. Ita ppe in latebris scitū est. ita pite: & astute in latibulis occultatum. a latēdo enim latebrę & latibula. Pulchrā prędā posuit. nam quod ui pręhenditur pręda nominatur: quod furtiз subripitur: quia furuo tēpore: uel obscuro furtum dictum. Prohibessis. prohibeas priscum uerbum prohibesso. Vt rem diuinam faciam. & facio sacrifico: ut mox ostenditur: & facio rem diuinā: ut obire: & obire mortem: & nauare: & nauar̄ operā. Quin ubi accersat me. subaudi megadorus. Ne affineз morer tria significat moror: & pstolor. & distineo quēpiam. & moror recuso: quo freq̄ntissime Pla. utit̄: ut pmia tua nō moror. i. recuso. Tuæ fidei. i. tuæ existimationi. Perscrutabor phanū. i. loca templi exq̄rā. Mulsi cōgia. cōgiū ueteres sextario: & dimidio cōstare uoluerūt: ita Iul. bassus: ut uero Dioscorides libras. x. cōtinet. Fac. i. sacrificabo: q rhezo dn̄t græci nr̄i facio: nā pter notū signātū sacrifico Vir. Cū faciā uitula pfugibus ipe uenito. Iu. p pplo faciēs: q̄tū laupheLla bibebat.

Latebrę un̄ dictæ

Morari significata

PYLADes

FIDElia samium uas ad usus plurimos.



Strophilus. Euclio.

TV mō caue quoiq̄ īdicassis auṝ meū eē istic Fides.
Nō metuo ne qsq̄ inueniat, ita pbe ī latebris situst.
Aedpol næ illic pl̄chrā pdā agat, si qs illā īuenerit.
Aulam onustam auri. ueṝ id te quæso ut prohibessis Fides.
Nunc lauabo, ut rem diuinam faciam, ne affinem morer.
Quin ubi accersat me, meam extemplo filiā ducat domum.
Vide fides etiā atq; etiam nunc, saluā ut aulā abs te auferā.
Tuæ fidei credidi aurum. in tuo luco, & phano est situm.
St. Di īmortales, qd̄ ego hunc hoīem facinus audio loqui.
Se aulam onustam auri abstrusisse hic ītus in Phano? Fides.
Caue tu illi fidelis quæso potius fueris, q̄ mihi.
Atq; hic pater est, ut ego opinor, huius herus quam amat.
Ibo hinc intro, perscrutabor phanum, si inueniam uspiam
Aurum, dum hic est occupatus. sed si reppererо o Fides,
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Id adeo tibi faciam, uerum ego mihi bibā, ubi id fecero.

Non

Euclio.

Non temere est,q̄ coruos cātat mihi nūc ab leua mău
Simul radebat pedibus terrā,& uoce crocibat sua
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,
Atq; in pectus emicare.sed ego cesso currere?

Euclio Strophilus.

Foras lumbrice,qui sub terra erepsisti modo.
Qui modo nusq̄ cōparebas.nūc quō cōpares,peris
Ego pol te pstigiator miseris iam accipiā modis.
St.Quæ te mala crux agitat?qd tibi mecū ē cōmerci senex?
Quid me afflictas?qd me raptas?qua me caussa uerberas?
Eu.Verberabilissume etiā rogitas,nō fur,sed trifur? (tas?
St.q tibi surripui? E.redd huc sis.St.qd uis reddā?Eu.rogi
St.Nihil eqdē tibi abstuli.Eu.at qd tibi abstuleras,cedo.
St.Ecqd agis?Eu.qd agā?auferre nō potes.St.qd uis tibi?
Eu.Pone hoc sis.aufer cauillam.non ego nunc nugas ago.
St.Quid ego ponā?quin tu eloquer quicqd ē,suo nomine.
Nō hercle eqdē qcq̄ sūpsi,nec tetigi.Eu.ońde huc manus.
St.Hē tibi ostēdi,eccas.Eu.uideo,age ostēde etiam tertiā.
St.Laruæ hūc,atq; intemperiæ,insaniæq; agitant senem.
Facis ne iniuriā mihi,an non?Eu.qa non perdo,maxumam.
Atq; id quoq; iam fiet,nisi fatere.St.quid fatear tibi?
Eu.qd abstulisti hinc?St.Di me pdāt,si ego quicq̄ abstuli.
Ni ue adeo abstulisse uellem.Eu.agedum excutedum paliū
St.Tuo Arbitratu.Eu.ne iter tūicas hēas.St.tēta q̄ lubet.
Eu.Vah,scelestus,q̄ benigne,ut ne abstulisse intellegā.
Noui sycophantias.age rursum ostende huc.
Dextrā.St.hē.Eu.nūc leuā ońde.St.qn eqdē ambas pfero.
E.iā scrutari mitto,redd huc.St.qd rddā?Eu.ah nugas agis
Certe hēs.St.hēo ego.qd hēo?Eu.nō dico,audiri expetis.
Id meum quicquid habes,redde.St.insanis,perscrutatus es
Tuo Arbitratu,neq; tui me quicq̄ inuenisti penes.
Eu.Mane.mane quis ille intus alter erat tecum simul?
Perii hercle,ille nūc itus turbat.hunc si amitto,hic abierit.
Postremo iā hūc perscrutabi,hic nihil habet.abi quo lubet.
Iupiter te,Diiq; omnes perdāt.St.haud male agit gratias.
Eu.Ibo intro,atq; illi tuo socieno iam interstringam gulā.
Fugin hic ab oculis,abin an nō?St.abeo.Eu.caue te uideā.

SARACENVS.

Non temere est:Non sine causa. Qd coruos:Repete quę de coruo:ac cornice dicta sunt in asinaria: auis est auspicacissima:cum uisa sit a dextra crocitare sed modo a sinistra futurū portendebat malū. Radebat:scalpebat. Artem facere ludicram:Hoc est in pectore subsalutare:& se commouere præ metu:ludicra lusoria uilia:& ludo digna dicuntur. Sed ego cesso currere:Deinde se proripit in templum.

Oras lūbrice:Dum in phanū senex redit:ut suū reuisat aurū:forte incidit in strophylum quē appellat lūbricū:uermē uersantē in rimis terrę:& dicitur lūbricus quasi lubricus:cū mergit in terrę superficiē. Erepsisti:proprie repere dicunt animalia pedibus carentia.ut uermes:serpentes: quæ ob hoc reptilia dicūtur. Præstigiator: quod aciem pstringat oculoru. Quod tibi abstuleras:noluit mihi dicere:sed tibi ne ille arbitraret quicq̄ illic reperiri quo suum esset:uel si placet dicas ibi. Cauillam:cauillationem:& cōtentionem: cauillam dixit Festus cauillationem:& irrisionem. Laruæ:mali dęmones: de quibus & de laribus:& manibus facta mentio est. Quia non perdo:subaudi te. Scrutari:scrutor & scruto dicit: na paulo infra perscrutaui dixit & ita legit Noni?. Nō dico:Non enim audebat quicq̄ de thesauro proferre. Ille nunc itus turbat: Vt aptissime ostendit fatuitatem senis: qui du interrogat.an alius cum eo sit:mox suspitione raptus:hunc relinquit:ut illum quęritet. Socieno:nomen inouauit a socio.

VALLA.

Non temere.hac paruula scena ex augurio formidat:qd coru? ab leua cātet. Simul radebat pedibus terrā.i.scalphebat terrā. Crocitabat:qd suū:coruorū est. Artē facere ludicrā.i.subsultar q̄ si ludere uideret. In pect.emica.i.erigi attolli:uñ micare est p lusu digitos alios eleuare:alios deprimere manu porrecta: ut numer? a digitis cognoscat erectis. micare etiam quatere est: Virgi.de forma equna:micat auribus:& tremit artus.

Foras lumbrice.In hac scęna euclio strophylū præueniens aurum indicantem ipsum miseris agit modis e templo eiiciēs.Lūbrici uermiculi appellāt: quos terræ intranea tam græci q̄ nostri uocāt. Nusq̄ cōparebas.subaudi:cum ego aurum occultarem. Cum compararēs peris:idest cum te uiderim:te occultas tanq̄ peas. Præstigiator:idest diuinator: unde prestigiæ falsæ ostentationes:ut qsquiliæ:& strophæ dicuntur:quasi nugalia q̄dam. Quid me afflictas.q̄ sollicitus senex esset:ostenditur q̄ ob aulæ suspitionem intemperans. Redde huc sis: idest redde mihi huc proferendo ad locum si quidem hunc. Quod tibi abstuleras.i. ut tibi haberes. nam illud tibi præpositū ambiguū fuit:an diceret quod tuū esset: an tibi causa tua.ideo euclio subiungit tibi interpraetatus causa tua. Quid agam.Vultuose:ac stomachose legendū. Pone hoc sis.aphęresis pathos: pro depone si uis. Aufer cauillam:idest irrisoriam contentionem.dicitur & cauilatio:& hoc cauile:ut ipse in truculento istæc ridicularia:cauillationes uix opinor dicere ita:ut pauxillū differāt a cauilibus.Dicteria.n.sunt quę scommata græci uocant. Laruæ hunc atq; intēperiæ.i.imundi spūs.hoc iō dictū:quod euclio protulerat:ostēde etiā tertiam quasi tertiam manum haberet est autem laruæ:atq; intēperiæ:insaniæq; amplificatio per cōgeriē. Excutedū palliū.dum syllabica adiectio est:palliū uestimentū dicit:& quicqd onerosum est corpori.Iuue.onerosaq; pallia iactat. Ne iter tunicas habeas. Tunicā dicit:quā subuculā appellamus:nā & hęc ex lino tunica dicit:diuus Hierony.

Ludicra q̄ dicantur
Repe qd sit
Caulla qd sit
Scrutor & scruto
Micare qd sit
Lūbrici qd dicantur
Tunica qd sit

mus deuestibus sacerdotalibus ad fabiolã. Secũda ex lino tunica est põderis.i.talaris duplici syndone:quã & ipsam Iosephus byssinã uocat:appellaturq; cathonat.i.chiton:qđ hebræo sermõe in lineã uertit. hęc adhæret corpi & ita arcta ẽ:& strictis manicis:ut nulla oĩno i ueste sit ruga: & usq; ad crura descẽdat.uolo ꝑ legẽtis facilitate abuti ßmo ne uulgato:solẽt.n.luctãtes hr̃e lineas:q̃s camisias uocãt:sic aptas mẽbris:& strictas corpi ut expediti sint:uł ad cursũ:uł ad ꝑlia dirigeř:iacla teneř:clypeos:ensem librař:& quocũq; necẽtas traxerit. Illi so. ꝓtẽptũ sociẽnũ uocat.

PYLADes

CROcitum propriam coruorum uocem ueteres esse uolucrium. Plau. in Aul. Perscrutaui actiua uoce. Socieno interstringam:& Socieno pro socio positum est teste Noni. Marcel.

VALLA.

MOrtuũ ego:strophylus secũ meditař:quo pacto falleř se nẽ possit. Dẽ hodie isidias .i.fallã. Tantisper: idest interea dum aurum aufert.

SARACENVS.

FIdei cẽsebã:nec fidei: nec ipsi quoq; satis fidit auar⁹ senex: ꝑpea aulæ suæ meliorẽ q̃ri- tat locũ. Os suble. irrisit ꝑ ridiculo hũit:est ꝓprie subli- re os luto ĩficere: tractũ a gn̄e ludi:quo dormiẽtib⁹ ora pingũť. Penussume: maxĩe uehemẽtissime. Aliqđ bõi di. notãda senis auaritia:q cũ coruo aliqđ se datuꝶ bõi polliceř:nõ dẽ:sed dicã di xit. Nã quo de. tã diu q̃ ꝑdiũ:pro ꝑdi tũ:sensus ẽ:ita coruũ sibi auꝶ reddidisse:ut erat ꝑditũ:nã ex ipsi⁹ corui crocitatu cõmonefactus:thesauꝶ pene amissum recupauit. Aulus lucus:a sacrificioꝶ luce lucũ dictũ uolũt ꝑ antiphrasim: diuus Hierony. Quintilianusq;. Syluani: syluaꝶ dei:syluanos: faunos:satyros: tanq̃ semideos & terrestria numina coluit antiqtas:Oui. sunt mihi semidei:sunt rustica numina nymphæ:& fauni satyriq;:& mõticolę syluani:quos q̃m cœli nõdũ dignamur honore:q̃s dedimus certe terras hitare sinamus. Crebro salicto:crebris: densisque salicibus:

Sublire & quid

Syluaꝶ dii qui

VALLA.

FIdei censebam. euclio aduersus fidem conqueriť:& strophylus clanculũ obseruat quid rerum agať. Subleuit os mihi.i. imposuit:fefellit:decepit:illusit. Penussume: idest paꝶ admodũ defuit ab eo:qđ est pene ita sit penissime:sicut a sępe sæpissime. Ni subuenisset. succurrisset opẽ tulisset. Nimis hercle. nimis pro multum. Aliquid boni dicã. emphaticos dicã ad auari tenacitatem exprimẽdam:nõ enim dabo dixit. Quod ddit tãdiu. ab eo: quod est dies fit diu. unde cõposita tãdiu: q̃diu tam lõgo tẽpore:q̃ lõgo tẽpore:ut iã diu: iam lõgo tẽpore. ita iterdiu:cuius contrarium noctu:ita & perdiu. hic tamen legiť perdium:quod si ꝑditum non significat: erit sensus quod mihi dedit: tam diu mihi asseruatum est:q̃ nunc asseruatũ. Syluani lucus. lucus sacer alicui dicatus numini. saltus ubi coalescunt arbores a saliendo. nemus quod etiam græce nemos:ut apud sophoclem in aiace furẽte:Pascuũ. Sylua uero:uł glãdaria ad pascẽda iumẽta:uel cædua:in qua ligna succiduntř. nã buscum:quo Apuleius utitur:uix latinũ uerbũ putauerim. Extra muꝶ est aulus. Aulos gręce:tibia latine:unde auledus tibicen:& aulon aulonis intra mõtis planicies:hinc forte is locus nomen habuit. Salicto oppletus.i. salicibus plenus. salictũ enim cõtentiuum pro salicibus posuit. salix arbor. Alia uiminalis:alia ꝑticalis a saliẽdo.i. subito incremento nomen habent. nã salix marina est:quæ agnos græce noiať. Certũ est. constitui.

Diu unũ fiat

Salictũ qđ sit

PYLADes

CSVBLEuit os significat illusit & pro ridiculo habuit:tactũ a genere ludi:quo dormientibus ora pinguntur: Sic Noni. Marcel. citans hunc uersum. Auius scribendum est metri necessitate:& sententiæ concinnitate: & ex antiquis codicibus:& nõ aulus:ut isulsissime scribit:& cõmẽtať Pius:& Sarra. itẽ:nullã uersus rationem tenentes.



Strophilus.

MOrtuum ego me mauelim læto malo,
Quam non ego illi dem hodie insidias seni
Nam hic iam non audebit aurum abstrudere.
Credo referet & iam secum, & mutabit locum.
Atat foris crepuit, eccum senex aurum effert foras.
Tantisper hic ego ad ianuam concessero.

Euclio. Strophilus.

FIdei censebam maxumam multo fidem
Esse, ea subleuit os mihi penissume.
Ni subuenisset coruos, periissem miser.
Nimis hercle ego illum coruom ad me ueniat uelim,
Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid boni
Duam. nam quod edim tamdiu, q̃ perdiust.
Nunc hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.
Syluani lucus extra murum est auius,
Crebro salicto oppletus. ibi summam locum.
Certust Syluano potius credam, q̃ fidei.
Fuge fuge. Di me saluom, & seruatum uolunt.
St. Iam ego illuc ꝓcurram, atq; iscẽdã aliquã in arborem.
Indeq; obseruabo, aurum ubi abstrudat senex.
Quãq̃ hic manere me herus sese, iusserat
Certust malam rem potius quæram cum lucro.

Dixi

SARACENVS.

Dixi tibi: cum resciisset lyconides: quam amabat puellã: eam nuptui megadoro dari matrem hortatur: ut nuptias infectas reddat. Iuxta mecũ: iuxta meã sniam: sic in asinaria: hanc iube petere: atq; orare mecũ. i. me. Resecro: est secrerare religione absoluere. Festus: uti qũ cũ reus pplm comitiis orauerat p deos: ut eo periculo liberaret: iubebat magistratus eũ resecrare. Perii mea nutrix: Acclamat puella euclionis filia: cui tps parturiẽdi aduenerat: hãc diximus grauidã factã a lyconide: & a se dilectam. Iuno lucina tuã fidẽ: Scilicet: obsecro: iploro: iuoco: & dicta est a iuuãdo Iuno: eadẽq; lucina: siue q partũ in lucẽ pdat uel oculis psit: & luci: io a iuuãdo: & luce: Iuno lucina dicta: ut sentit Var. Ouidi. a martis luco. Iniuriũ. qd nõ iure fiat. Vbi de capite meo. Sũt comitia: pide dixisset: ubi de uita & morte mea deliberandum sit.

Iuno unde dicta sit

Lyconides adolescẽs. Eunomia mulier. Phoedra puella.

Dixi tibi mater, iuxta rem mecum tenes
Super Euclionis filiam. nunc te obsecro,
Fac mentionem cum auonculo mater mea.
Resecroq; mater, quod dudum obsecraueram.
Eu. Scis tute, facta uelle me, quæ tu uelis.
Et istuc confido a fratre me impetrassere.
Et caussa iusta est. siquidem ita st, ut prædicas.
Te eam compressisse uinolentum uirginem.
Ly. ego ne ut te aduorsum mentiar mater mea?
Ph. Perii mea nutrix, obsecro te, uterus dolet.
Iuno lucina tuam fidem. Ly. hem mater mea,
Tibi rem potiorem uideo. clamat, parturit.
Eu. I hac intro mecum gnate mi ad fratrem meum,
Vt istuc, quod me oras efficiam tibi.
Ly. Iam ego sequor te mater. sed seruom meum
Strophilum miror, ubi sit, quem ego me iusseram
Illic opperiri. nunc ego mecum cogito.
Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est.
Ibo intro. ubi de capite meo sunt comitia.

Strophilus.

Picos diuitiis, qui aureos monteis colunt,
Ego solus supero. nam istos reges cæteros
Memorare nolo hominum mendicabula.
Ego sum ille rex Philippus. o lepidum diem.
Nam ut dudum hinc abii, multo illuc adueni prior,
Multoq; prius me collocaui in arborem.
Indeq; expectabam, aurum ubi abstrudebat senex.
Vbi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore.
Ex fodio aulam auri plenam. inde ex eo loco
Video recipere se senem, ille me non uidet.
Nam ego modo declinaui paulum me extra uiam.
Atat eccum ipsum. ibo ut hoc condam domum.

Pici diuitiis: surripuerat senis aulã Strophylus: multa ppea lætitia gestit: supbitq;: pici sũt quos græci gryphas uocãt: qdrupedes dñr bæluæ: & uisu: & forma terribiles: corpe leonino: rostro: alis: pedibus: aqlæ: sunt in hyporeis mõtibus i scythia: ubi gẽmas ibidẽ nascẽtes obsuare dñr: aduersus eos pplm pugnãt arimaspi: gẽmasq; illis auferũt: sũt q d gryphis: ut d harpyis auibusq; stiphalidibus fabulosũ autumẽt: Verũ Põp. mella ad historiã referre ur his uerb: deide ẽ regio ditis admodũ soli: iha bitabilis tñ: qa gryphi sceui: & ptinax ferarũ gñs auũ terra pẽitus egestũ mirũ amãt mireq; custodiũt: & sũt isesti attingẽtibus: hoiũ pmi sũt scythæ: scytharũq; qs singli oculi eẽ dñr arimaspæ: Pli. quoq; i scythia gryphas auritos uocat: aduncitate rostri: quos ref nihilominus fabulosos: pici ergo q aureos mõtes colũt ego solus supbo: notãda locutio ẽ: ut i amphit. atq; i asinaria mõuimus: ãns ip. s. positũ i eo casu: quo relatiuũ. Rex phi. q fuit Alex. pr: cui maxiæ opes erãt. 50. (ut d eo rfert trogus Põ.) iter quottidianas rapias sp uideret iops.

De gryphis historia

Dixi tibi mr. q uirginẽ uiciauerat Euclionis lyconides mrẽ eunomiã exorat: ut sibi puella cõcedat uxor: ac ut facilius obtineat: audit puella dolor pu erpæ exclamar. Iuxta Pariter. Super euclióis filia. sup p d posuert ueteres. Vir. Mlta sup Prião rogitãs: sup hector mlta. Resecroq; mr. i. itero obsecrationẽ meã Aut resecro religiõe soluo: ut No. iterptat igens. Resecrare soluere religiõe utiq;: cũ reus pplm comitiis orauerat p deos: ut eo periculo libaret: iubebat mgratus eũ resecrare. Pla. resecroq; mr: qd dudũ obsecraueram.

VALLA.

Suppro de

Scis tupte facta uel: ęq; ac tu uel. ordo ẽ. & sensus. scis tu ipse me uelle facta. i. ut efficiã nõ minus q tu uel. Impet. i. fore: ut ipetrẽ. In so. n. uerba n mõ accessũ: s ẽt abitũ qñq; signãnt: ut freqnter apd plautũ & h loco. Te aduor. i. corã tẽ: ac i tuo ɔspectu. Iuno lu. dicta lucia: q i lucẽ edat puerpia. ut Var. putat lucia a luco martis: qd iuno lucina ibi pxie coleret. Vtrãq; Oui. tuet sniã cũ ait: Gra lucię ddit h tibi noia lucus: Aut qd pncipiũ tu da lucis hẽs. Rẽ potiorẽ. i. pcliuiorẽ ad ipetrãdũ. Seruũ meũ stro. mi. ubi sit: Hoc genus ddi apd Pla. freqns. subaudit ntiuus: ubi sit strophylus. Illic opiri. i. pstolari: ut rginã oppiẽs apd Vir. nã opior passiuũ. i. tegor pmã h bue. Nũc ego. ita corrigẽdũ. itẽ in pricipio seqntis uersiculi p: sed corrige si. Iniuriũ ẽ. i. res iniuriosa fuerit. De ca. meo. i. de re capitali mea. Fiũt cõ. i. ɔstitutiões: ut i comitiis coibat ppls ad creãdos mgratus. Cõmitiũ dcm: qd eo multi cõmearent.

Lucina unde dicta sit

Comitium unde

Pici diuitiis. in hac scẽa strophylus lętitia exultat: se sustulisse seni aulã. Picos: iqt No. ueteres uocauerunt: quos græci grypheas appellãt. picus ẽt auis nota oibus: d q in asinaria picus ulmũ tũdit: picus quoq; primo ancõi: deide toti regiõi piceno nomẽ dedit: qd i eorũ uexill cõsedisset. ẽ ãt picus dedicata marti. sunt q picã uelit. picũnus quoq; deus i sacris rõanis adhibebat. Aemi. macer i theogõia. Et nũc agrestes iter picũnus hẽtur. higinus picũnus: & uaria ueste picus martis. Fa. pictor rerũ gestarũ & sit uidbãt picũ martiũ idẽ in prio iuris pôti. picũno & pico factũ sacrũ ẽ. Var. d uita prũ. pedis picus cũ eẽt ptor urbanus: & sedẽs i sella curli: iusdicer et pplo picus martis aduolauit: atq; i capite eius sedit. Picẽ. q picenũ icolũt: & picenus ager. duxerũt ãt originẽ a sabis picẽtes: q du

Picorum fabula

ctu:ac auspicio pici ex sabinis migrãtes nomẽ enacti sunt. De gryphis multa referũt:q̃ fabulosa ferme oẽs existimãt: quidẽ aialiũ nã scripsere. fabulose ergo:& hic a Plau. sed nõ mõ aial gryphus noiat̃:siue ut alii gryphe⁹:uerũ ẽt ænigma:ut sępe apud Au. Gel. ide gripisma dicũt gręc.qđ difficulter dissoluit̃ Eutropius in hist. p⁹ saturnũ in Italia regẽ: picus:inqt eius filius:de quo fabulose dicit̃ a quadã famosissima maga circe noĩe:ob contẽptũ eius amorẽ in auẽ sui nominis mutatus sit. post hunc eius filius faunus qui fuit pater latini:eius mater carmẽtis:credit̃ latinas litteras reperisse. a carmine aũt:ut inqt Oui. nomẽ habuit. Picare uerbũ:quo utunt̃ de re rustica scribẽtes:ut cũ picata dolia dicunt:nõ a pico:uel pica:sed a pice deriuat̃. quę ab eo:quod pissa a græ. dicit̃ litterarũ mutatione:ut fit in plærisq; nomẽ hẽt. ¶ Hoĩum medicabula. qui si cõferant̃ meis opibus medici dici possint. ¶ Rex philippus:subaudi macedonũ. ¶ Collocaui in arborẽ. ergo colloco in arbore:& in arborẽ:ut in loco. ¶ Mõ declinaui:ambiguũ est:an mõ tñmmõ dicatur:an mõ tum significet. ¶ Vt hoc condã domũ. ordo uerborũ est:ibo domum. ut hoc condam. i. reponam.

Picare qđ sit

PYLADes

¶ SCIS tu te facta uelle me:quę tu uelis. Cui dubiũ uersum hũc ita scribi debere discretis lr̃is:quę ĩscitia cæterorũ & Pii cõmẽtatoris maxĩa:iunctę legunt̃:⁹hñt. n. codices oẽs:uellẽ equę tu uelis:separa ergo:& scribe uelle me quæ tu uelis:& uersus constabit:qui aliter mancus eẽt:& sñia q̃drat:hoc sensu. scis me uelle oĩa quæ tu uis. ¶ Vt istuc qđ me oras nũc efficiã tibi. ¶ Spero ipetratũ:qcqđ uis ab eo auferã:duo isti uersus ita scribi debent:si metri rõ:& sñię habeatur:aliter. n. neq; caput:neq; pedes ipsorũ uersuũ reperient̃ nec scribẽdũ est offm̃ uel effectius:ut nugat̃ Pius se scriptũ uidisse in emẽdatis codicibus:maxime. n. mẽdax ẽ:& codices oẽs hñt efficiã:& utcũq; ipe legat:uersus nõ cõsistunt.

SARACENVS.

PErii:iterii:cum rediisset senex in syluani lucũ:aulã surreptã; iuenit:clamat:uociferat̃:furit: insanit:quẽq; obuium pcũctatur:qđ agat nescius. ¶ Qui uestitu:& creta occultant sese:Eos dicit qui magistratũ petituri cãdidi ꝑdibãt suffragia ppl̃i deposcẽtes uestitu:& creta ꝓ uestitu creato. i. cãdido sic Mart. cretatã prętor cũ uellet mitter̃ mappã: Persius quoq; cretatã; dixit ambitionẽ:ad eos alludẽs: qui ueste cãdida in cãpum martiu; descẽdebant:dignitatuum & magistratuũ petitores: Iuue. quoq; posuit:cretatũ bouẽ. i. cãdidũ:q̃ Ioui boues cãdidi mactarent̃.

Creta quid sit

VALLA.

PErii:iterii:quo currã? quo nõ currã. in hac scæna exstiabiliter q̃rit̃ senex aurũ sublatũ eẽ. lyconides audiens putat ipsu; queri ob filiam:quã resciuerit stupratam eẽ. ¶ Perii:iterii:occidi. Amplificatio ẽ ꝑ cõgeriẽ:& affectus hoĩs nimiũ auaritia cęci oñdit̃:planeq; depingit̃. ¶ Quẽ. subaudi dicã:detinẽdũ:interpũctimq; legendũ. ¶ Quis?:ut sit sẽsus:qs abstulit. ¶ Neq̃o cũ aĩo:sensus ẽ nõ possũ oculis iuestigare:reliqsq; corpis sensibus. cũ aĩo. i. cogitatione: quæ fit ꝑ aium:q ad sensus corpis usq; penetrat:& tãq̃ fenestris sentit exteriora. ¶ Qui uestitu:& creta occultãt sese. Creta ueteres dicũtur q̃nq; illinisse faciẽ: ut si oris color quoquo mõ imutaret̃:aĩ flagitiũ apiens creta tegeret̃:sed & creta ad colorẽ tegẽdũ aliẽnũ:ac repsẽtãdũ cãdidũ ueteres utebant̃:ut cũ ioui sacrificãdi eẽnt boues cãdidi:creta illiniebant̃. uñ Iuue. cretatũq; bouẽ. & q petituri magistratũ essent:cãdidati deberẽt ꝓcedere:creta uestes inficiebãt:uñ Persius. Cretata ambitio. Fui quoq; calceos albos gestare debuerãt:uñ Iuue. Pedibus: q uenerat albis. ¶ Qui si deerãt:creta ificiebant̃:quẽadmodũ apđ Tibullũ:& plerosq; alios legit̃. Inde ẽt res bonas creta:malas carbone annotabãt. Hora. Quorsum habeãt sani creta:an carbone notãdi. & Persius. Illa prius creta:mox hæc carbone notasti. Hoc ãt iõ oẽ arbitramur:qđ ut Gallenus & Aetius:medici aiũt uim habeat:sine morsu abstergẽdi terra cretica:q̃ argẽtũ absterget̃:eã cretariũ dixere nõnulli. ¶ Nemo hẽt horũ. iterrogatiue legẽdũ ẽ. iõ subiungit:occidisti:qa ur̃ ille annuisse hr̃e neminẽ. ¶ Male pdi. male ualde. nã bñ:& male icremẽtũ signare ueteres uoluerũt. ¶ Tm̃ ge. & mali. ꝓ gemit⁹. nã gemitũ gemiti dixerũt ueteres:& gemitus gemiti:ut nũc q̃rtę iflexiõis ẽ:noĩa si qđẽ pticipiis pteriti tpis sĩlia:ut Priscianus quoq; docet q̃rtæ sũt iflexiõi:ut uisus:& audit⁹. sed uetustissimi tã scđę:q̃ q̃rtæ eẽ uoluerũt. ur̃ ãt gemo afflictatiõis icremẽtũ signare:qa gręce gemo refertus su;:& plenus sum signat. ¶ Et pau. i. dãnũ:ut apud iuriscõsultos:si milus tuus meo asino paupiẽ fecerit. ¶ Custodiui sedulo. i. sollicite:& iuigilãter:ut sedulus affer aquã. & sedula nutrix. ¶ Aiumq; meũ:geniũq; meũ. i. desideriũ aĩ:& corpis necessitatẽ. ¶ Pati nequeo. sepatim legẽdũ est:& cum gemitu pronũciandum. ¶ Ante ædis nr̃as eiulans. igemens ab ei interiectione:eiulo uerbũ factum est. ¶ Palã res est. ita legendũ:ut corrigat̃:nõ palant res.

Animi uis

Serui quos calceos gestabant

Gemo qđ denotat

PYLADes

¶ PICI scribi debent. Noñ. Picos ueteres esse uoluerunt quos græci griphas appellant. Plautus in aulularia. Pici diuitiis:qui aureos mõtes colunt:ego. s. supero. ¶ Euclio in hac scena cõqueritur:existimans aurũ sibi ereptum. Liconides uero adulescens putat:Euclionem lamentari:q̃ itellexisset filiam esse uitiatam. ¶ Gemiti pro gemitus: ut senati pro senatus. ¶ Lamentanti Euclioni de aula amissa:Liconides suspicatus illum queri de filia stuprata: respondet se fecisse. ¶ Mœstitudo:pro mœstitia positum:teste Nonius Marcel.

Euclio. Lyconides.

PErii, ite. occidi. quo currã? quo nẽ currã? tene tene.
Quẽ? qs? nescio. nihil uideo. cæcus eo, atq; egdem
quo eam, aut ubi sim,
Aut q̃sim, nequeo cũ aĩo certum iuestigare. obsecro uos ego
Mihi auxilio, oro. obtestor, sitis. & hominem demõstretis,
Qui eã abstulerit. q uestitu, & creta occultãt sese, atq; sedẽt
Quasi sint frugi. qđ ais tu? tibi creder̃ certust. nã eẽ bonũ te,
Voltu cognosco. Quid ẽ? quid ridetis? noui oẽs. scio fures
Esse hic cõplures. hem nemo hẽt horũ? occidisti. dic igitur
Quis habet, nescis? heu me miserũ, miserũ. perii male pditus,
Pessũe ornat⁹ eo. tm̃ gemiti, & mali mœstitiæ hic dies mihi
Obtulit famẽ, & pauperiẽ. perditissumus ego sum omnium
In terra. nã quid mihi opus uitast, qui tãtum auri perdidi,
Quod custodiui sedulo? egomet me fraudaui, aiumq; meũ.
Geniũq; meũ, nũc alii lætificãt̃ meo malo, & dãno. (atq; hic
Ly. Quinã hõ hic ante ædeis nr̃as eiulans cõquerit̃ mœrẽs?
Quidẽ euclio est, ut opinor. oppido ego iterii. palã res ẽ.
Scit pepisse iã (ut ego opĩor) filiã suã. uæ mihi, ĩcertust (scio.
Quid agã abeã, an mãeã, an adeã, an fugiã. qđ agã æđpol ne

Quis



Euclio. Lyconides.

Q Vis hic loquitur? Ly. ego sum. Eu. immo ego sum miser, & misere perditus.
L. Quoi tāta mala mœstitudo obtigit. aīo bono es
Eu. Quo obsecro pacto eē possū? Ly. qa istuc facinus, qđ tuū
Sollicitat aīum, id ego feci, & fateor. Eu. qd ego ex te audio
Ly. Id quod uerust. Eu. quid ego emerui adolescens mali
Quamobrem ita faceres? meq; meosq; pditū ires liberos?
Ly. Deus īpulsor fuit. is me ad illā illexit. Eu. quomodo?
Ly. Fateor me peccauisse, & me culpā cōmeritum scio.
Id adeo te oratum aduenio, ut animo æquo ignoscas mihi.
Eu. Cur id ausus facere, ut id, quod nō tuū eēt, tangeres?
Ly. Quid uis fieri? factust. illud fieri infectū non potest.
Credo deos uoluisse. nam ni uellent, non fieret scio.
Eu. At ego credo deos uoluisse ut apđ te me ī meruo enicē.
Ly. Ne istuc dixis. Eu. qd tibi ergo meā me īuito tactiost?
Ly. Quia uini uitio, atq; amoris feci. Eu. hō audacissume
Cum istac te oratione huc ad me adire ausin impudens?
Nam si istuc ius est, ut tu istuc excusare possies,
Luce clara deripiamus aurum matronis palam.
Post id, si prensi simus, excusemus ebrios
Nos fecisse amoris caussa. nimis uilest uinum, atq; amor,
Si ebrio atq; amanti impune facere quod lubeat, licet.
Ly. Quin tibi ultro supplicatum aduenio ob stultitiā meā.
Eu. Non mihi hoīes placēt, qui quom malefecerūt, purgāt.
Tu illam scibas non tuam esse, non attactam oportuit.
Ly. Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor, qn eam
Ego habeam potissumum. Eu. tun habeas me īuito meam?
Ly. Haud te inuito postulo, sed meā esse oportere arbitror.
Quin tu eam inuenies inq̄ meam illam eē oportere Euclio.
Eu. Nisi refers. Ly. qd tibi ego referā? E. qđ surripuisti meū
Iā qdē ad prætorē hercle te rapiam, & tibi scribam dicam.
Ly. Surripui ego tuum? unde? aut quid idest? Eu. ita te amabit Iuppiter.
Vt tu nescis. Ly. nisi quidem tu mihi quid quæras, dixeris.
Eu. Aulam auri inquam te reposco, quam tu confessus mihi
Te abstulisse. Ly. neq; id ædepol dixi, neq; feci. Eu. negas?

SARACENVS.

Q Vis hic loqť: Lyconides obuius fact⁹ Euclioni: fateť ul tro: quod pegerat facinus: ille uero nesci⁹: q filiā uiciass; aulā sibi surripuisse autūat: sicq; aliq̄diu iuicē frustrāť. ¶ De⁹ ipulsor. Vel cupidinē: uľ bacchum dicit: nā uinolentus uirginē cōpresserat. ¶ Nā ni uellent: nō fieret qđ tamē minime uidetur eē uerẹ: libere. n. dicūtur actiōes nostræ: ut scite argumētatur Seneca in li. de moribus inquiens: oē peccatū actio est: actio. n. ois tā honesta q̄ inhonesta uoluntaria est: ergo uolūtariū est omne peccatum: tolle excusationē: nemo peccat iuitus: sed an actio sit uolūtaria: qritur ab Aristotele i magnis ęthicis: ista tamē philosophis relinquamus. ¶ Neruo: laqueo. ¶ Cum istac in te oratione: te ip̄; scilicet accusando. ¶ Causificor: Contendo. ¶ Nisi refers: Figura aposiopesis: nam extrinsecus aliqd subītelligas oportet: qđ sensum iuuet: mens enim turbata uerbum reliquid: ita Virgilius: Iam cœlū terrāq; meo sine numine uenti Miscere: & tantas audetis tollere moles: quos ego: subaudi puniam. ¶ Dicam: Accusationē: quęrelā. ¶ Surripui ego tuum: nunc paulatim sermonis error detegitur. ¶ De alia re: nunc ē catastrophe. ¶ Ociose: Quiete: placide. ¶ Indipisces: cōparabis: est indipisci assequi: & indipisco, put indipiscor in usu est: ut plęraq; alia. ¶ Excipies: excusabis: defendes. ¶ Id uolo noscere. i. sciř te. ¶ Cur re: ni uias: Nam res omnibus palam erat. ¶ Inuado: in transitu: uadari & ptransiri potest: est proprie fundus uľ maris: uel fluminis: siue lacus: aut alterius aquæ: per quem pedibus itur.

Actiones humanæ liberę

Indipisci quid sit

Vadū qđ sit

VALLA.

Q Vis hic loqtur. lamentatur euclio in hac scæna respondente lyconide: anteq̄ alter alterum satis itelligat. Euclio quod aurum amisisset: lyconides ratus lamētari ob uitiatam filiam. ¶ Mœstitudo obtigit. a particularibus aliquādo ad genera fit accessus: quandoq; a generibus ad particularia: ut hic tanta mala præpo suit subiungi mœstitudoq;: mœstitudo: & mœstitia: ut iustus iustitia: & magnus magni magnitudo. ¶ Istuc facinus. unu; ex eis hoc uerbu; est: quod in bonum malumq; trahitur. nam facinus a faciēdo tā bonum factū: qua malū significat. ¶ Sollicitat. anxium facit. ¶ Ad illam illexit. lyconides filiam Euclionis dicit. At Euclio aulam. itelligit. ¶ Cōmeritum scio. idest commerui. nā & utroq; modo loquimur. Commereo & commereor in eadem significatione. Horatius Hic mœret æra liber. ¶ Cur id ausus. facere audeo ausus sū: & ausim. ¶ Fieri infectū nō pōt. participiu; sine uerbi origine: ut multa sunt alia. nam inficio nusq̄ pro non facio: sed intingo. unde īfectum itinctum. ¶ Ne istuc dixis.

Facinus qđ significet

Infectū qđ

ꝓ dixeris. ⸿ Istac in te orone.i.hoc sermone: qui tibi aduersat. ⸿ Ad me adire. supfluum ad nisi: qđ emphaseos gra aditur. ⸿ Ausin. an ausis.i.ausus es. ⸿ Excusare possies. ex cusare est cām in aliū reiicere: sicut accusare cā onerare. ⸿ Nimis uilest uinū atq; amor.i. nimium paruipēdit: sicut isanos hoies nō putamus deliqsse: utpote uiles: ac cōtēdendos. ⸿ Non attactā oportuit. attinger non debuisti. ⸿ Haud causificor.i. nō cā; reiicio. ⸿ Quin tu eam inuenies. amātis expræssio est affectus: quando idem crebrius iterat. ⸿ Scribam dicā.i. scribam crimen: & accusationem itē dā. nā δίκη iudiciu;: & accusatio. ⸿ Quā abstuleras cedo. đ re desperata: ac iā ꝓclamata euclio cupit aliqd idipisci cedo iqt ꝓfer.

Excusare quid sit

⸿ Refer. suspēsa ꝓnūciatione referedū. nā cū lyconidē pnegare pspexisset: existimauit potius tētandū: an pro missis posset aliqd idipisci: q̃ totū amittere. ⸿ De alia re resciuisse censui: qđ ad me attinet Rescire Aulus Gelius putat significare rē occultā: & nouā scire: sed aduertēdum: qđ ad me attinet: itulit cum dixisset de alia re ergo qđ.i. quæ res. solœcophanes: quæ & aloeosis figura est. solebant.n. ueteres nō in uerbis: sed in sensu uitia existimare: sed potius uirtutes: quæ uitia uiderenẗ: uñ & figuræ nomē hñt ubi inq̃ nō supersunt: sed adiuuant: uel ubi ornatum faciunt: ita Terētius: eunucū suā dixit ad comœdiā referens cogitatū. ita pneste sub ipsa: Vir. Cū sit hoc pneste: sub ipsa tamē dixit ad ciuitatē referēdo. ⸿ Atq; id si scies: qui abstulerit. subaudi auꝝ. ⸿ Indipisces.i. ascisces: ac tibi accipies. ⸿ Neq; furē excipies.i. admittes: uel excusabis. ⸿ Id si fallis.i. decipis. ⸿ Repudiū. prius cōgressus nuptiaꝝ dr̃. Diuortiū āt: ubi coniuges aliquādiu cōiūcti fuere. Pau. de diuortiis ac repudiis: dirimiẗ iqt mr̃imoniū diuortio. morte captiuitate: uel alia cōtingente seruitute utrius coꝝ. Gai⁹ uero diuortiū inqt: uel a diuersitate mentiū dictū est. uel qa in diuersas ptes eūt q distrahūt mētes. in repudiis aūt: & in renūciatione cōprobata sunt hæc uerba tuas res tibi habeto. ⸿ Itē hæc uerba tuas res tibi agito: In spōsalibus quoq; discutiēdis placuit renūciationem iteruenire oportere: in qua re hæc uerba cōprobata sunt: cōditione tua non utar: siue ipsi pſenti renūcieẗ: siue absenti p eū: q in ptāte eius sit: cuius ue is: ea ue in ptāte sit: nihil iterest: ut in amphitryone de alcumena dictū est. ⸿ Quātū est pdiūt. pro pdāt. ⸿ Infœlix miser. ifœlix hodie. antea miser. ⸿ Vt leges iubēt. iubent &c.n. hodie quoq; leges. ut qui uirginē uiolarit aut dotē ipendat: aut ducat uxorem. ⸿ Se adglutināt.i. cōueniunt: & cōnectuntur. glutē.n. uñ glutino: q̃ dr̃ græce cola. ⸿ Vt qd huius rei sit sciētia.i. ut cognoscam: an hęc res ita sit: ut mihi relatū est. ⸿ Inuado salutis.i. infirmitudine. uadū.n. aq̃ dicer: ubi pedibus licet uadere. Lucre. in primo. Deniq; cur hoies tātos natura parare potuit pedib⁹ q pōtū p uada possent trāsire.

Rescire qd sit

Repudium qd: & qd ēt diuortium

Glutinare quid sit

PYLADes

ISTVC quoq; bona: tres isti uersus cōtinui ita scribi debent prorsus: ut nos correximus: metricæ rōnis: & sniæ coherētiæ habita rōne: nec pati uoluimus ut puerso ordine sensus: & claudis pedibus ambularent: ut Pius interps paꝝ fidelis: atq; ignarus fecit. Curre i uise: ita scribēdum cēsemus sniæ cōcinnitate: qđ & ifra oñdit: quū ïnqt. Intro exqre &c̃. nō: i uias: ut codices ferme oēs habēt: & Pius legit:

Ly. Pernego. imo neq; ego auꝝ, neq; istæc aula, quæ siet,
Scio nec noui. Eu. illā ex Syluani luco, quā abstuleras, cedo.
I refer. dimidiam tecum potius partem diuidam.
Tametsi fur mihi es. molestus non ero furi, refer.
Ly. Sanus tu non es, qui furem me uoces. ego te Euclio
De alia re resciuisse censui, quod ad me attinet.
Magna est res, quam ego tecū ociose, si ociū est, cupio loq.
Eu. Dic bona fide, tu id aurum nō surripuisti? Ly. nō, bona.
Eu. Istuc quoq; bōa. neq; id scis q abstl'erit mihi? Ly. nō. Eu.
Si scies q abstulerit. mihi idicab? Ly. faciā. E. neq; ptē (atq;
Tibi ab eo, quoi est, indipisces, neq; furem excipies?
Ly. Ita. Eu. id fall? Ly. tū me faciat qđ uolt magnus Iuppiter
Eu. Sat habeo. age nunc loqre qd uis. Ly. si me nouisti minus
Genere quosim gnatus, hic mihi est Megadorus auonculus.
Meus fuit pater Antimachus. ego uocor Lyconides.
Mater est Eunomia, Eu. noui genus. nūc qd uis? Ly. id uolo
Noscere, filiam ex te tu habes? Eu. immo eccillam domi.
Ly. Eā tu despōdisti (opior) meo auōculo. Eu. oēm rē tenes
Ly. Is me nunc renunciare repudium iussit tibi.
Eu. Repudium rebus paratis, atq; exornatis nuptiis?
Vt illum Di immortales omnes. quantum est, perduint.
Quem propter hodie auri tantum perdidi infelix miser.
Ly. Bono aio es. bñ dice. nunc quæ res tibi, & gnate tuæ
Bene, feliciterq; uortat. ita Di faxint, inquito.
Eu. Ita Di faciant. Ly. & mihi ita Di faciāt. audi nunc iam.
Qui homo culpā admisit in se, nullus est tam parui precii
Quin pudeat. quin purget sese. nunc te obtestor Euclio,
Vt qđ ego erga te imprudens peccaui, aut gnatam tuam,
Mihi ignoscas, eáq; uxorem mihi des, ut lex iubet.
Ego me iniuriam filiæ fecisse fateor tuæ
Cereris uigiliis per uinum atq; impulsu adolescētiæ.
Eu. Hei mihi quod facinus ex te ego audio. Ly. curre i uise,
Quem ego auom feci iam ut esses filiæ nuptiis.
Nā tua gnata peperit decumo mēse post. numerum cape.
Eo repudium remisit auonculus caussa mea.
Intro exquære sit ne ita, ut ego prædico. Eu. perii oppido.
Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se adglutinant.
Ibo intro, ut quid huius sit rei sciam. Ly. iam te sequor.
Hæc propemodum iam esse in uado salutis res uidetur.
Nūc seruom esse ubi dicam meum Strophilū, non reperio.
Nisi etiam hic opperiar tamen paulisper. postea
Intro hunc subsequar. interim spaciū ei dabo exqrēdi meum
Factum ex gnatæ pedisequa nutrice, an uerum norit.

contra

contra latinitatis decorum:neq; i in uias:ut exponit Sarrace.alter indoctus interpres: quandoquidem:ut dixi:nõ: in uias:sed in domũ ire opus erat:si modo certior fieri cupiebat:an filia pareret:uel peperisset.

Strophylus. Lyconides.

DI immortales,quibus,& q̃tis me donatis gaudiis?
Quadrilibrem aulam auro onustam habeo.quis me
est diuitior?
Quis me Athenis nũc magis qsq̃ est hõ,quoi. Di sint ꝓpitii?
Ly. Certo.n.ego uocẽ hic loquẽtis mõ me audire uisus sum.
St.Her; ego ne aspicio meũ?Ly.uideõ Strophilũ seruõ meũ?
St.Ipsust.Ly.haud aliust.St.congrediar.Ly.contollam gradum. credo ego
Illum,ut iussi,eampse anum adisse huius nutricem uirginis.
St. Quin ego illi me inuenisse dico hãc prædã, atq; eloquor.
Igitur orabo, ut manu me mittat, ibo,atq; eloquar.
Repperi. Ly.quid repperisti? St.non quod pueri clamitant
In faba se repperisse. Ly.iam ne autem ut soles,ludis?
St.Here mane,eloquar,iam ausculta.Ly.age ergo loquere,
St.repperi
Hodie here diuitias nimias.Ly.ubi nam?St.quadrilibrẽ inq̃
Aulã auri plenã.Ly.qđ ego facinus audio ex te? St.Euclioni
Huic seni Surripui. Ly.ubi id aurum?St.in arca apud me,nũc
Volo me emitti manu.Ly.ego ne te emittam manu
Scelerum cumulatissume? St. abi here scio quam rem geras.
Lepide hercle animum tentaui tuum,iam eripere apparabas
Quid faceres si repperissem?Ly.non potes probasse nugas
I redde aurum.St.reddam ego aurum? Ly.redde inquam,ut huic reddatur.St.ah.
Vnde?Ly.quod modo fassus es esse in arca.St.soleo hercle ego nugas.
Garrire.ita loquor.Ly.at scin quomodo?St.uel hercle enica.
Nunq̃ hinc feres a me: Imperfecta fabula.

SARACENVS.

DI immortales: Strophylus & Lycõides in hac scena comœdiæ finem faciũt quia imperfecta fabula est:nec sũt admittenda carmina: quæ circunferuntur: ueluti plautina ad supplementum fabulæ: ꝓpterea extra plautinã decuriam manere ea iussimus ne ordines potius interturbent q̃ impleãt. ⁋ Eampse:eam ipsam. ⁋ Nõ quod pueri clamitant in faba se reperisse: Vermẽ forte in faba uersantem:uel ex faba nascentem: quem midam uocant:ut author Theophrastus est in quarto de plantarũ causis:uel forte illud tangit: quod uulgo fabulatur in faba.s.reperiri quasdã ueluti animulas: quæ defunctoꝝ esse opinãtur:nã ob id quidem faba putat̃ ad mortuos pertinere: quæ parentãdo assumebatur: usus fabarũ prohibitus est a Pythagora. eo ꝙ sensus habetes faciat: & somnia inducat:uiridiq; in pixide ęrea faba seruata uertitur in sanguinẽ: unde fertur Pythagorã ipsum maluisse in latrones incidere:q̃ per fabæ segetẽ transire: fabã quoq; animal esse dicebãt: ꝙ cocta sanguinis humorem ex se emitteret: Varro scribit: illa flamem dialem nõ uesci: q̃m in flore eius litteræ lugubres reperiãtur id:quod etiã Festus sentit: licet Au.Gelius Aristoxeni fretus sñia de faba cõtra sentiat:pythagoramq; eã inter legumina approbasse dicat.

Fabe natura & superstitio.

VALLA.

DIi immortales.Strophilus in hac scena exultans lætitia ꝙ aulã seni sustulerit: hero suo patefecit: ut ab eo fiat liber: sed herus cogit illũ seni aulã restituere. ⁋ Quis me est diuitior. ab eo. quod est diues:diuitior.Mart.Crœso diuitior licet fuissem. Additis ditior. apparet ergo grãmaticos quosdam peruersa precipere:qui ditiorem a diuite fieri uolunt. ⁋ Herum ne ego aspicio meum. Vt ubiq; Plau.ita hic mores depingit humanos.ubi.n.aliquid auidiuscule expectamus:cum id cõparet:uix uidetur apparere.itaq;:si qd noui habent:statim depromunt:ut hic festiue Strophilus. ⁋ Cõtolam gradum.No. Marcellus:cõtollere cõtra tollere: hũcq; citat locum. ⁋ Quin ego illi.hero meo lyconidi. ⁋ Non quod pueri clamãt:in faba se reperisse gurguliunculos: nãq; pueri cum in faba:cõpererint:clamant se reperisse.Quos Virg.in carmine georgico multum agricolis damnum ait inferre inquiens.Quæ plurima terræ.Monstra ferunt:populatq; ingentem farris aceruũ:gurgulio:sed fabã auersati sunt pythagorei:ꝙ hebetẽ gignat sanguinem:nõ ut inquit Au.Gelius:ꝙ uermiculos gignat: in qbus humana esse credatur anima:uerũ ut naturam eius a medicis mutuati ostẽdamus.faba arida frigida est in primo gradu. Viridis frigida:& humida:gignit carnẽ minime solidã.sed spõgiosam:& raram:eduliumq; est ad inflandũ idoneũ.frẹsa faba multũ deponit inflationis cortice deposito.abstergendi uim aliquã habet.farina nãq; ipsius:& lomentũ:ita nãq; panis ex ipsa noiat̃:uim abstergẽdi habet:ob hoc in uentre diu nõ cõmorat̃:sicut q̃ glutinosi:& crassi humoris: neq; ipsius usus improbũ galeni sñia sanguinẽ gignit:neq; opilat.Cũq; cætera legumina supnã uẽtris ptẽ inflent.hoc magis infernã.fabæ decoctio thoraca lenit.cũ aceto sumpta:uentrẽ cohibet:qdã ob gurguliões: q in faba nascunt̃ mali humoris esse opinati sunt:q̃.mentẽ ẽt hebetari opinati sunt. ob fumidas quasdã in cerebrũ exhalationes. aiuntq; in somnia turbulẽta.& terriculamẽta eis gigni:quãobrem pythagorei ab usu fabæ abdicarũt: id tñ ꝓstãtissimos uideo medicos negare.eius decoctio calculũ gigni ꝓhibet:tam in renibus q̃ in uesica.ꝓhibet quoq; sua quadam ꝓprietate de capite in pectus destillatiões descẽdere:ingẽtesq; fieri tusses:qn & galenus fabã ait sanitatẽ tueri:ne mali humores gignant̃:neq; opilationes.aiuntq; coctã impositã:nõ mediocriter ꝓdesse podagricis:cocta cũ austero:atroq; multũ uino:herniosis cõfert:uentri apposita:& alligata Iacentibus. ⁋ Garrire nugas.ac si diceret:nugari nugas:seruire seruitutem:nota figura est.Imperfecta fabula est:ut uero perfecta uideret̃: nõnulli quisquilias: & præstigias quasdam subiecerunt:quæ nõ modo a Plauto lõge absunt:sed ẽt ab illa erudita uetustate tam aliena sunt omnia q̃ fieri possit.

Diuitior unde ueniat.

Fabæ ꝓprietate.

Garrire qd sit.

PYLADes

⁋ Exqre.si Prisciano credius legendũ est:qui ita ait. Trãsit in i ꝓductã:ut qro:inqro: exqro: q̃uis exqre Plau.dixit in aulu.Est Midas uersiculus corrodẽs fabã ut Ips cornu uitesq;:ut cis frumẽtea:trips ligna.sis uestes:ips uero uitra.

IN ARGVMENTVM CAPTIVORVM.

SARACENVS.

Ilios habebat duos ętolus ciuis egio: quoꝝ natu maior Philopolemus alter uocat̃ pægnius hunc quadrimum seruus stalagmus surripit: cuidã Theodoromedi polyplusio fugiẽs uẽdidit in aulide: hic empto seruo: filiũ donat philocrate eiusdẽ ætatis puerũ: pegnioq; indit nomẽ Tyndarus: cũq; aulidẽses bellaretur cũ ętolis: captus in pugna ẽ alter egiõis filius dict⁹ philopolem⁹: ũeditusq; gdã Menarco medico: cũ fors uices redderet: capti pariter sunt ex aulidensibus iidẽ Philocrates: & Tyndarus: egio ut suũ redimeret captũ filiũ mercat̃ ex præda: hos captiuos duos: a qbus nomẽ sibi asciuit comœdia: hoc pacto nesciꝰ: emit quadrimũ iam surreptũ filiũ: isq; suo patri ignarus seruitutẽ seruit: ambo hic cõueniunt: ut suũ cõmutent habitum: & nomina: dicaturq; Philocrates Tyndarus: & Tyndarus Philocrates: uerũ quærẽs egio redimere ex aulide Philopolemum filiũ: illuc mittit Philocratem pro Tyndaro: nesciꝰ eius: quem confinxerunt doli: cũq; per Aristophontem aulidensem captum resciuisset cõfictam fallaciam: tyndarumq; ꝑ Philocrate relictum domi: illum cõpeditum seruat in lapidicinis: eumq; miseris agit modis: interim ex aulide redit Philopolemus cum Philocrate: secumq; ducunt stalagmum fugitiuum seruum: cuius confessione noscitur tyndarum captiuum esse egionis filium.

VALLA.

Egyo filios habuit duos philopolemũ & tindarũ. Tindarũ seruus stalagmus surripuit: & uẽdidit in aulide theodoromedi. is filio suo phylocrati peculiarẽ dedit seruũ. phylopolemus: cũ bellũ esset inter aulidẽses & etholos: capit̃. necnõ philocrates & tindarus: ægio igit̃: ut phylopolemũ filiũ recuperet: & ꝑmutet captiuis alis undiq; coemit multos. inter quos phylocrates & tindarus fuere: q inter se dolum cõfingunt mutatis nominibus: & uestimentis: ut qui dñs erat serui loco habitus remittat̃ domũ. Cũ potes uoti fuere. ægio aũt: ut sensit sibi data uerba tindarũ in lapidicinas mittit. redit phyloc. filiũ ægiõis phylopole. i bello captũ secũ adducẽs & stalagmũ fuũ: q olim tind. ægiõis filiũ uẽdiderat i aulide: a quo cognoscit. quẽ i lapidicinas misat tinda. filiũ suũ eẽ.

Omina igit̃: ut ethymologias ipsoꝝ interp̃temur: ita nãq; multa erunt planiora. ⁋ Aegyo dictus ab ægyzo: qđ significat quatio: qđ multis fit cõcussus ærũnis. ⁋ Phylopolem⁹. bellicosus: nã phylo amo signat. & polemos bellũ. ⁋ Phylocrates amoris tenax: qa phylo amo: & crato signat teneo. ⁋ Tindarus. prio pęgniũ dicebat̃ quasi puer lusorius. nã pezo ludo dr̃: postea tindara. nã tinasso hulcero: traho: & impello significat ob mala: q̃ euenerũt. ⁋ Parasitus aũt ergasilus: qa ergon opus dr̃: & silo traho: qđ alienam ad se traheret operã. i. alieno pasceret̃ cibo. ⁋ Aristophõtes. aũt captiuus ab eo: qđ aristos dr̃ optimus: & phoneuo. i. occido: quod ex optimatibus suæ ciuitatis tindaro multa inflixerit mala. ⁋ Stalagmus. i. stilla: qa stazo: & stalazo stilo significat: ob iugem fletum ita dictus. Festus tñ stalagmiũ genus in auriũ ur̃ significare Cæcilius in carina cũ ait: ex aure eius stalagmium domi habeo.

SARACENVS.

Aptus in pugna: ex pris uersiculoꝝ elementis: ut in cæteris fit: noscit̃ nomẽ comœdię capteiuei ꝑ captiui: ei nanq; diphtongus græca ꝑ. i. ꝑducta posita est. ⁋ Egiõis filius: Philopolemus. ⁋ Quadrimũ: Pægniũ. ⁋ Seruos: Stalagmus. ⁋ Cõmercat̃ alios. s. philocratem: & ipsum pegniũ: quod declarat magis: emit amissum filiũ. ⁋ Et inibi. i. inter istos emptos de ꝑda: alias inibi ꝑ sic: & mox ponit̃. ⁋ Cũ suo dño: Philo. nã illi dono datus fuerat pr̃e. ⁋ Vt amittatur: ad redimẽdũ. s. philopo. ⁋ Ipsus plectitur. s. filius a patre egione: quia se ꝑ Philocrate gesserat: ⁋ Is reduxit captum: & fugitiuum uidelicet philocrates secum auexit: & Philopole: & stalagmum seruũ. ⁋ Indicio: Confessione. ⁋ Alium filium: Pægnium nominatum Tyndarum: quem inscius pater iusserat cõpedibus distineri.

ARGVMENTVM.

Aptus est in pugna AEGIONIS filius
Alium quadrimũ fugiens seruos uendidit.
Pater CAPTEIVOS commercatur alios.
Tantum studens ut natum recuperet
Et inibi emit olim amissum filium.
Is suo cum domino ueste uorsa, ac nomine
Vt amittatur fecit, ipsus plectitur.
Et is reduxit captum, & fugitiuom simul,
Indicio quoius alium agnoscit filium.

VALLA.

Romanoꝝ mos.

Aptus est in pugna. exprimis ut Plauto mos est uersuũ litteris: comœdiæ nomẽ annotat̃: in quo noie exprimendo i littera hr̃e p̃positã: q̃ coit in diphthõgon. nã ut tam Priscianus q̃ Quint. in. i. institutionũ docet: ueteres romani ante e i ponebant in diphthongon. ⁋ Aegionis filius subaudi phylopolemus. ⁋ Aliũ quadrimũ. i. quattuor annoꝝ nẽpe tyndarum. ⁋ Seruos uendidit: subaudi stalagmus. ⁋ Vt gnatum recuperet. subaudi phylopolemũ. ⁋ Et inibi. i. interim. ⁋ Amissum filium. subaudi tyndaꝝ. ⁋ Ipsus: subaudi Tyndarus.

PYLADES

Aptus est in pugna unus ægiõis filius. Versu iãbico: trimetro: acatalectico: sex pedibus instructo: constat argm̃ huius comœdiæ: ut cæteraꝝ quoq; poetæ hui⁹ argumẽta cõstãt. Comœdia ipsa captiui appellat̃: id qđ ex primis uersuũ istius argumẽti elemẽtis noscit̃: eo aduerso: q capteiuei scribit̃ ꝑ captiui: nã utrobiq; ei. diphthõgus græca pro i uocali nr̃a lõga posita est. Hmõi igit̃ est argm̃. Aegio ætolus ciuis duos habuit filios: quoꝝ natu maior Philopolemus: minor Pægniũ dictus ẽ: hũc q̃drimulũ Stalagmus ægiõis seru⁹ surripuit: fugiẽsq; ab hero illũ secũ ductũ uẽdidit in aulide Theodoromedi polyplusio. Is theodoromedes emptũ seruũ donat Philocrati eiusdẽ ætatis filio suo: pægniũq; ip̃m: mutato noie: Tyndaꝝ uocat. Per tp̃is iniectionẽ: quũ Aulidẽses cũ ætolis bellarent̃: captus in pugna fuit alter ægiõis filius Philopolemus: uẽditusq; Mænarcho cuidã medico: sorte uices rerũ redẽte: capti pariter sũt ex Aulidẽsibus multi: Aegio ut suũ redimeret captũ filium: nã de altero minore abducto iam despauerat: mercabat̃ quotquot poterat captiuos aulidẽses: id unũ studens: ut mercaret̃: atq; emeret aliquẽ nobilẽ: cũ quo ꝑ ꝑmutationẽ suũ captũ philopolemũ redimeret. Emit itaq; ex ꝑda ab ætolis fcã duos nuprime captiuos aulidẽses: Philocratẽ uidelicet: & Tyndarũ: a qb⁹ cõœdię nomẽ iditũ. Hoc pacto nesci⁹ senex surreptũ olī sibi quadriamulũ filiũ emit: isq; ignarus suo pr̃i seruitutẽ seruit. Ambo hi dolũ hũc iter se cõfingũt: ut q philocrates herus est tyndarus noiet̃: & q Tyndarus seruus appellet̃ philocrates: ac uestes sibi inuicẽ mutãt: ut sic ab ægiõe uenia cõcedatur

cõcedat abeũdi in aulidẽ philocrati: ſubnoĩe tyndari: q cũ theodoromede agat: ut ægiõis filius captus philopolem⁹ redimat: atq; ad ægionẽ mittat: & ꝓ eo ipſi ambo liberent. Data uenia abeũdi philocrati: quũ ꝑ Ariſtophõtẽ alium captiuũ aulidenſem paulopoſt ægio ſibi data uerba cõpiſſet: amiſſumq; a ſe fuiſſe philocratẽ herũ ꝓ ſeruo tyndaro: Tyndarũ domi relictũ male agit: cõpeditũ in lapidicinas mittit: & miſeris uexat modis. Interim reuerſus ex aulide philocrates: ſecũ duxit philopolemũ captiuũ: & ſtalagmũ fugitiuũ ſeruũ: cuius cõfeſſiõe cognitũ eſt: Tyndarũ in lapidicinas relegatũ eẽ ægiõis filiũ. Hæc eſt uera totius cõœdiæ materia: in q̃ explanãda Io. Baptiſta pius interp̃s amẽtiſſimus: ut ſæpe alias: ſic & nũc inſaniẽtis imaginẽ præ ſe ferẽs: inqt Stalagmũ quadrimulũ Tyndarũ aſportatũ in aulidẽ medico Menarcho uẽdidiſſet: nã id ꝓrſus falſum eſt: quũ Theodoromedi polyplufio: nõ medico Menarcho tyndarus fuerit uẽditus: ut diximus: & ꝓlogo huius comœdiæ diſcit. ¶ Vnus ægionis filius: addẽda fuit dictio unus: q in oĩbus ferme codicibus deeſt: ſi metricæ rõni: & ſnĩæ ſatiſfactũ uelimus. Deficeret. n. pes unus uerſui: & qnq; incederet: cui ſex oĩno debent: ꝑterea ſnĩæ quadrat unus ſcribere: quũ ſequat: aliũ q̃drimũ: id q̃d Pius interp̃s loquax nõ uidit: nec ẽt Sar. ut q nullã caris rõnẽ tenẽt: Vnus igit ægiõis filius: hoc eſt philopolem⁹ q̃d nomen a poeta fictũ eſt ex re: q̃m belli amator eſſet. φιλος. n. amãtẽ ſignat: & πολεμος, bellũ. ¶ Quadrimũ: quattuor annorũ. Dicimus. n. bimũ: trimũ: & q̃drimũ: & ꝑ diminutionẽ bimulũ: trimulum: & q̃drimulũ: ꝓ eo q̃d eſt duorũ: triũ: & q̃ttuor annorũ: & ab eis bimatus: trimatus: & quadrimatus fit ꝓ ſpacio duorũ: trium: & quattuor annorũ. Anniculus aũt dr̃: qui eſt unius anni: & hæc rectius: q̃ uniennis: biennis: triennis: q̃driẽnis: qbus fere nõ utunt: q eleganter loquuti ſunt. ¶ Aliũ quadrimũ: pægnium. ſ. ¶ Seruus: Stalagmus. ¶ Vẽdidit. Theodoromedi polyplufio. ſ. in aulide. ¶ Pater captiuos cõmercat plurimos. Et hic uerſus a Pio: & Sar. cõmentatoribus nõ aĩaduerſus ita ſcribi debet: & plurimos: nõ alios legi: tum uerſus ipſius rõne: qui nõ conſiſteret: ſi alios legeres: tum ex ſnĩæ ordine: qñ o. n. alios cõmercari dicet captiuos: qui nundũ quẽq̃ cõmercatus ſit: nã q̃d ait Sarra. cõmercat alios. ſ. philocratẽ: & ipſum pęgnium: deliria ſunt: ſi ad ſequẽtia reſpexeris. ¶ Tm̃ ſtudẽs ut natũ recuperet ſuũ: philopolemum. ſ. nã de altero quadrimo amiſſo nulla ei ſpes relicta erat: ut ꝓdiximus addẽdaq; fuit dictio ſuũ in fine uerſus: cui pes unus defuiſſet: & ita antiq codices hñt: q̃d interp̃tes nr̃i belliſſimi nõ uiderũt: mutilũ interim uerſum legẽtes. ¶ Et inibi emit ſibi olim amiſſum filiũ. Inibi. i. inter iſtos plurimos captiuos: quos cõmercatus eſt: ſignificat. n. inibi in eodẽ loco: uel in eadem re. Apul. Multa inibi dicta ſunt. Au. Gelius. Atq; inibi ꝓbe: ut plecterer fuit: alias inibi: pro ſic: & mox ponitur: ut inquit Nonĩ. Cecilius: liber ne es? nõ ſum: uerũ inibi eſt: ubi inibi ꝓ ſic poſitũ eſt. Plau. Nos domũ ꝑperamus: uos inibi adeſſe: ubi inibi ꝓ mox accipitur. ¶ Sibi amiſſum. i. a ſe amiſſum: addendaq; fuit dicto ſibi metri neceſſitate: qui uno pede mancus incedebat: quod itẽ nõ aduerterũt iam dicti interp̃tes. ¶ Is ſuo cũ dño. Is. ſ. olim amiſſus filius: hoc eſt pægniũ: qui tyndari nomẽ ſũpſerat. ¶ Vt amittat: dñs. ſ. ideſt dimittat abire in aulidẽ. ¶ Ipſus plectit: qa manicis uinct⁹: & cõpedibus in lapidicinas miſſus eſt. ¶ Et is reduxit. Philocrates: qui amiſſus fuerat pro tyndaro: reduxit philopolemum ægionis filium in bello captum. ¶ Et fugitiuũ: Stalagmũ ſeruũ. ¶ Indicio cuius. Stalagmi. ſ. ¶ Alium agnoſcit filiũ: quẽ ignotũ ſibi ſenex in lapidicinas plecti iuſſerat.

PROLOGVS.

Hos quos uidetis ſtare hic CAPTeiuos duos,
Illi qui ſtant, hi ſtant hic ambo, non ſedent.
Vos, uos mihi teſtes eſtis me uerum loqui.
Senex qui hic habitat AEGIO eſt huius pater.

SARACENVS. Vos q uidetis ſtare captiuos duos: iam dictos. ſ. Philocra. & Tyn. quos emerat egio ex hoſtiũ manubiis: ut horũ cõmutatione filius captus Philopolemus redimeretur. ¶ Huius. ſ. tyndari: qui alter captiuorum erat.

VALLA. h Os quos uidetis ſtare. hic ꝓlogus. ſtare erectos eſſe. nam & ſtare obfirmari: ut ſtat ſonipes: & frena ferox ferocia mandit: inde ſtabulũ: ubi iumenta: & ſtatio: ubi milites ſtant inſtructi: a quo multa cõpoſita: ut inſtare urgere. & proſtare pro precio ſtare: ſicut obſtare obſiſtere.

PYLADes. Hos: quos uidetis ſtare hic captiuos duos. Eodẽ gñe carminis hic ꝓlogus eſt: quo & iam expoſitũ argm̃: in quo introducit unus ex hiſtrionibus: argm̃ oẽ clarius: atq; apertius expoſiturus. Adducti fuerant aũt ab hiſtrionibus in ſcenã captiui duo: quorũ alter Philocrates: alter Tyndarus ab eis uocabat: quos ibi ſtãtes auditoribus oñdebant: Vt igit beniuolentiã hic hiſtrio primũ ipetret: & ſic attentiores faciat audientes: a quodã ludicro ꝓloquio ſic incipit. Hos quos uidetis. Alii ſcribunt: uos quos uidetis: ſed antiq codices: hos hñt: non uos hic ſenſus: hi duo captiui: quos uobis ſtantes in ſcenã ꝓtuli: ſtant: ut uidetis: & nõ ſedẽt: ludit. n. in uerbo ſtant: cuius cõtrariũ eſt: ſedent. nã ſtare: & ſedere cõtraria ſunt: ꝑter alias uerbi ſignificatiões: de qbus ſtatim dicemus. Ordo eſt. Illi hi duo captiui: qui hic ſtant: quos duos hos captiuos hic uidetis ſtare: hic ſtant ambo: nõ ſedẽt. Et in ſecundo uerſu addendũ fuit hic: ante dictionem ambo metri neceſſitate: aliter. n. uerſus defeciſſet uno pede. ¶ Stare: ut diffuſius in uocabulario noſtro diximus: eſt conſiſtere. Virgil. Stare loco neſcit: permanere: uel durare. Mart. Vnaq; iam tota ſtabat in urbe domus: erectum eſſe. Virgi. Obſtupui: ſteteruntq; comæ: & ut hoc loco poſitum eſt: ut Omnis in aſcanio cari ſtat cura parentis: præſtitutum: uel præfixum eſſe. Idem: ſtat cuiq; dies: prominere. Idem: Stat ferrear turris ad auras. Lucilius. Hic corpus ſolidum inuentas: hic ſtare papillas: pectore marmoreo: horrere. Virgil. Iam puluere cœlum ſtare uident: in animo eſſe. Idem. Stat conferre manum: & Stat caſus renouare omnes: adeſſe. Idem. Stat ſonipes: & frena ferox ſpu. m. conſtare: uel in precio eſſe. Gellius. Magno ei ſtetit ea nocte abſentem fuiſſe. Seneca. Tanto ei ſtetit improuiſa urbanitas: eſſe. Plautus. Stabat in portu nauis. Apul. Dum forte ſtarent in taberna ludentes. Quem autem ordinem huius littere Pius interpres facit inquiens: Ordo. Vos eſtis mihi teſtes: me uerum loqui. ſ. hoc: captiuos duos: quos uos uidetis ſtare. i. qui ſtant hic. Illi qui ſtant dictum per parẽtheſim: neq; ꝓbamus: neq; ingenioſo cupiam placiturum putamus. Vos uos mihi teſtes eſtis: me uerum loqui: addendum fuit uerbũ eſtis ex codicibus antiquis: & ſenſus: ac metri neceſſitate: uerſus. n. quinis tantum pedibus interceſſiſſet: quod interpretes noſtri Pius & Sarra. non aduerterunt: patetq; ex hoc: non ſcribendum eſſe: uos uolo mihi teſtes: ut in probis codicibus ſcriptum eſſe Pius refert: nam duo illa uerba uolo: & eſtis: minime cõuenire poſſunt. Eſt autem per anadiploſim dictum uos uos: ac ſi diceret uos ipſi. ¶ Huius pater: huius. ſ. tyndari.

Philopolemus. Inibi. Stare.

SARACE NVS.

℄PATRI huiuſce:Philocra.alterius captiui.⁋ Negat ille ultimus:Qui in fine theatri uerba recitatoris non percipiebat.⁋ Hiſtrionẽ cogis mendicarier:Nã ſtando:impedimẽto erat hiſtrionibus: qui nequibãt perſonatũ cũ decoro peragere:& ꝓpterea mendicari.i.impeditos uagari cogebanť:uel cũ nõ recte feciſſent exploſi:mendicabãt: quod nõ æque placet.⁋ Me nõ rupturus: Vt.ſ.ex clamore:& uoce ſublata:rumpanť inteſtina.⁋ Vos qui poteſtis ope uр̃a cenſerier: Applaudit ditioribus:& potẽtioribus:qui ſuiſmet cenſeri opibus poſſent:nã aut cenſebanť per capita:& dicebantur capite cenſes:qa nullo.aut paruo ære cenſerenť:aut cenſebanť ære a cenſoribus:cũ diuites eſſent:ſecundũ quã cenſiõem tributa pendebant: unde cenſus num mus:uel poteſtis ope ueſtra cẽſerier: hoc eſt pp opes eſtis in extimatione:& precio:nã cenſeri ꝓ eo qñq; capiť: quod eſt in precio & extimatiõe hẽri:in q̃ ſignificatiõe locutus eſt de uirtute Seneca:uirtus ingẽs ſup iſta cõſiſtit: ſuo ere cẽſeť.

Cenſio ſeu cenſus qd ſit.

VALLA.

℄QVI hic habitat:habet domiciliũ. nã cũ ſit uerbũ iteratiuũ ab habeo: id frequenter hẽt qs: ubi habitat.⁋ Seruiat ſuo ſibi patri. Duobus ſignificat ipſum ſeruire: & ſuo patri: & ſibi.ob hoc.n.futurus liber:quia filiuſfamilias a patre cognoſciť.⁋ Apud uos ꝓloquar. p̃cæteris dicam.nã ꝓlogus ꝓloquiũ quoddã eſt: unde etiã qđ gręci axioma latini tam ꝓloquiũ q̃ effatum dicunt.⁋ Filii nati duo.phylopolemus:& tyndarus.⁋ Alterũ quadrimũ.tyndarum.nam ut anniculus unius anni: bimus duorum: trimus trium:ita quadrim⁹ quattuor annoꝝ.⁋ Hinc ꝓfugiẽs.diuerſa petẽs loca:uñ ꝓfugus:ut a Vir.æneas dř.& Hor.ꝓfugos ſcitas appellauit:qđ crebro domicilia mutent.⁋ Patri huiuſce.ſubaudi medico menarco.⁋ Eſt ubi ambules.i.ultro:citroq; mees:qđ nõ de aĩalibus mõ:ſed ẽt Cato in rebus ruſticis:ubi naues ambulãt:dixit.⁋ Cogis mẽdicarier.pathos pagoge. iõ ãt mẽdicari hiſtrionẽ dixit: qa ex fabularũ recitatiõibus uictũ ducit.⁋ Nõ rup.ſum:ꝓ interrupturus ſubaudi fabulam.⁋ Ope ueſtra:opulentia qm̃ ex opibus ptãs oſtenditur:& auxilium.notius.n.eſt in ſingulari opem ſignificare auxilium.⁋ Opes uero in plurali diuitias:q̃ ut pluribus debeat exponi.⁋ Cenſerier:quia alii ęre cenſi:alii capite cenſi.⁋ Alieno uti nihil moror: ideſt alienam rem in uſum meum nolo uendicare.Hoc ideo dicit:qm̃ empta erat fabula: ut recitaretur.

Profugus q

Sed is quo pacto ſuo ſibi ſeruiat patri,
Id ego hic apud uos proloquar,ſi operam datis.
Seni huic fuerunt filii nati duo.
Alterum quadrimum puerum ſeruos ſurripuit.
Eumq; hinc profugiens uendidit in AVLIDE
Patri huiuſce iam hoc tenetis? optumuſt.
Negat hercle ille ultimus, accedito.
Si non ubi ſedeas, locus eſt,eſt ubi ambules.
Quando hiſtrionem cogis mendicarier.
Ego me tua cauſſa(ne erres)non rupturus ſum.
Vos, qui poteſtis ope uoſtra cenſerier,
Accipite reliquom.alieno uti nihil moror.

PYLADẽs

℄SED is:quo pacto ſuo ſibi ſeruiat patri.Ita ſcribẽdus eſt metri neceſſitate:nõ ſeruiat ſuo ſibi:qa abũdaret uerſus.⁋ Huiuſce patri.ſ.philocratis alterius captiui:& ita ſcribi uerſus quoq; neceſſitas poſtulat: nõ pr̃i huiuſce:ut legunt interp̃tes p̃dicti cõtra metri rõnẽ.⁋ Sed negat hercle:ſe illic ultimus:ſ.teneret:& ita ſcribẽdũ eſt: ſi metri rõ habeať: nõ:negat hercle ille ultimus:qa quattuor tm̃ pedibus incederet uerſus.⁋ Accedito.i:priorſum uenias.⁋ Si non:ubi ſedeas: Senſus eſt ſi nõ erit locus:ubi ſedeas: quũ priorſuʒ ueneris:erit ubi ambules:qa.ſ.in area ſcenæ: uel eũdo huc:& illuc:dũ ſedẽ q̃res:ambulare poteris.⁋ Qñ hiſtrionẽ cogis mẽd.i.qñ ꝑ te nihil hiſtrioni porrigentẽ:hiſtrio ipẽ mẽdicare cogiť.Et ſic oſtẽdit:illũ ultimũ:q negauerat ſe intellexiſſe:infimũ:& pauperẽ eſſe: & nullũ emolumẽtũ hiſtrioni cõferre ſolitũ:cuius iccirco parui faciẽda erat gr̃a:& ppea nullũ aſſumere laborẽ uolebat hiſtrio: in inuenienda ei ſede:poſſet & alter ſenſus elici: hoc mõ:qñ hiſtrionẽ co.mẽd.i.poſteaq̃ ad hoc deuenimus.ut cogas me hiſtrionẽ mẽdicare te auditorẽ:& uocare:ut accedas ꝓpitius:qa nõ bene perceperis:q̃ dixi.Deinde ueluti ira percitus inqt.⁋ Ego me rupturus:ne erres:cã nõ ſum tua.Hic uerſus ita ſcribẽdus eſt nr̃a ſn̄ia:,tũ ex cod.antiqs:tum ex cõgruitate ſn̄iæ:& metri rõne.Nã id maxime liquet:uocẽ exertiſſime emiſſam.hoies plærũq;:nõ mõ ad raucitatẽ: ſed ẽt ad rupturam ſcroti inducere:id qđ ſignificare uoluit profecto:nõ aliter q̃ ẽt in mercatore:acanthio dixit ex curſura afflictus:tua cã rupi ramices:iam dudũ ſputo ſanguinẽ.Et nõ ſcribendũ eſt:renes:ꝓ ne erres:ut Pius corrigit inſulſe nimis:& frigide inquiẽs.Ego renes lego:uox.n.exertiſſime emiſſa qñq; officit lateri:qd.n.hñt renes cũ latere:uel quis renes unq̃ rupiſſe ex clamore auditus eſt? portenta ſunt hoĩs temerari uerba hmõi.Senſus eſt igitur:ut dictũ eſt.Accedito propius:ſi a lõge ſtans:audire nõ potes.Et ſi locus tibi nõ fuerit ad ſedendũ:ambulato:ego.n.eũ laborẽ inueniẽdi tibi ſedem aſſumere nolo:quũ nulli uſui mihi ſis:neq; per te nõ mẽdicare poſſim:uel ut diximus: ueluti per parentheſim: qñ me hiſtrionẽ cogis:auditorẽ te mendicare.Nam altiori: atq; exertiſſima uoce clamare nolo tua cã: ne me diſrumpam.Mendicarier ꝓ mendicare ponebãt antiq:ut Noñ.aſſerit:& mendicabulũ ꝓ mendicatione.Plau.in aul.memorare nolo hominũ mendicabula.⁋ Vos qui poteſtis.i.uos aũt alii:quos merito multifacere:& in precio hr̃e poſſum.⁋ Ope ueſtra.i.auxilio & fauore:quẽ mihi præſtatis:uel qui ope ur̃a in rẽpu.poteſtis æſtimari:& magnifieri.⁋ Accipite reliquum.ſ.huius argumenti.⁋ Alieno uti nihil moror.i.nihil curo uti hoc alieno:& infimo hoie:qui dixit ſe nõ intellexiſſe:ad fauorẽ mihi cõciliandũ:qm̃ uos ditiores:& nobiliores ii eſtis: qui mihi ſuffragari poteſtis: quũ fabulã recitauero:laudãdo.ſ.actionẽ:& applaudẽdo.⁋ Cenſere:ut Noñ.inqt:eſt exiſtimare: uel arbitrari. Quadrigarius annaliũ li.vi.Ne nos certationẽ cenſeas hæc incœpiſſe.Plau.in rudẽte. Nõ uidiſſe undas maiores cenſeo. Et ſuccenſere. Varro:in caprino p̃lio:ne uobis cenſeam:ſi ad me referetis.Significat ẽt cõſtituere: & deliberare:ut qđ ſenatus cenſuit:oẽs approbant.Et cenſeri ꝓ eo:qđ eſt in æſtimatione haberi accipiť.Mar.Hic duo lõgeuo cenſenť neſtore fundi:& alibi.Cenſeť appona liuio ſuo tellus:& ſic hoc loco accipi põt. A cenſeo uerbo cenſus deduciť: hoc eſt æſtimatio rerũ & bonoꝝ facta:ſecundũ quã tributa pendebanť. Vnde cenſum agere eſt recenſere hominũ facultates:& inde cenſores appellati:qbus ab initio cura data fuit:ut cenſum agerẽt pp diuturna bella intermiſſum a cõſulibus uariis bellis implicitis:curaq; deinde moꝝ:ac diſciplinæ romanæ huic magiſtratũ tradita eſt.Et a cenſore cenſura: ſicut a prætore prætura:& quæſtore quæſtura deducitur:qm̃ aũt cenſores in corrigendis moribus ſeuiores erant:cenſura interdũ pro ſeueritate:interdum pro correctione:decreto:& lege accipitur.Eadẽ & cenſio appellať:& a cenſore

Mendicarier.

Cenſere.

etiam

etiā censoriū uirū dicimus:& censoriā authoritatem:ac munus censoriū. Census ēt adiectiuū est interdū:& sigñat eū: de cuius bonus census factus est:unde capite censi dicti:quibus census erat:aut modicus: aut nullus: uel certe nō amplior trecentoꝝ septuagintaquinq; æris:quū proletarii essent:qui mille qngenta æris in censum deferebant: his aūt nomen impositum est a munere:officioq; prolis edendæ:ꝙ quū re familiari parua minus possent rempu. iuuare: sobolis tñ gignendæ copia ciuitatē frequentarent: ut inquit Gel. xv. noctiū atticarum.

SARACENUS.

Fugitiuos ille, ut dixeram ante, huius patri
Domo quē profugiēs dñm abstulerat, uendidit.
Hic postq̄ hunc emit, dedit eum huic gnato suo
Peculiarem, quia quasi una ætas erat.
Hic domi nunc seruit suo patre, nec scit pater.
Enimuero Di nos, quasi pilas, homines habent.
Rationem habetis, quo modo unum amiserit.
Postq̄ belligerant Aetoli cum aulidis,

¶ FVGitiuus ille: repetit rursus q̄ dixerat: facta digressiōe. ꝑ Huic gna. suo: Philo. ꝑ Peculiarē: ꝑpriū: & ad ipsius obsequiū. ꝑ Di nos q̄si pilas hoīes habēt: Ondit fortunę mutabilitatē:nā huc atq; illuc iactant hoīes ꝑut fortunæ flactus sufflauerat: scite igit Iuue. nos sic iactari dicit quotiens uoluit fortuna iocari: huc quoq; tēdit illud Hor. fortuna sæuo læta negotio:& ludū insolentē ludere ptinax:trāsmutat icertos honores:nūc mihi nūc alii benigna. ꝑ Aetoli cū auli. De ætolis plura Strabo inqēs ex ephori snia: ætoloꝝ gentē nūq̄ alienæ ditiōi fuisse subiectā: a ppłationeq; iuiolatā pmāsisse pp locoꝝ asperitatē: & reꝝ bellicarū pitiā in ętolia: nunc ꝑcipua urbs naupactos: aulis: est in euboico sinu portus: ora quidem lapidosa: huc græci cōiurati in troianos conuenerant: non ante reuersuros q̄ troia caperēt: id quod Virgiliana dido sua querella testat: nō ego cū danais troianā excidē gentem: aulide iuraui.

Fortunę uarietas.

Aetolorum præcipua urbs.

VALLA.

¶ FVGitiuus ille. stalagmū dicit seruū. nā de seruo fugitiuū dicimus: sicut trāsfugā appellamus: q ptes suas deserit: & se ad diuersas recipit. ꝑ Hic postq̄. hic. i. theodoromedes. ꝑ Hūc emit: tidarū. ꝑ Dedit eū huic. tyndarū phylocrati. ꝑ Peculiarē. ꝑcipuū: uñ & peculiū utrūq; a pecudibus: a qbus ēt pecūia dcā: qm ueteres: aut opes suas ex pecudib9 habuere: aut ex locis. i. fūdis: uñ & locuplex. ꝑ Seruit suo pri. ægiōi. ꝑ Est uero. i. ueritas hęc ē: ut dii nos loco pilaꝝ habeāt: & interpūctim legēdū est uero. ꝑ Rōnē ha. i. cām: qa nulla cā sine rōne. ꝑ Cū aul. & aulidus: & aulidēsis dr.

Peculiu; unde dictum.

PYLADes Poletarii.

¶ FVGitiuus ille: stalagmus. s. repetit duobus uersib9: qd prius loq cœpat: & dixerat. ꝑ Hic postq̄ hūc emit: hic pr. s. philocratis: nā dixerat supius: uēdidit in aulide huiusce pri. ꝑ Peculiarē ꝑpriū: ꝑcipuū: dcm est in asinaria qd sit peculiū: & qd peculiare. ꝑ Hic do. nūc seruit. Ita scribi metri necessitas cogit: nō aūt scribēdū est: hic nūc domi seruit: qa abūdaret pes unus uersui: qd nō aspexerūt Pius & Sar. iterptes somniculosi: sed hoc minimū uideri pōt: ad id: qd seqt. Legūt hmōi insulsi: & ignauissimi Plauti iterptes sequētē uersū. Est uero dinos: quasi pilas hoīes hñt: sic. n. Sar. inqēs: ostēdit fortunæ mutabilitatē: nā huc atq; illuc iactant hoīes: ꝑut fortunæ flatus sufflauerit Pius aūt legit. Est uero dinos q̄si pilas hoīes hñs: & inqt. Dinos ꝑcella: uertigo: fortunæ mutabilitas: desultoria: repete q̄ annotauimus in asinaria: hæc ille. Sed & idē delириū plęrosq; lraꝝ ꝑceptores cæpit: ut dinos ꝑ peruersiōe: & fortunæ mutabilitate hic accipiēdū putēt: cōtra ueteꝝ codicū scripturā: & rectā elocutionē: ac clarissimū sensum. Hñt nāq; antiq codices: e uero dii nos: &c. Illa aūt lra e cū iota in uertice scripto: ꝑ. n. posita est: qd rudes lectores nō intelligētes: atq; i lram ꝑ apice: quē titulū dicūt accipiētes: ꝑ. n. est: legūt. Et cū nō subeat clarus: neq; satis aptus ullus sensus: legēdū est uero: qdā ibi pūctū faciūt: & referūt ad illuc: hic domi: nūc seruit suo pri. nec scit pr: est uero: q̄si dicat: nec scit pr ē esse illius patrē: est uero. Alii in qbus sunt interptes hi nři sensum hmōi utpote incōcinnū nō admittētes: dinos unico uocabulo legūt ꝑ fortunæ mutabilitate & uertigine: qa uiderint in uocabulario illo græce: & latine impsso: qñqdē ulterius ꝑgressi nō sunt: δῖνος aeris turbinē: & uertiginē: ac tornū signare. Et qa neq; sic elici pōt cōgruus satis intellꝰ: Pius ipse audacior legit hñs ꝑ hñt: cōtra oīum codicū scripturā: ut sit aliq̄lis uerisimitudo sensus cōgrui: quū dixeris: Est uero dinos: hoc est fortunæ mutabilitas: & uertigo hñs hoīes quasi pilas. Sed ualeāt expositores hmōi ἄμουσοι. hoc est inelegātes: & incōcinni: cū suis inauditis: & dānandissimis inuentis: puerilisq; interptatiōibus: & nos cū rectissima antiquoꝝ exēplariū scriptura: & cū absolutissimo sensu legamus. ꝑ Enimuero dinos q̄si pilas hoīes hēnt. i. ꝑfecto dii de nobis homūcionibus: ueluti de pilis ludū faciūt: ac quēadmodū pilæ sursum: deorsumq; iactant: sic nos illi iactant: & uertūt: nūc e liberis seruos faciētes: nunc e seruis liberos: q sensus uti rectissimus: & uerissimus: infra quoq; a poeta tangit. & q̄si iterat: quū inqt. Ita nūc ignorās sua sibi seruit patri homūculi q̄ti sunt quū recogito: hanc aūt recognitionē & interptationē nostrā doctoꝝ iudicio: ut cæteras oēs subiicimus. ꝑ Postq̄ bel. ętoli cū aul. Hic quoq; est alter inueteratus usq; adeo error: ut radices altius defixerit: ac legētes pene oēs secum ꝑcipites in tenebras detraxerit. Legūt. n. oēs: nedū Pi9: & Sar. iterptes nři: sed & cæteri lraꝝ ꝑceptores: cū aulidis: quē qdē sextū casū płatiuū si rogētur: uñ trahāt: eligues: ac mutos illico futuros nō dubitāus: ut q re ipsa necūde recte deduci auditū sit: nisi uel ab aulida: uel ab aulidus ntō singulari trahat: q qdē noīatiui ab oī sūt penit9 latinitate absōi. Pręterea uersus claudicaret: si aulidis legas: qnq; tm pedibus fultus: quū sex hre debeat: ꝑinde tu; metri rōne: tū latini sermonis nitidiori puritate: aulidēsibus corrigendū putauimus: & hic: & infra duobus aliis locis: ubi aulidis scriptū erat: nā quēadmodū a phocis phocēsis: a chalcis chalcidēsis: sic ab aulis aulidēsis deriuatiuū meliori: atq; usitatiori deductiōe trahit: & uersus suis pedib9 cōstabūt: Aetoli ppři fuerūt nō lōge a sinu corinthiaco in Achaia: de qbus Strabo multa scribit: eā gētē inqēs nūq̄ alienæ ditioni fuisse subiectā: a ppłationeq; inuiolatā pmāsisse pp locoꝝ: asperitatē: & reꝝ bellicarum peritiā. Aetoliā regionē Stephanus author græcus in suis ethnicis inqt ab ætolo endymiōis filio appellatā: q fugiēs a Pisa salmonei inhabitauit eā regionē: quū prius hyantis uocaret. Fuit & ætolia urbs in peloponneso: ut idē Steph. ait: quā inter urbes laconicas Androtion cōnumerat. Porro in ætolia regiōe: ꝑcipua urbs fuit Calydon: ut apud gręcos legit in magno etymologico. Nūc aūt Naupactus ē ei9 regiōis illustrior. Aulis aūt: ut Suid. scribit: & in magno quoq; etymologico legit: urbs est boeotica: sic dcā: qa illic græci in troiā ꝑfecturi castrametati sunt: & tentoria posuerūt αὐλὶς. n. tentoriū significat. & αὐλίζομαι. moror: pnocto: castrametor. Strabo aūt lib. ix. Lapidosam esse oram Aulidem dicit: & tanagræoꝝ uicum: portū habentē qnquaginta nauiū capacem: Quocirca Græcoꝝ classem magno in portu: quē ꝑfundū uocant: nō longe ab aulide distantē consedisse uerisilius existimare. Nā qd Pius interps somniat:

Aetoli.

Calydon.

dicens: Aulis insula graeciæ:finitima ætoliæ tm̄ a uero distat:quātum ipsa ætolia:atq; achaia ab euboea dignoscitur abesse:qd̄ sane nō minus existimamus stadiis quattuor mille futurum maritimo illuc transitu profecturo.

SARACENVS.

¶DE Quæstoribus: Dicti sunt q̄stores publicæ pecuniæ q̄sitores qui & maleficiis inq̄rēdis pręesse solebant: & quasi a q̄onibus exercendis: q̄stores dici Varro uult:uerba sunt Pomponii de origine iuris:deinde cū ærariū pp̄li auctius esse cœpisset:ut essent: qui illis p̄essent:cōstituti sunt q̄stores:qui pecuniæ conseruandæ p̄essent dicti ab eo:qd̄ inquirendæ:& cōseruandę pecuniæ cā creati erant: & q̄a diximus de capite: cuius romani iniussu pp̄li nō erat lege permissum cōsulibus ius dicere:ppea quæstores cōstituebant̄. a pp̄lo: qui capitalibus rebus p̄essent.hi appellabant̄ quæstores patricidii:quoq̃ etiam meminit lex duodecim tabularum & mentio habita est in amphitrione.

Quæstorū auctoritas qualis.

VALLA.

¶VT fit.Vt fere fieri solet.¶ Alter filius.phylopolemus.¶ Cæpit:subaudi ægio.¶ Mutet suum.p per mutet:est ergo apheresis:pathos philopolemū dicit.¶ Illum captiuū.tindarū.¶ Qui domist.cū philocrate.¶ De summo loco.de summa p̄genie: & amplissima familia.¶ Eqtem aliū. Aristophontē dicit.¶ Nihil precio par sit.i.oēm facit impēsam.¶ Recōciliare.Cōciliamus nouos: recōciliamus ueteres inqt Donatus.ergo recōciliare redire ad patrem.¶ Emit hosce.phylocratem & tyndarū. Ambos de questoribus Pōponius de origine iuris. Deinde cū ærariū populi auctius esse cœpisset:& ut essent:qui illis præessent dicti ab eo:quod inquirendæ & cōseruandæ pecuniæ cā creati erant:& quia ut diximus:de capite ciuis romani iniussu populi nō erat:lege p̄missum est cōsulibus ius dicere:ppea q̄stores constituebantur a pp̄lo: qui in ciuitatibus rebus p̄essent:hi appellat̄ q̄stores parricidii:quoq̃ ēt meminit lex duodecim tabular̄.¶ Hic seruus.tindarus.¶ Suū herū.phylocratē.¶ Illic uocat̄.q est tindarus.¶ Hic.q est philocrates.¶ Libertatis cōpotē:ut uendicet̄ in libertatē.Cōpos.n.qui p̄tātem habet: sicut impos:qui caret p̄tāte.¶ Fratrē seruabit suū.tindarnm phylopolemus.

> Vt fit in bello capitur alter filius.
> Medicus MENARchus emit ibidem in Aulide.
> Cœpit capteiuos commercari hic alios.
> Si quem reperire posiet, cum quo mutet suum.
> Illum capteiuom hunc suū esse nescit, qui domist.
> Et quoniam heri inde audiuit de summo loco,
> Summoq; genere captum esse equitem alium,
> Nihil precio parsit, filio dum parceret,
> Reconciliare ut facilius posiet domum.
> Emit hosce de præda ambos de quæstoribus.
> Hisce autem inter sese confinxerunt dolum.
> Quo pacto hic seruos suū her̄ hic amittat domū.
> Itaq; inter se commutant uestem, & nomina.
> Illic uocat̄ PHILOCRATES, hic Tyndarus.
> Huius illic, hic illius hodie fert imaginem
> Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam.
> Et suum herum faciet libertatis compotem.
> Eodemq; pacto fratrem, seruauit suum.

Compos & & impos q dicatur.

PYLADes

¶VT in bello fit:ut accidere cōsueuit iis:q in bellū eūt:ut.s.capiant̄ aliq̄n̄:& ita scribi metri necessitas cogit:nō ut fit in bello:ut legūt Pius & Sar.cōtra metricā rōnē:q̄a prius pes trocheus esset:in hoc gn̄e carminis nō recæptus.¶ Menarchus: fictū a poeta nomē est medici illius:q emit philopolemū in derisionē illius artis:& exercitii medēdi.μαίνομαι.n.sign̄at insanio:& αρχος princeps.q̄si princeps insaniæ:& sic p æ diphthōgū scribet̄:uel α μένος:qd̄ potētiam sign̄at:q̄si potentū princeps:& diues:uel a μηνις.q̄ dictiōe iracūdia notat̄:q̄si iracundiæ princeps & ueluti furiosus:& hoc utroq; mō absq; diphthōgo scribet̄.¶ Cōmercarier.Ita scribi uersus exigit rō:& nō cōmercari:q̄a claudus incederet:cōmercarier igit̄ p pagogen:hoc est mercādo:& negociādo emere.¶ Qui domist.i.quē domi hēt:tyndarū uidelicet.¶ Captū esse hūc eqtē aliū:addēda fuerūt illa duo uerba:esse hūc:& sn̄iæ cōgruitate: & metri necessitate:nā uersus uno pede claudus incederet:& hūc philocratē demōstrat: quū de tyndaro iam dixisset:hūc suū esse nescit:q domist.¶ Nihil p̄tio parsit:nihil abstinuit effundere p̄ciū: ut filio suo redimēdo caueret:aut opā daret.Parco: ut in asinaria quoq; dixius:& latius in nr̄o uocabulario docuius:plura signat.Et dr̄ a parū:ut puū:ut Gel.asserit lib.iii.noctiū atticarū.ca.xix.q̄si parū tāgo:aut parū curo:pprie.n.pcere est abstinere:& p re adiecta uariis sensibus accōmodat̄ hinc pcere lachrymis est abstinere a lachrymādo:siue par̄ lachrymare.pcere labori:abstinere a labore uel parū laborare:pcere p̄cio:aut pecunię:abstinere ab effundēdo p̄ciū:aut pecuniā:siue parū effundere p̄cium:aut pecuniā. Et hinc aliq̄n̄ p ueniā dare accipit̄:ut pcere errori.i.abstinere ab ultione erroris:siue parū ulcisci:& castigare errorem.Et abusiue p cauere:aut opā dare:ut hic secūdo loco:filio dū pceret Et p deponere.Virgi. Parce metu cytherea.i.depone metū:siue abstine a metu.Et in his oibus significatis cū dtō cōstruit̄. Aliq̄n̄ p desino:& tunc cū infinito infinito iungit̄. Virg.Parce pias scelerare manus.i.desine:& abstine a scelerādo: & polluēdo manus. Q̄nq; p seruo: q̄a ab iis:q̄ seruamus ēt abstinemus:& tūc actm̄ & datiuū recipit.Idē. Argēti:atq; auri memoras: quę multa talēta: Natis pce tuis.Et quū accipit̄ p ueniā dare:ptm̄ facit peperci:alias aūt parsi:q̄q̄ hæc cōfundi interdū ab authoribus solēt.¶ Recōciliare:reducere:cōpare:acq̄rere.Recōciliare.n.est in gratiā restituere:ut fit in iis:q prius amici:iterposita aliq̄ offensa:aliq̄diu fuerint inimici:& postea in pristinā redeūt beniuolentiā:& familiaritatē:a quo recōciliatio. Et est recōciliare:cōpare:& acq̄rere.Quint.Nā & plus authoritatis afferūt ea:q̄ nō p̄ntis gr̄a litis sunt cōpata:& laudem sæpe maiorē q̄ si nr̄a sint recōciliant.¶ De q̄storibus.Quæstores a q̄rendo dicti:ii appellant̄:q publicę pecuniæ q̄rendæ p̄positi sunt:q ut uectigalia exigūt:& ærarii curā h̄nt.Ii quoq; maleficia inq̄rere solebāt: & quasi a q̄onibus exercendis.Quæstores dici Varro ait.Pomponius aūt de origine iuris de q̄storibus sic inq̄t.Deinde quū ærariū pp̄li auctius esse cœpisset:ut essent:q illi p̄essent:cōstituti sunt quæstores:q pecuniæ cōseruandę p̄essent:dicti ab eo:q inq̄rendæ:& cōseruandæ pecuniæ cā creati erant.Legit̄ ēt q̄stores a pp̄lo creatos fuisse:q capitalibus rebus p̄essent:hi q̄stores parricidii nūcupabant̄:quoq̃ lex duodecim tabularū mentionē facit.Quæsitores ēt noiabant̄. Virgi.Quæsitor minos urnā mouet.Præda aūt ois publica:q̄ i bello fiebat:ex hoc ur̄ ad q̄stores deferri solita: q illā publica auctione uēderent:& in ęrariū pecuniā referrēt.¶ De q̄storibus:a q̄storibus.¶ Hice aūt.scribendum est hice. nō hisce:ut legunt interpretes illi ambo rancidi.ce.n.syllabica adiectio est:ut hice:huiusce:hucce:hocce:& in plurali hice: non hisce:nominatiuus est: hisce autem est ablatiuus.¶ Et hic hodie:tyndarum intelligis.

Cōmercarier.

Reconciliare.

Quæsitor.

¶Homunculi:

HOMunculi: quod non sint plane homines: sed a rectitudine mentis: rationeq́ quod est proprium hominis aberrantes. Quid aūt sit homo luculētissime descripsit Apul. cuius uerba: ut ōis sunt ueritate ueriora subtexui: hoies inquit sunt rōnē calentes: oratione polentes: immortalibus animis: moribundis membris: brutis: & obnoxiis corporibus dissimilibus moribus: similibus erroribus: peruicaci audacia. pertinaci spe: casso labore: fortuna caduca: sigillatim mortales: uicissim sufficienda prole mutabiles: uolucri tēpore: tarda sapientia citata morte: querula uita. Nō pertractate facta. Idest non omnibus obuia: & uulgata.

SARACENUS. Homo qd sit.

Reducemq́ faciet liberum in patriam ad patrem
Imprudens itidem & sæpe iam in multis locis
Plus insciens quis fecit, q̃ prudens boni.
Sed inscientes sua sibi fallacia
Ita compararunt, & confinxerunt dolum.
Itaq́ hi commenti de sua sententia,
Vt in seruitute hic ad suum maneat patrem.
Ita nunc ignorans suo sibi seruit patri.
Homunculi quanti sunt quom recogito?
Hæc res agetur nobis, uobis fabula.
Sed etiam est, paucis uos quod monitos uoluerim.
Profecto expediet fabulæ huic operam dare.
Non pertractate factast, neq́ item ut cæteræ.
Neq́ spurcidici insunt uersus immemorabiles.
Hic neq́ periurus lenost, nec meretrix mala,
Neq́ miles gloriosus. Ne uereamini,
Quia bellum Aetolis dixi cum Aulidis
Foris illic extra scenam fient prælia.

VALLA.

IMPrudens. qa tindarū fratrē suū nesciebat. Insciētes. i. nescii qd foret euēturum. Hi cōmenti. i. confinxerunt. Ad suū maneat patrē. tindarus apud ęgyōeȝ. Homunculi. i. miseri hoies: hō: homuncio: humulus: & umululus diminutiua. Hæc res agetur nobis. i. repſentabit̄ utpote histrionibus. nā ut inqt Hor. Aut agitur res in scenis: aut acta refert. Vobis fabula. ut nobis abltūs est. ita uobis dtūs. Nā pertractate. i. diligēter. Immemorabiles. i. nulla mēoria digni. Quia bellum ętolis. Datiuus est ætolis. Dicimus. n. est mihi bellū tecum. bellū in aīo contineť. pliū & pugna ex congressu sunt. Strabo in x. inqt: ætoli & acarnanes inuicē cōtermini sunt: inter quos medius est achelous.

PYLADes

PYLADES ¶ NON Occatorem. Addi opportuit: non ex Marcello: uersum hunc citante: & metri necessitate. nam pes unus uersui deficeret: & legendum est interrogatiue. Tyndarus enim: qui se satorem: & sartorem: scelerum: ac messorem appellari audiuerat: uolens rem in iocum ueluti adducere: ut sic ægionis iracundiam deleniret: non occatorem inquit dicere debebas: prius q̄ sartorem: quum semper occent prius q̄ sarriant rustici: Eo uidelicet ordine colendi: quem & Columella: ut supra sequitur. ¶ Decet innocentem sic seruom. Sic addendum fuit: & metri necessitate: & sententiæ concinnitate. ¶ Sed quid negocii: subaudi est. ¶ Deartuasti: demembrasti: dilacerasti: & scribendum est: deartuauisti: & non deartuasti: ut legit: & commentatur Pius: contra metri rationem: nam quinq; tantum pedibus uersus ambularet: cui sex debentur. ¶ Confecisti: occidisti: necasti. ¶ Et meis fallaciis: addenda fuit dictio meis: metri ratione ita postulante: & sensus congruitate. ¶ Parui id estumo: paruifico inquit quicquid in me seruire potes: etiam si mortem mihi incuteres: dum modo non peream ob scelus: & malefacta: addendum fuit id necessitate metri: quia aliter uersus claudicasset. ¶ At erit mihi hoc factum. Ingenue: & non seruiliter loquentem Tyndarum poeta inducit: in quo utiq; decorum seruauit. ¶ Præoptauisse: præelegisse: optare enim est eligere. Virgilius. Pars optare locum tecto. **Optare.** Ter. Quæ sese optauit parare hic diuitias potius q̄ in patria pauper uiuere. Et optare est cupere: Virg. Egressi optata potiuntur

ta potiuntur troes arena. Scribendum est autem praeoptauisse: tam ex antiquis codicibus: q̄ metri necessitate: & sententiae congruitate: non autem promptauisse: ut legunt interpretes nostri Pius: & Sarracenus.

Ae. Facito ergo ut acherunti ducas gloriam.
Ty. Qui per uirtutem peritat, non pol interit.
Ae. Quando ego te exemplis pessumis excruciauero,
Atq; ob sutelas tuas te morti misero,
Vel te interiisse, uel perisse praedicent.
Dum pereas, nihil interdico, dicant uiuere.
Ty. Pol si istuc faxis haud sine poena feceris.
Si ille huc redibit, & sicut confido affore.
Ar. Proh Di immortales, nunc ego teneo, nunc scio
Quid sit hoc negoci. meus sodalis Philocrates
In libertatest ad patrem in patria. benest,
Nec quisquast mihi, aequae melius quoi uelim.
Sed hoc mihi aegrest, me huic dedisse operam malam.
Qui nunc propter me, meaq; uerba uictus est.
Ae. Vetuin te quicq̄ mihi hodie falsum proloqui?
Ty. Vetuisti. Ae. cur es ausus mentiri mihi?
Ty. Quia uera obessent illi, quoi operam dabam?
Nunc falsa prosunt. Ae. at tibi oberunt. Ty. optumust,
At herum seruaui, quem seruatum Gaudeo,
Quoi me custodem addiderat herus maior meus.
Sed male ne id factum arbitrare? Ae. pessu me.
Ty. At ego aio, recte. qui abs te seorsum sentio,
Nam cogitato, siquis hoc gnato tuo
Tuus seruos faxit, qualem haberes gratiam?
Emitteres ne necne eum seruom manu?
Esset ne apud te is seruos acceptissumus? responde
Ae. Opinor. Ty. cur ergo iratus mihi es?
Ae. Quia illi fuisti, q̄ mihi fidelior.
Ty. Quid tu una nocte postulauisti, & die,

SARACENVS. ℂQVI Per uirtutem perit. In hanc ferme sententiam Cicero in oratio. Neque mors miseranda est: quae ob rem publicam capitur: neque exitium turpe: quod uirtute suscipitur: & notanda ex Plauto est uerborum istorum proprietas: ꝙ plus sit iterire q̄ perire: habes etiam testem Nonium: qui differētiam horum uerborum annotauit: ꝙ perire leuior res sit: & habeat inuentionis speciem. ⸿ Sutellas dolosas: astutias a similitudine suentium dictas. ⸿ Emitteres manu: Liberares qui dicendi modus apud Plautum est frequentissimus. ⸿ Nuperum. Ab eo quod est nuper fit nuperum.

Peron ab intereo i quo differat.

VALLA. ℂVT ACHEerunti: idest inferno: cum sit Acherō inferni fluuius: ab achos: idest moeror: & reo fluo. Dicitur autem Acheron acherontis: & acherus acheruntis: ut trapezus trapezuntis: cerasus cerasuntis: & hydrus hydruntis: ide acherusia tēpla dixit Lucretius. ⸿ Qui per uirtutem peritat non interit. in quibusdam uetustissimis codicibus legimus his duob9 modis. Qui per uirtutem perit: is nō interit. Altero. Qui per uirtutem perit: at non interit: ut sit haec dictio peritat: quae in impressis passim legitur codicibus diuisa: intelligaturq; at pro sed. Nos tamen hoc legentis iudicio relinquimus: ut quā ei magis placuerit: sequatur lectionem. Nonius in uerborum differentiis inquit: perire & interire plurimum differsit: ꝙ perire leuior res est: & habet inuentionis speciem: & nō omnium rerum finem. Plautus in Capti. Qui per uirtutem peritat: non interit. Ergo perire corpore est. Interire rebus omnibus. ⸿ Obsutellas: idest dolo a suēdo ⸿ Et nuperum. Priscianus in tertio. Nuperrimus etiam proferebant antiquissimi: unde aduerbium posuit Cicero in tertio ad Herennium: & quoniam nuperrime dictum est facile memoriae mandatur: qui superlatiuus magis ab aduerbio in er desinente uidetur nasci. Nomen enim positiuum in us definit: ut Capro uidetur nuperus: cuius accusatiuum protulit. Plautus in Captiuis. Recens captum hominem: & nuperum: & nouitium: & bene: ut enim superus: sic enim nuper nuperus debet esse: Liuius in Odyssea. Inferus: an superus tibi fert deus funera Vlysses.

Pereo & intereo i quo differant.

PYLADes ℂFACITO ergo hoc: ut acheronti hoc addere coegit uersus necessitas: cui pes unus defuisset. ⸿ Acheronti: hoc est apud acherontem. & quando mortuus fueris. ⸿ Peritat: is non interit: Is addendum fuit: metri ratione ita postulante: Et scribendum quoq; peritat: & non perit: ut scribit Sarracenus contra metri legem. Nonius differentiam facit inter perire & interire: ꝙ perire leuior res est: & habet inuentionis spem: & non omnium rerum finem: ut interire: quam differentiam hic optime seruauit Plautus: ab illo etiam hoc loco citatus in testem. Illud autem aduertendum: nescios hos Plauti interpretes Pium: & Sarracenum legere Nonii codicem corruptum. scribunt enim speciem pro spem: ignorantes prorsus quid legant: aut dicant. ⸿ Sutelas: dolos: astutias: & fabricas: a suendo dictas: atq; a suentium similitudine: ut Festus ait. Fulgentius autem sutelam astuciam dici ait: quasi subtilem telam: adducēs Plautum in casina: dicentem: possis ne: nec ne: clam sutelis tuis praeripere casinam uxorem. ⸿ Afforet: pro aderit positum uidetur: quanq̄ forem. es. et. praeteriti imperfecti habeat significationem: nisi affore potius legamus: ut sit sensus: & sicut confido affore: hoc est affuturum esse: subaudi ita aderit. ⸿ Proh dii immortales. Aristophōtes rem omnem iam intelligens intra se haec dicit: deductus quoq; poenitentia: ꝙ suis uerbis Tyndaro male factum sit. ⸿ Sed male ne id factum tu arbitrare: tu addendum fuit metri necessitate: quia pes unus uersui defuisset. ⸿ Nuperum: & nouicium: Nuperum quanq̄ a nuper aduerbio factum sit: nomen tamen est: & declinatur: Nuperus. a. um. hoc est recens: & qui a proximo tempore: & pauloante exacto factus est. Sic & Nonius exponit hunc locum citans. Et Priscianus: nuper inquit nuperrime: nomen enim in. us. finit nuperus: teste capro: cuius accusatiuum protulit Plautus in captiuis: Recens captum hominem: nuperum: & nouiciū: ut enim a super superius: sic a nuper nuperus debet esse. Liuius in odyssea. Inferus an superus tibi fert deus funera Vlyxes.

Perire. Interire.

Sutelae.

Nuperus.

Superus.

SARACENVS. ¶NOVIcium. Valde nouum: & incognitum. ¶ Latomias. Graece dicuntur latomię lapidicinę: & ad expressiorem significantiam adiecit lapidarias. Romae latomiae pro loco carceris habitę sunt. ¶ Sesquiopus: idest tantũdem: & dimidium. unde in proportione sesqualtera numerum dicimus continẽtem alium: & ipsius medietatem: ut tres ad duo: & sex ad quattuor: & nouem ad sex: sesqui enim interpraetatur beatus Augustinus in musicis absq; se.

Latomię q̃ dictae

VALLA. ¶ET nouitiũ: nouũ apud te seruũ. Nouitiũ opus dixit Pli. q̃si nuprime factũ: ut serui sunt nouitii: q necdũ satis exp ti sunt: est ãt hoc nomẽ adiectiuũ tã apud Pliniũ q̃ apud iuriscõsultos. Vlpianus lib. xxi. Plærĩq; solẽt mãcipia: q no uitia nõ sunt: quasi nouitia distrahere. ad hod. s. ut pluris uẽdant: p̃sumptũ est. n. ea mãcipia: q rudia sunt: simpliciora esse: & ad ministeria aptiora: & dociliora: & ad oẽ ministeriũ habilia: trita uero mãcipia: & ueterana difficile est reformare. At nomẽ substãtiuũ nouitius pro nuo rudi. Quĩ ti. in prio istitutionũ oratoriaꝝ. At nouitiis nr̃is per quot annos s̃mo latinus repugnat. ¶ In latomias. i. lapidicinas: qa laas lapis dr̃: & tẽno seco. Sesqopus. i. opus: & dimidiũ. sesqdicit̃ se absq;: uñ & sesqualtera proportio: ut triginta ad uiginti: duodecim ad octo. tria ad duo.

Nouitium opus quid

Latomiæ q̃ dicantur

> Recens captum hominem & nuperum, & nouicium
> Te perdocere, ut melius consulerem tibi.
> Quam illi, quicum una puero ætatem exægeram?
> Ae. ergo ab eo petito istam gratiam, ducite
> Vbi ponderosas crassas capiat compedes.
> Inde ibis porro in latomias lapidarias,
> Ibi quom alii octonos lapides effodiunt,
> Nisi quotidianum sexquiopus confeceris,

PYLADes ¶NOVIcius ãt a nouo factũ est: & habet secũdam lõgam: ut a subrepto subrepticius: a subdito subditicius: & similia de qbus in epopeia nostra p̃cipimus: & in aulularia diximus sup uerbo: emissicius. ¶ Qui cũ una puero. i. cũ quo puero: uel scribendũ: a puero: hoc est ab usq; puerili ætate. ¶ Ergo ab eo petito gratiã istã: nõ istam gratiam: naꝫ pes unus uersui deficeret. ¶ Latomias lapidarias: latomiæ græce lapicidinæ dicũtur: hoc est loca: ubi lapides cęduntur sed ad maiorem expressionem addidit lapidarias. Et romæ latomiæ pro loco carceris habitæ sunt: prope tullianũ: ut meminit Varro: qui & Tullianum dictũ ait: quia a Tullio rege additũ carceri: hoc loco: si quis Pium insolentem: atq; audacissimũ nugatorem legat: non minus temerariũ: & insanum deprehendat: q̃ alibi quoq; sæpius: quũ græcã sibi eruditionem usurpat. Tot. n. tantaq; infercit in suas hmõi: futilesq; nugas: ut tanquã pullus tricis iplicitus se extricare nequaquã possit. Garrit. n. primũ de noie lithomias: quo syracusanos appellare carceres asserit: id quod prorsus falsum est: neq; id nomen in tota græcoꝝ lingua depræhenderit. Quod aũt de plutarcho adducit in Nicia: q dicat: ex malehabitis: uictisq; atheniensibus ad asinarã fluuium: quosdã in lithomias cõpactos obiisse: plane mẽtitur: Nam lathomias nusquã in tota Niciæ uita: neq; alibi: ut diximus: auditum est nomen: lapicidinas autem: non lithomias: Guarinus uitæ illius interpres scriptum reliqt: ut oĩbus legere uolentibus patebit. Veꝝ quod tertio loco delirium superaddit dicens. Paꝝ deluxata: demutataq; uoce lithomia gręcis lapicidina nos lathomiam dicimus: nullo ueratro purgãdum existimamus: quum lathomia nõ a nobis: sed a gręcis dicat̃: nos autem lapicidinaꝫ appellamus a lapide: & cædẽdo: non lapidicinam: ut legit Sarracenus: hõ & ipse paucaꝝ litteraꝝ. Facessat ergo larua hæclitterarum Pius: & quum gręcas offenderit dictiones: ne hiscat: ne ue temere in alienam messem falcem iniiciat. Quod si ex nobis discere dignatur: sciat: nõ lithomiã scribi debere: sed lithotomiam. a λιθοσ. quo nomine lapis significatur: & τομοσ incisio. τεμνω enim incido: & scindo significat. unde τομοσ incisio: a quo & tomus urbs in ponto dicta est: quia fertur in illa: membra soror fratris dissecuisse sui: ut inquit Ouidius in tristibus. Huius igitur nominis: hoc est lithotomiæ secunda cum. th. tertia autem cum. t. exili scribenda est: quia λιθοσ. per. θ. τομος autem per. t. scribitur. Sed ut gręcum: & rectũ est nomen λιθοτομια: hoc est lithotomia: non lithomia: ut ille ait: ita & λατομια: idest latomia a græcis: alio nomine pio illi ignoratissimo dicit̃: absq; ulla aspiratione. λας enim: cuius genitiuus est λα. per syncopam flexum nomen a λαας λαοσ: ut in magno etymologico legitur lapidem significat: & τομος icisio: atq; inde λατομια compositum nomen: non aliter q̃ λιθοτομια lapicidinam significat. & λατομος lapicida: non aliter: q̃ λιθοτομος. hęc est uera: ac recta latomiæ deriuatio: ad quam discẽdã altero salis modio Pio illi opus fuerat: anteq̃ de huiusmodi prẽciperet. Quod uero demum addendum censet: scribendum uidelicet esse lithomia: q ob modulatiorem hiatum deducta sit ex lithotomia: quum nullo authore proferat: insaniam est insaniæ supperaddere: eoq; adiecto corolario: q; in Sidoni codice: lathumiis nusq̃ auditam uocẽ inserit & barbaram: quum latomiis ibi scribendum sit. ¶ Quottidianum sequi opus. quottidianum legi debere nos: cẽsemus: ut sit adiectiuum illius nominis opus: non quottidianus: ut corrigit Pius: exponens tu quottidianus: & c. absq; ullo recto sensu. ¶ Sesquiopus. per. s. & non per. x. scribendum opinamur sesqui: nulla enim ratio est: quæ litteram. x. exigat. Hac autem dictione sesqui indeclinabili utuntur arithmetici in proportionibus numerorum significandis: unde dicunt: proportionem sesquialteram: sesquitertiam: sesqquartã: & numeꝝ sesqalteꝝ: sesqtertiũ: & sesquiquartum: & sic deinceps: de quibus Boetius in arithmetica sua mentionem facit: capite uigesimoquarto de superparticulari eiusque speciebus tractans in hęc uerba. superparticularis uero est numerus ad alterum comparatus: quotiens habet in se totum minorem: & partem eius aliquam: qui si minoris habet medietatem: uocatur sesquialter: si uero tertiam partem uocatur sesquitertius: si uero quartam sesquiquartus & c. Ex quibus uidetur dictionem sesqui adiectiuis nominibus numerum denotantibus iunctam: ita a philosophis: & arithmeticis usurpari: tanq̃ compositam: ex secundo: & atq;. Et ita illos ea abuti quasi numerus ille primus & maior: secundo ac minori comparatus: illum atq; alteram: hoc est secundam: & dimidiam ipsius partem: uel tertiam: aut quartam continere dici possit. Quando autem dictio sesqui: uel cum substantiuis nominibus: uel numerum non denotãtibus iungitur: uidetur composita esse: a semis: & q;: & significare totum: ac dimidium: id quod græci ημιολιον dicunt: hoc est dimidium cum toto: ut sesquipes: idest pes integer: ac dimidius: a quo sesquipedalis adiectiuum fit. Persius. Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Martialis. Mentula cui nundum sesquipedalis erat. Iuuenalis. Proiicit ampullas: & sesquipedalia uerba. Sic apud Varronem: sesquimodium: & sesquimensem legimus pro modio integro cum dimidio: & mense itidem cum dimidio:

Tullianũ

Lapicidina

Tomus

Sesqui.

Hemiolion

dimidio:& Columella li.secũdo:sesqoperã dicit:pro opa una integra:& dimidia.& sesqculeus apud eũdẽ est: ꝓ culeo mẽsura cũ dimidio.& sesqculearibus doliis inquit picis duræ pondo uicena que satis.Et sesqplagam Cornel.tacitus pro plaga integra cum dimidia posuit.Sic Plautus hoc loco sesquiopus:pro opere integro cum dimio dixit: Id significans:uelle se:ut Tyndarus duodecim lapides quottidie effodere:quum aliis octo effodi consuetum esset.

Sexcentoplago nomen indetur tibi.
Ar.Per Deos,atq; homines te ego obtestor,Aegio,
Ne tu istunc hominem perduis.Ae.curabitur.
Nam nocte neruo uinctus custodibitur.
Interdiu sub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo,non uno absoluam die.
Ar.Certum ne est tibi istuc?Ae.Non moriri certius,
Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum.
Iubete huic crassas compedes impingier,
Inde extra portum ad meum libertum Cordalium
In lapidicinas facite deductus fiet.
Atq; hunc ita me uelle,dicite curarier,
Ne quid deterius huic sit,q̃ quoi pessumest.
Ty.Cur ego te inuito me esse saluom postulem?
Periclum uitæ meæ tuo stat periculo
Post mortem.in morte nihil est,quod metuam mali,
Et si peruiuo usq; ad summam ætatem,tamen
Breue spacium est perferundi,quæ minitas mihi.
Vale,atq; salue,& si aliter ut dicam,meres.
Tu Aristophontes,de me ut meruisti,ita uale.
Nam mihi propter te hoc obtigit.Ae.abducite.
Ty.At unum hoc te quæso si huc rebit & Philocrate
Vt mihi eius facias conueniundi copiam.
Ae.Peristis,nisi hunc iam e conspectu abducitis.
Ty.Vis hæc quidem hercles,& trahi,& trudi simul.
Ae.Illic est abductus recta in phylacam,ut dignus est.
Ego illis capteiuis aliis documentum dabo.
Ne tale quisq̃ facinus incipere audeat.
Quod absq; hoc esset,& qui mihi fecit palam,
Vsq; offerre natum suis me ductarent dolis.
Nunc certust nulli post hæc quicq̃ credere.
Satis sum semel deceptus.speraui miser
Ex seruitute me exemisse filium.
Ea spes elapsast.perdidi unum filium
Puerum quadrimum,quem mihi seruos surripuit.
Neq; eum seruom,unq̃ repperi,nec filium.
Maior potitus hostium est.quod hoc est scelus?
Quasi in orbitatem liberos produxerim.
Sequere hac,reducam te ubi fuisti neminis
Misereri certust.quia mei miseret nemo
Exauspicaui ex uinculis.Nunc intelligo
Redauspicandum esse in catenas denuo.

¶SEXcẽtoplago.Formatũ nomẽ ex sexcẽtis plagis.¶ Actutũ.Cõfesti:q̃ primu;. ¶ Rebitet.Redibit.¶ In phylacã.In carcerẽ:in custodiã uerbũ grçcũ est phylaca. ¶ Quod absq; hoc eẽt.Scilicet facinus iã peractum:nisi hic aristophõtes subuenisset.¶ Vsq; offerre natũ.Nã discedens philocrates pollicitus est secũ aductu℞ egionis filiu; philopolemũ.¶ Neminis.Sic catonem dixisse cõperimus:sunt multi corde:quos non miseret neminis.¶ Ex auspicaui.Est auspicare auspiciũ capere:& incipere:& licet frequẽtius in bonã partẽ dicatur:in malã quoq; dictũ inuenitur.Plini⁹ de homine locutus:animal inquit cæteris imperatu℞ a suppliciis uitã auspicat̃:sensus ergo ẽ:cœpi ego illũ e cathenis eximer̃ nũc quoq; uolo:ut rursus ĩ cathẽas r̃deat.

¶SEXcẽtoplago.ut uoceris sexcẽtoplagus.¶ Hominẽ ꝑduis.pro ꝑdas.¶ Cõpedes ĩpingier.i.astrĩgi:& obfirmari.¶ Deductus fiet.pro sit. ¶ Rebitet.i.redeat. ¶ Vis hæc qdẽ hercle est & trahi:& trudi simul Cice.pro Cecina iqt. Nõne si uerbũ seq uolumus:hoc ĩtelligamus nece ẽ eũ detrudi:cui manus afferant̃: ne est inq̃ si ad uerbũ rẽ uolumus attingere:neminẽ statu detrusum:q nõ adhibita ui manu demotus:& act⁹ p̃ceps ĩtelligat̃:deiectus uero:q põt eẽ qsq̃:nisi iferiorẽ locũ d̃ supiore motus:·põt pulsus:fugat⁹:eiect⁹ deniq;.Illud uero nullo mõ põt deiectus eẽ qsq̃ nõ mõ: q tact⁹ nõ sit:sed ne çquo qdẽ:& plano loco.qd ergo:·hoc iterdictũ putamus eoru; eẽ cã cõpositũ:q se p̃cipitatos ex locis superioribus dicerẽt eos.n.uere possumus dicere eẽ deiectos.¶ Recta in phylacã.i.in carcere;:ita.n.græce.¶ Pue℞ q̃drimũ.i. q̃ttuor ãnos natũ.¶ Neminis misere.certũ ẽ.dubitauerũt qdã grãmatici:an neminis diceret̃:quã rẽ cõfirmarunt hoc plautino testimonio ut Diomedes;sed nõ Plau.mõ ue℞ ẽt pleriq; alii usi sunt Cato. Sũt m̃lti corde:quos nõ miseret neminis. Lucilli⁹. Neminis ĩgenio queq̃ cõfidere oportet.

¶SEXcẽtoplago:datiui casus : est mihi nomẽ Mençhmo.cõpositũ nomẽ est a sexcẽtis plagis:sexcẽtoplagus a.um:cuius penultia lõga ẽ:ut hoc loco.¶ Ego te ob.nõ. te ego obtestor:qa pes unus uersui deficeret.Loqt̃ hic Aristophõtes:dolore affect⁹ qa tynda℞ hũc eẽ detexerit.¶ Perduis: ꝓ ꝑdas.¶ Noctu:ꝓ nocte.¶ Interdiu.i.die: de qb⁹ satis supius dictũ ẽ.¶ Diu ego nũc cru.ita scribi reqrit metri itegritas:ñ: diu hũc ego:qa pes unus abũdaret.¶ Cordaliũ: ita scribi nomẽ hoc debet ex codicib⁹ antiqs:& nõ cordalũ:& eũdẽ existimamus quẽ supius dixit cordalio:qđ nomẽ & absq; aspiratiõe scribi posse existimamus:utpote a corde:latino nomine:& λεια græco:prædam significante:qa hominibus corda auferret : corũq; ueluti prçdator eẽt.¶ Deduct⁹:abduct⁹:& deduct⁹ scribẽdũ ex codicib⁹ anti.& resto sensu:nõ diduct⁹.¶ Atq; ita me uel.di.hũc cu.ita scribi uersus rõ postulat:nã si:atq; hunc ita me uelle scribat̃:pes unus uersui deficiat.¶ Periclũ

SARACENVS

Auspicare quid sit

VALLA.

Antiqua locutio

PYLAdes

Sexcẽtoplagus

Cordalio

ui.m.st.tuo pi.uersus quoq; hic ita scribẽdus ẽ:eadẽ rõne metri:nã si:piculũ uitę meę tuo stat legas:pes unus uersui abũdat. ⁋ Tñ breue spaciũ. Gñalis:ac uera sñia est:humãis cũctis uitã breuẽ esse.iuxta illud ouidii. Cito pede labit ętas. Et illud:labit occulte:fallitq; uolatilis ætas:& nihil est annis uelocius. ⁋ Te pp.nõ:pp te:qa pes unus uersui deficeret. ⁋ *Si huc reditet philocrates*.i.redeat a redito uerbo cõposito ex re:& ito.as.& ita habẽt antiq codices:& nõ rebite:ut legunt Pius & Sarrace.quod uerbum ut superius diximus in scena:quæ res bene uertat: nullibi cõpertum putamus:nisi rebetet scribatur:ut sit futuri tẽporis indicatiui:a uerbo beto:quo & infra poeta usus est in curculione: inquiens:Fortunatus si illa ad me betet. Betere.n.ut ibi diximus:Nonio est ire:non bitere. ⁋ Nisi iam hunc.& nõ:nisi hunc iam:nã uersus uno mancus pede fieret. ⁋ In phylacam:in carcerem:in custodiarium: in ergastulum:ubi serui custodiunt:græcum est nomen. φυλακη enim carcerem:& custodiam significat.& φυλαςςω uerbũ significat custodio. ⁋ Quod absq; hoc esset:subaudiẽdum si:ut Græculus esuriens in cęlum iusseris ibit.i.si iusseris. Sensus est: ꝗsi absq; hoc esset:hoc est:ꝗ nisi hic fuisset:qui mihi hoc fecit palã:& Aristophõtem itelligit:isti captiui mei ductarent me offerre natum cõtinue suis dolis.i.seducerent:& circũuenirent me hoc modo sæpius:ac traherent ad id:ut natum meum philopolemũ:quem omni nixu recuperare:ac redimere studeo:offerrẽ:atq; obiicerem suis corũ dolis: Offerre interdum est reuerenter tribuere:unde offerre diis frugum primitias dicimus. Interdum bonũ aliqđ: aut malum reperire oculis ante ponere. Virg. *Strictamq; aciem uenientibus offert*:aliquando polliceri. Iustinus. Quum ei auxilium obtulisset.quãdoq; inferre. Terẽtius. Nam uitium est oblatũ uirgini olim:pro illatũ:nõnunꝗ ferre:& præstare. Lucillius. Vt nunc hac re mihi opem:atq; auxilium offeras. Et aliquãdo spõte dare:& exhibere:atq; obiicere. Idest: homines ipsi hanc sibi molestiã ultro:atq; erũnam offerunt:ducunt uxores. Et ut hoc loco. ⁋ In orbitatem. Orbus proprie dicitur:qui orbem:idest circulum:& lumen oculorum amisit:quasi orbibus amissis:hinc per metaphoram orbi dicti:quicunq; aliqua re cara priuati sunt:ut parentes liberis:quasi oculis priuati. Inde orbo.as.uerbu: quod est priuo:& orbitas siue orbitudo:qualitas illa patrum post amissos liberos:ut hic. Interdum tamen orbus e contrario pro eo:qui parentes amiserit:accipitur:quem græci ορφανον orphanum dicunt. Terẽ. Orbo qui proximi sunt: uxorem ducant:hinc orbitas pro orphanitas sumitur:quã græci ορφανιαν nominant. Cicero. Deplorauit.n.cãs: atq; orbitatem senatus. ⁋ *Sequere hac*.facta hac lamentatione:Aegio uocat Aristophõtem: iubens illum se sequi: ut reducat in carcerem:unde eductus fuerat. ⁋ Neminis.nullius. *Sic* Lucillius. Neminis ingenio quenquam confidere oportet. *Sic* cato:sunt multi corde:quos non miseret neminis: & nemo non de hominibus tantum dicitur:sed & de diuis. Virgili. Turne quod optanti diuum promittere nemo. ⁋ Quia mei miseret neminem. Neminem ex codicibus antiquis scribendum est:& ex recta romanæ linguę locutione:non nemo:ut legunt iterpraetes nostri. ⁋ Exauspicaui:pręponenda est hic persona Aristophontis:neq; enim sunt uerba continuata ęgionis:qui dicat: Cœpi ego illum e catenis eximere:nunc quoq; uolo:ut rursus in catenas redeat:ut putauit *Sarracenus* parum salsus. Neq; sunt Tyndari uerba:aut persona eius est hic præponenda:ut fecit Pius:alter delirus interpres. Nam tyndarus iam abactus fuerat:& abductus illhinc:recta in philacã:ut supra uisum est. Itaq; ut diximus: Aristophõtis hæc uerba sunt: qui quum audisset senem dicentem. Sequere hac:reducam te:ubi fuisti &c.inquit. Malo huc auspicio processi:utiq; qui a uinculis:in quibus eram initium uię cæpi:propterea redauspicare:hoc est:regredi in catenas:quasi ad iterum auspicandum:& feliciorem uiam incœptandam mihi necesse uideo. Sumpta est metaphora ab imperatoribus romanis:qui nisi auspicato non egrediebantur. Et si capto auspicio male portendi rem intelligerent: dilato negocio: uel sacrificio facto:redauspicabant:hoc est iterum auspicia captabant:feliciora prioribus expectantes. Auspicare autem:& auspicari:nam utroq; modo dicitur:est non solum auspicium capere:sed etiam incipere nec in bonam tantum partem:quod frequentissimum est:sed etiam in malam. Plynius libro septimo naturalis histo. capitulo primo de homine loquens:atq; infeliciter natum iacet manibus pedibusq; deuinctis flens:animal cæteris imperaturum:& a suppliciis uitam auspicatur. hinc factum:ut auspicia dicamus ductum:atq; principium:ut tuis auspiciis hoc negocium sequar:hoc est tuo ductu:tuaq; adhortatione:iussu:aut pricipio. Auspicium ab augurio differre dixit No. quia auspicium sit auium conspectio:& quod ex uolatu auium significetur:& uocibus: Augurium autem:quod rerum omnium coniecturas prudenter:& diligenter cõplectitur:& tamen auguriũ quoq; ab auibus:ac gerendo dr:ꝗsi auigeriũ:siue ab auiũ garritu:ut Fest⁹ ait.

Redito

Phylaca

Offerre

Orbus

Auspicare

SARACENVS.

IVppiter supræme. Dum quæ superius enarrata sũt fiũt. Philocrates interim ex patria rediisse ad egionem constat: secũq; adduxisse eiusdem filium Philopolemum:& stalagmum seruum:parasitus igitur cum forte iuisset ad portum: uidit expectatum obsonatorem suum:ex cuius aduentu iactat opiparas cœnas: se adeptũ esse. ⁋ Optumitas. Pro optimas. ⁋ Opiparas. Opulentas:nã opipar̃ dicimus magnar̃ opu; apparatũ. ⁋ Effertissimam. Vel offertissimã.i.pinguissima;: abũdantissimã a farcio:qđ est proprie saturo:impleo. ⁋ Coniiciam pallium. Vt expeditior esset in eundo.

Opiparum quid sit

VALLA.

IVppiter supme. Ergasilus parasit⁹ cũ i portu pspexisset Aegyõis filiũ Philopolemũ cum Phylocrate aulidẽsi redir:ser-

ACTVS. QVARTVS.

Ergasilus parasitus. Aegio Senex.

IVpiter supreme seruas me,measq; auges opes.
Maxumas optumitates,atq; opiparas offers mihi.
Lucrum,ludum,iocum,festiuitatem,ferias.
Pompam,penum,potationes,saturitatem,gaudium.
Nec quoiꝗ homini,supplicare nunc certust mihi.
Nam prodesse amico possum,uel inimicum perdere.
Ita hic me amœnitate amœna amœnus onerat dies.
Sine sacris hæreditatem sum adæptus offertissumam.
Nunc cursum ad senem capessam hunc Aegionẽ,quoi boni
Tantum offero quantũ ipse a Dis optat,atq; etiã amplius.
Nunc certa res est eodem pacto,ut comici serui solent,
Coniiciam in collũ pallium,primo ex me hanc rẽ ut audiat,
Speroq; me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum-

uumq;

usq; stalagmũ adduci: q olim Aegyonis filium surripuerat exultans lætitia: ad Aegyonem se recipit. ¶ Opimates: idest opibus refertas ab eo: quod est opimus opima opimum: fecit opimas opimatis. ¶ Opiparasq;: idest quæ parãt opem & auxilium. ¶ Sine sacris: idest absq; sacrificio. ¶ Effertissimam: idest copiosissimam. ¶ Coniiciam in collum pallium cum in tortis enim palliis ob collum parasiti in scænam prodibant: quo forent expeditores.

Opimates unde

IVppiter supreme seruas me. Tetrameter brachicatalecticus est eius scenæ uersus: septem pedibus instructus: quam & unam tm̃ existimamus scenã: usq; ad illã: quæ incipit. Illhic hinc abit: & nullã fieri debere diuisionẽ hic: post tertiũdecimũ uersum: ut fere in codicib⁹ facta est: quũ & idẽ sit carminis genus: & snia cõtinuata duaꝝ psonaꝝ. Introducit itaq; primo Ergasilus parasitus: quẽ scimus ad portum iuisse iamdudũ: ubi adhuc superare sibi unã spem cœnaticã dixerat. Qui quũ ibi cõperisset in naui quadã aduentantem philocratẽ ex aulide: secũq; habẽtem Philopolemũ ægionis filiũ: ad quem redimẽdũ prexerat: nec nõ & Stalagmum seruũ fugitiuũ: qui alias alteꝝ senis filium quadrimũ abduxerat: prę gaudio exclamat: sibi opum augmenta bonaq; oia oblata esse: quoꝝ maxime cupiens esset: & parat se: ut cursu citatissimo ad senem hunc optatissimũ nunciũ primus ferat: quo ab illo æternum adipiscat cibum. huic aũt mœrore affectus senex: ꝓpter amissum philocratẽ pro tyndaro: ut supra: obuius fit: qui tãdem ab illo audiens de aduentu filii: & in lętitiam cõuersus: ad uisendam ad portũ propere se accingit. ¶ Maximas optimitates. i. utilitates: & bonitates. Et ita scribẽdum est prorsus: & nõ optimitas: ut legunt Pius & Sarrace. ut diximus in asinaria: super hoc eodem quasi uersu ibidem quoq; ascripto in hæc uerba: Maximas optimates: & gaudio effertissimas: ad quẽ locum legẽtes relegamus. Nam quę hic garrit Sarracen⁹ dicẽs: optumitas pro optimas: &c. nõ sunt naucifaciẽda: queadmodũ neq; quę illhic a Pio sunt deblaterata. ¶ Atq; opiparas: ita scribi oportet metri necessitate: nõ opiparasq;: qa pes unus uersui deficeret. Opipaꝝ dicimus quasi magnaꝝ opum apparatũ: unde opiparũ cõuiuium pro lauto: & abũdanti: & opipare aduerbiũ pro laute: & abũdanter ponunt. ¶ Lucrum: ludum. Delendã censuimus dictionem laudem: quæ his præposita erat: uti superfluẽtem: eam enim iterlinearem glosam: hoc est expositionem fuisse subiectę illius dictionis põpam existimauimus. ¶ Potationes penum: non penũ potationes: quia uersus abũdaret. ¶ Nec homini cuiq̃: non: nec cuiq̃ homini: quia pes unus uersui defecisset. ¶ Supplicare nunc dictionem me his interpositam tollẽdam censuimus: uti abũdantem: & inconcinnam huic litteræ. ¶ Nã prodesse amico: tollendam quoq; uel cõiunctionem: hic ascriptaꝫ post nã: censuimus: metri ratione eam non tolerante. ¶ Nam hic me amœnitate: amœna amœnus onerat dies: hunc totum uersum metri necessitas ita scribere cogit: & onerat pro onerauit legendũ: nõ autẽ onerauit: qa abundaret pes unus. ¶ Offertissimã: abundãtissimam: pinguissimam: ab offercio uerbo composito ex ob & farcio: quod est saturo: impleo: ut in asinaria dixius: cuius supinum est offertum: & inde offertus. & superlatiuũ offertissimus. ¶ Nunc cursum ad senem capessam: nõ nũc ad senẽ cursum capessam: quia pes unus uersui abũdaret. ¶ Nunc res certa: eodem pacto. ita scribi cogit metri ratio: non autem: nunc certa res est: quia abundaret uersus: & subaudiendum uerbum est: non ascribendum: eadẽ ratione. ¶ Coniiciã in collum pallium: ut expeditior esset. Sic geta in Terẽtii phormione. Sed mihi nunc cesso: qui non humerum hunc exonero pallio: atq; hominẽ propero inuenire. ¶ Ob nũcium hunc: nõ: ob hũc nũcium: quia pes unus uersui deficeret. Quod autem Pius scribit: Donatum in terentiano prologio recensere: parasitos induci expapillato brachio: & pallio altrinsecus in collum iactato: nequaquã ueꝝ est: sed ille: ut solet: meras nugas agit: & quæ in rẽ suã faciant: uel effingere: ac pro ueris proferre non erubescit. Donatus enim ibi hęc tantum ait. Parasiti cum intortis palliis ueniunt: læto uestitus candidus: erumnoso obsoletus: purpureus diuiti: pauperi phœnicens datur.

PYLADes

Optimitates

Offertissimus

Egio. Ergasilus.

AE. q̃to i pector̃ hãc rẽ meo magis uolto, tãto mihi
Aegritudo auctior ẽ i aio. ad illũ modũ sblitũ os eẽ
Hodie mihi, neq; id pspicere qui. qd̃ quom scibit,
Per urbem irridebor, quom extemplo ad forum aduenero
Omnes de me loquentur, hic ille est senex, ductus
Quoi uerba data sũt. sed Ergasilus ẽ ne hic quẽ uideo ꝓcul?
Collecto quidem est pallio. quinam acturus est?
Er. Moue abs te moram, atq; Ergasile age hanc rem
Eminor, interminorq;, ne quis mihi obstiterit obuiam.
Nisi quis sat diu uixisse sese homo arbitrabitur.

SARACENUS.

QVãto in pectore. Mœrore affectũ senẽ solabit parasitus nũciaturus aduentũ filii. ¶ Voluto. Cogitatiõe pquiro. ¶ Eminor i terminor. Vtrũq; a minor: sed præpositiones augent magis.

VALLA.

QVanto in pectore. In hac scæna se excrucianti ægyoni aduenies parasitus sese offert: & nũcio suo oẽm ex aio ãmouet molestiã. ¶ Sublitũ os esse. i. mihi eẽ ipositũ: uñ id supradictũ ẽ. ¶ Eminor. idest minus minitor. ¶ Satis diu uixisse. ut paruipendat: si nunc moriatur.

PYLAdes

Voluto: cogitatiõe pq̃ro. ¶ Sublitũ os fuisse: ita scribi metri: & sniq; itegritas cõcinior reqrit: & nõ eẽ: ut fere hñt codices: & uersus hypmeter est: cui abũdat una syllaba: ad sequẽtẽ: q a uocali icipit reflexa. ¶ Quũq; extẽplo ad foꝝ aduenero: & hic addẽda fuit q; cõiũctio: ita metri exigẽte necẽitate. ¶ Oẽs de me loqñt: addẽda fuerunt duo illa uerba de me: & metri necẽitate: & sensus cõcinitate. ¶ Hic ille est ductus senex. nõ: senex ductus: qa iãbũ in ultimo eẽ magis cõuenit q̃ spõdeũ. ¶ Quẽ uideo ꝓcul. nõ: ꝓcul quẽ uideo: qa abũdaret uersus. ¶ Collecto pallio qdẽ ẽ: qdnã hic acturus est? uersum hũc ita scribi cogit metri necẽitas: nõ: collecto qdem est pallio: qdnã acturust: qa pedes duo ei deficerẽt: quos uersuũ defectus nõ uiderũt Pius & Sarra. iterptes nr̃i. ¶ Collecto pal. hoc est qd̃ Dona. ait: parasitos cũ itortis palliis uenire. ¶ Moue abs te. Ergasili uerba sunt ad seipsũ plata: ut ad celeritatẽ se magis hortet. ¶ Age hãc rẽ iã q̃tũ potes. Supplendũ cẽsuimus hũc uersum: & addenda uerba illa: iã q̃tũ potes: metri necessitate ita exigẽte: & sensus cõcinitate: nã q̃ttuor tm̃ pedibus: & altero trũco inãbulasset: id qd̃ scriptoꝝ negligẽtia factũ existimauimus. ¶ Eminor. Interminorq;: uerũq; a uerbo minor cõpositũ est: sed ꝓpones additæ magis augẽt: alii eminor a longe significare uolunt. Interminor autem de prope. ¶ Sat diu: scribendum sat pro satis: metri necessitate.

Eminor

SARACENVS.

Balista qd sit

Catapulta quid

Aries quid sit

¶ ORE sistet. Quia pugnos in os ipingã. ¶ Balista. Genus est instrī fune itēti: uel neruo: quo spicula iaciunt: & longius emittũtur. Vegetio: & qñq; p istrõ ponit: quo saxa iaciunt maiora: atq; grauiora: ut refert No. Victruui. quoq; his uerbis oñdit ingēs: sed tñ nulla balista pficit nisi ad ppositã magnitudinē pōderis saxi. Oui. q̄ graue balistæ mœnia pulsat onus. Sene. in hyppolito. nō torta clausas fregerat saxo graui balista portas. ¶ Catapulta: Iaculũ celere: ē uel sagitta: nã in Curculione Plau. te neruo torq̄bo: ut catapultę solēt: uer¬ apud Victruuiũ iuernias catapultã gen⁹ esse instrī in decio: ubi de balistis: scorpiōibus: & catapultis: deq; ipsa¬ rōnib⁹: ac pportiōib⁹ luculētã fac mētionem.

Nam q obstiterit, ore sistet. Aeg. hic hō pugillatũ incipit.
Er. Facere certust. proinde omnes itinera insistant sua.
Neu quis in hac platea negocii conferat quicq̄ sui.
Nam meus est balista pugnus, cubitus catapultast mihi.
Humerus aries, tum genu ut quenq; icero, ad terram dabo.
Dentiloquos omnes mortales faciam, quenq; offendero.
Aeg. Quæ illæc eminatiost? nam nequeo mirari satis.

¶ Aries. Quid sit aries: docet Vegeti⁹: de mã. n. ac tabulis testudo cōtexit: q̄ ne exuratr icēdio: coriis: uel ciliciis: centonibusq; uestit: hæc itrisecus accepit trabē: q̄ aduncō pfigit ferro: qđ falx uocat: ab eo qđ incurua ē: ut de muro extrahat lapides: aut certe caput ipsius uestit ferro: & appellat aries: ul qđ hēt durissimã frōtē: q̄ subruat muros: uel q more arietũ retrocedat: ut cũ ipetu uehemētius feriat. ¶ Dētilegos. Qui ex ore dentes colligãt: ita supbe minat hominũ ora cōtũdere: nã alibi Plau. semētē in ore faciã: uel potius dētilocos legēdũ arbitror: fuit gens macedonia dētiloca dicta: c⁹ Liui⁹ mētionē fac in bello macedonico in dētilocos trãscurrit: socii erãt sed pp iopiã haud sec⁹ q̄ hostiũ fines macedones ppl̃ati sũt: ad quã gētē festiuissime ur alluder: tãquã signãre uolēs oēs sibi obuios: macedonicos futuros: hoc ē occidēdos: & mactãdos for: hic. n. ē iocus maxius: q magis uernaculo smōe q̄ latine explicari pōt.

Dentiloci q dicantur

VALLA.

Balista unũ dicta sit

¶ PVgillatũ icipit. ad pugnã se cōparat. ¶ Itinera isistãt. abstinere se abstineãt. ¶ Balista. ab eo qđ græci dicũt balo .i. iaculor. ¶ Catapultast. p catapulta ē: a gręcis gñe masculino: hic catapultes effert iaculũ celere. ¶ Humer⁹ aries. machina fuit aries arietis aĩalis hñs affigiē: q̄ muri ciuitatũ subruũt. Vegeti⁹. ballista funib⁹ neruinis tēdit: q̄ q̄to plixiora brachiola habuerit. Hoc est q̄to maior fuerit: tãto spicula longius emittit: q̄ si iuxta artē mechanicã tēperet: & ab exercitatis hoib⁹: q mēsurã eius añ collegerũt: dirigat: penetrat quēcũq; pcusserit. Itē aries ab eodē authore ita describit: testudo inqt itrisecus accipit trabē: q̄ adũco pfigit ferro: qđ falx uocat ab eo: qđ est curuatũ: ut de muro extrahat lapides. Aut certe caput ipsius uestit ferro: & appellat aries. Vel q hēat durissimã frōtē: q̄ subruit muros. Vel q more arietũ retrocedit: ut cũ ipetu uæhemētius feriat. ¶ Dētilocos oēs mortales faciã. Liui. i. ix. de bel. maced. Itaq; unũ tm̃ moratus diē getis eo¬ cã: quos habuerat secũ itinere. Inde siñ fugæ in dētilocos trãscurrit: socii erant: sed pp inopiã haud secus q̄ hostiũ fines macedones populati sunt. Sēsus ergo est. Mortales oēs cuiuscũq; sint nationis: a me fiēt macedonici populi: qui dētiloq noiant: qm̃ ego eo¬ dētes ita atterã: ut cũ loquant dentes ex ore cadant.

Aries qd sit

PLYADes

¶ ORE sistet. i. ore terrã calcabit: quēadmodũ pedib⁹ sistere cęteri solēt: ac si diceret: eũ iterimã: & faciã ore terrę ifixus uideat. ¶ Pugillatũ: a pugil noie fit pugillat⁹: hoc ē pugilũ ludus: pugilãt a pugnu. πυγμαχος, græce dr̃ pugil. & πυξ aduerbiũ signãt cũ pugnis. Vñ Mar. Pyxagathos fuerat: nũc erit hippodam⁹: ubi ñ una dictio ē pyxagathos: ut multi putãt: sed duæ αγαθος. n. bonũ signãt: ac si dixisset: pugnis bonus fuerat. i. in pugno¬ cōcertatiōe plmũ ualebat. ¶ Proinde oēs itinera isistãt sua. Ita scribi sensus itegritas reqrit: absq; ut: q̄ dictio hic post pide ascripta pperã erat. Sēsus est: ppea oēs a suis tēperēt negociis: eaq; ueluti sistãt: & morēt. Dicius isisto huic rei: hãc rē: & in hãc rē. Luca. li. iii. Illis & uolucres metuũt isistere ramis. Oui. Ne uulgarē uiã igressus alienis demũ uestigiis isisterē. Vir. Nulli fas casto sceleratũ istere limē. Pla. i milite. Insistite hoc negociũ sapiēter: & silr hoc loco. Idē i milite. age nũc: iã isiste in dolos. ¶ Nec qs. i. nec qsq̄: eadē fere sñia est: duob⁹ modis plata: uel expō est pcedētis. ¶ Nã me⁹ est balista pu. Balista Nonio est instrm: quo maiora: & grauiora saxa iaciunt. Idē ur a Victruuio his uerbis. Sed tñ nulla balista pficit: nisi ad ppositã magnitudinē pōderis saxi. Oui. quoq; in tristib⁹. Quã graue balistæ menia pulsat onus. & xi. meta. Nec leuius pulsata sonat: q̄ ferreus oli: Qũ lacerat aries: balistaq; cōcutit arces. At uegetius p instrõ quodã fune itēto: uel neruo: quo spicula iaciant: lōgiusq; mittãtur: accæpisse ur: pariq; signatione lucanus: qũ ait. ¶ Neq;. n. solis excussa lacertis: Lãcea sed tēso balistæ turbine rapta: haud unũ cōtēta latus trãsire gescit. qa ãt nomē hoc a βαλλω græco uerbo: qđ est iacio: descendit: iō duplici. ll. scribi deberet: quãq̄ pñ in cōsuetudinē uenerit: ut unico tm̃ scribat: nec minus tũ syllaba lōga sit. ¶ Cubitus catapulta est mihi. Mihi addēdũ fuit metri necessitate: cui pes unus defecisset: & ex Nonio: hũc uersũ citãte in dictiōe catapulta. Catapultã ãt inqt: iaculũ eē celere: uel sagittã: Pla. in curculiōe: atq; ita te neruo torq̄bo: ut catapultę solent. Idē in eadē. Catapulta hoc ictũ ē mihi apud Sycionē: Apud uictruuius autē est iuenire: catapultã genus esse instrumēti: ad quã sñiam: & Suidas græcus autor in dictiōe καταπελτης, ita eni græce dr̃ catapulta: spēm inqt eē supplicii. πελτη ãt genus machinæ: siue istrumēti: quo sagittæ: & alia iaciunt.

Pyxagathos

Balista

Aries

¶ Humerus aries. Aries animal notum est: ouium uidelicet maritus: qui tãtum a ueruece distat: quãtum gallus a capone: equus a canterio: uerres a maiali: ad cuius similitudinem aries pro machina bellica accipitur: qua muri oppidorum deiiciũtur. Is autem: ut uegetius ait: ita fit. De materia: ac tabulis testudo contexitur: quæ ne exuratur incendio: coriis: uel cilitiis: cētonibusq; uestitur: hæc intrinsecus accipit trabē: quę adunco pręfigit ferro: qđ falx uocatur ab eo q incurua est: ut de muro extrahat lapides: aut certe caput ipsius uestit ferro: & appellat aries: uel q hēt durissimã frōtem: quæ subruat muros: uel q more arietũ retrocedat: ut cũ ipetu uehemētius feriat. ¶ Ad quēq; icero. i. ad quēcũq; iecero genu: posset ēt scribi: ut quēq; icero: hoc ē: ut quēq; pcussero: sed codices oēs hñt: ad quēq; iecero. ¶ Dentiloquos: dentes loquentes: hoc est ex ore emittētes: uerborum loco: quia illis adeo dentes concutiam: ut suis sedibus eiectos expuant: Aliqui codices hñt: dentilegos: hoc est dētes legētes: ut sacrilegos sacra legētes: sed magis placet dentiloquos: non tamen eo sensu: quo Sarracenus interpres putat: ut alludere uoluerit poeta ad dentilocos populos macedonicos: tanq̄ significare uolens: omnes sibi obuios macedonicos futuros. hoc est occidendos: & mactãdos: ut sit iste iocus maximus: qui magis uernaculo sermone: q̄ latine explicari possit: ut ipse ait. Delirium nanq; hic sensus: imo hæc inscitissima interprætatio: & perq̄ ruditer excogitata manifeste sapit: & præse fert.

¶ Confidentiam.

SARACENVS

Cōfidentia quę dicat

¶CONfidentiam. Quam temeritatem: & audaciam quandoq; dicimus. Virgili. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras: iussit adire domos: quandoq; duritiam & patientiam ut ostensum est in Asinaria: scapularum confidentia: uirtute humerorum freti: & quandoq; pro fiducia ut contra fiducia pro confidentia usurpatur: differentiā tamen ponit Cicero in libro tusculana. iii. sed confidentiam hoc loco nimiam crapulam intellige. ¶ Impensior: Grauior: onerosior. ¶ Scrophipasci: Pascentes scrofas. ¶ Furfures. Qui sunt farinę superflua. ¶ Pistrinum. Locum diximus: ubi pinsebatur triticum: Varro pilum quod eo far pinsunt: a quo ubi id fit dictum pistrinum. ¶ Ex ipsis dominis. Nō dixit e scrofis: ut magis faceret iocosam parasiti uanitatem. ¶ Basilicas. Regias. ¶ Quadrupedanti: crucianti. Nā equi cum quadrupedant: saltitant: & sessorem agitant: & perturbāt. ¶ Canterio. Repete: quę dicta sunt in aulularia de cāteriis: hoc unum addo scitu non indignū quod loco prouerbii quandoq; usurpatū est: cum enim quisq; agere occepisset: neq; id perfecisset: dicere solebat: canterium rideo: quod a quodam Sulpitio galba primum prolatū est: qui eques iter agressus: & canterio uix portam egresso: ac in terram pro lapso inquit: canteriū rideo Asinius capito est interpētatus lassum iā esse.

Er. Faciam huius diei, lociq;, meiq; semper meminerit.
Qui mihi in cursu obstiterit, faxo uitæ is obstiterit suæ.
Aeg. Quid hic homo tantū incipessit facer̄ cū tātis minis?
Er. Prius edico ne quis propter culpam capiatur suam.
Continete uos domi, prohibete a uobis uim meam.
Aeg. Mirum ædepol ni hic in uentrē sumpsit confidentiā.
Væ misero illi, quoius cibo iste factust impensior.
Er. Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues.
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoius q̄ scropham in publico conspexero.
Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
Aeg. Basilicas edictiones, atq; imperiosas habet.
Satur homost. habet profecto in uentre confidentiam.
Er. Tum piscatores, qui præbent populo pisces fetidos.
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cantherio.

Cāteriū rideo qd denotet

VALLA.

¶FACIAM ut huius diei: lociq;: meiq; semper meminerit: uta Plauto multa Terētius ita hunc uersum sustulit. ¶ Tantū incipissit facere. pro parat se: ut incipiat facere. ¶ Vim meam. i. meam uiolentiā. ¶ Confidentiam. fiduciā audaciā. ¶ Basilicas ed ctiones: idest regias pręscriptiones: quia basilica regia est: ob id: quod a gręcis dicitur. βασιλεὺς rex: edicere: præcipere. ¶ Quadrupedāti: idest progressu inconcino cum uno tempore quatuor pedum cōmotione se totos quatiunt: ideo adiecit crucianti. ¶ Canterio. i. equo castrato: inde illud uetus prouerbium: cāterius est in fossa: & rideo inquit galba canteriū: q̄ Asinius capito ita iterptat̄: nisi qui principio rei alicuius inchoatę deficiunt aio. Sulpitius Galba cū in prouīciā exiens ad portā ipsam cāteriū suū aiaduertisset cecidisse: rideo inqt cāteritē iā lassū eē: cū tā lōgū iter iturus: uix id sis igressurus.

Cāterium quid sit

PYLAdes

¶FACIam huius diei: delēda fuit dictio ut: quæ post uerbū faciā: ascripta erat: cōtra metri rōnē cui pes unus abūdaret. ¶ Faxo uitæ is obstiterit suæ: tollēda quoq; fuit dictio extēplo: q̄ his īterposita pperā erat pter metri exigētiā. ¶ Quid hic hō tm̄ icipessit. legēdū est icipessit: & nō icipissit: ut legūt iterptes nr̄i: rōne: quā supra dixius: sup uerbo icipesse: qa u; sicut a facio facesso: ab expeto expetesso: q̄ eiusdē sunt iclinatiōis: sic ab icipio icipesso: & nō icipisso fit. ¶ Mira sunt ædepol: nō mira ædepol sunt: qa uersus abūdaret. ¶ Ni hic in uētrē: nisi hic bn̄ se alicubi pauit: ac saturū fecit: & ppea tā cōfidēter: & arrogāter loqtur: qa nūc cibo nō eget: dictio āt hic: breuis est hoc loco: ut in illo Virg. Solus hic inflexit mētē. ¶ Cōfidentiā. Cōfidētia: ut Noū. ait: fiduciā significat Vir. Et afflictis melius cōfidere reb⁹. Duriciā: seu patiētiā. Plau. in asinaria. Scapularū cōfidētia: uirtute ulmorū freti. Temeritatē siue audaciā. Pacuui⁹ Grādē: atq; atrocē coherce cōfidētiā. Virg. iiii. Geor. Nā qs te iuuenū cōfidētissime nr̄as: Iussit adire domos: Cōstantiā. Cice. de repub. lib. iii. Duas sibi res quo minus in uulgus exiret: & in foro diceret: cōfidētiā: & uocē defuisse. Pla. in amphitryone. Quæ nō deliqt: decet audacē esse: & cōfidēter pro se: ac pterue loq. Dona. quoq; pro cōstāti cōfidētē ponj asserit: ut in illo Terētii. Nescio qs senex mō uenit: ellū cōfidēs catus. ¶ Impēsior: auctior: grauior: ab ipendo fit ipēsus nomē: & ipēse: atq; īpēdio aduerbia. Impēsus aūt significat auctus: & affluens: q̄ si in quē multa pensa sunt: & aggregata. Impēse uero p ualde capit̄. Gel. li. xviii. cap. vii. Iulius Paulus poeta uir bonus: & rerū: lr̄atūq; ueterū impēse doctus. Impēdio aūt pro nimio apud eūdē sępius capi uidet̄. Sic. n. ait lib. vii. cap. i. Sed & eū ipendio magis & rebus gestis: q̄ ex illo ostēto uirū esse uirtutis diuinę creditū est: & lib. x. cap. xviii. Eius igit̄ leges: qm̄ uidebant̄ ipēdio acerbiores. Et lib. xix. cap. primo. Qđ uero dixi uideri qdam esse impendio molliora. ¶ Scrophipasci: pascētes scrofas: hoc est porcas. Scrofam enim porcam dicūt: quæ sæpius peperit: porcam autem: quę semel tantum: a scrofa scrofulam dicūt morbum: quem strumam appellamus: glandulę sunt quædā ex pure: & sanguine concretæ sub maxillis circa gulam: quibus scrofæ afflictari solent: & inde nomen trahunt. Strumosi dicuntur eum morbum patientes: & strumosa pars corporis eo læsa. Et eæ glādulæ: in hoie tonsillę quoq; appellant̄: ut dicemus infra in dictione glādia. ¶ Qui furfure sues alunt: nō qui alunt furfure sues: quia pes unus uersui deficeret. Et furfur purgamētū farinę: & qđ fere ad illius similitudinē ex cute animalium: pectēdo: uel fricādo excutitur. & est masculini generis: nō ēt neutri: ut qdā putarūt. Ply. Folia in aceto decocta furfures cutis emēdāt: hic Plau. utrāq; significationē expssit: nam hoc loco furfure pro farinæ purgamēto dixit: & paulo infra furfures pro cutis purgamētis: & spurciciis posuit: quū inquit: ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures. ¶ Exculcabo: calcando: & percutiendo excutiam: a calco. as. compositum uerbum est exculco. ¶ Basilicas edictiones: regia edicta: nomen est græcū basilicus. βασιληκος. n. dicunt græci. a uerbo βασιλευω quod significat rego: si datiuo iungatur. Si aūt actō: significat regem facio: ut Suidas inquit. Inde trahit̄ Basiliscus serpentis genus: cui crista in capite est: qa paruum rege imitet̄ corona illa: est enim diminutiua forma βασιλισκος. a nomine βασιλευσ: qui græcis rex appellatur. Edictionē autem: & edictum nos a uerbo edico dicimus: quod significat iubeo: & statuo: ut paulo supra: prius edico: ne quis propter culpa; capiatur suam. ¶ Tum piscatores: nō habet hoc nomē: unde regat̄: quēadmodum neq; pistores: de quibus supra. neq; lanii:

Confidētia

Impensus

Impendio

Incipesso

Exculcare

de quibus infra differit:sed subaudiendũ est uerbũ:aduertant:uel caueant. ⁋ Crucianti canterio. Canterii ut Varro ait lib.ii.de re rustica:appellantˀ equi demptis testiculis:sic dicti:ꝙ semine carent. Festus ãt cãterius:inqt: hoc distat ab equo:ꝙ maialis a uerre:capus a gallo:uerucx ab ariete.est.n.cãterius:cui testiculi amputantˀ. Qđ aũt ait Pius sup hoc noie in aulularia:dicẽs cãterios dictos:ueluti cauterios p unius lraæ imutatioñe:qm̃ cauteriati: hoc est cãdescẽte ferro detestabantur:&c̃.quũ contra Varronis interptationẽ sit:& nullo teste ꝓbatũ tanq̃ futile: & uanum censendum est. Cruciãti autẽ inqt Sarracenus:nã equi quum quadrupedãt:salitant:& sessorẽ agitant: & perturbant. Nos autem crucianti canterio dictum existimamus:non respectu sessoris:qui quidem nullus esse debet:si piscibus oneratus sit equus:sed uel crucianti pisces ipsos:quos fert:quoniam illos simul terit:& frangit:uel crucianti agasonem:q pedibus inter faciens:non nisi cruciatu:& labore illum celeri gradu ingredientem assequi potest.

Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum.
Eis ora ego uerberabo surpiculis piscariis,
Vt sciant alieno naso quam exhibeant molestiam.
Tum lanii autem,qui concinant liberis orbas oues.
Qui locant cædundos ægnos,& duplam agninam danunt.
Qui petroni nomen indunt uerueci sectario.
Eum ego si in uia petronem publica conspexero.
Et petronem,& dominum reddam mortaleis miserrumos.

SARACENVS. ⁋ SVRpiculis.i. retibus. ⁋ Lanii. Qui carnes uenditant in carnario: inde lanienæ officinæ: in quibus carnes ueneunt. Plau.in sequentibus per myropolia & lanienas dixit:sunt etiam lanienæ mensę: qbus super caro scinditur. Sueto.carnificẽ statim acciri cum machera: mẽsaq; laniona flagitauit. ⁋ Qui petroni nomen idũt uerueci sectario:Idest:qui carnes uendũt arietes:pro ueruecis carnibus. Differre diximus arietem a ueruece:ut equus a canterio:& a capo gallus:appellat autem arietem petronem:quia iter petras uersetur:hinc petrones rustici a Festo dicti a petrarum:scilicet asperitate:& duricia. sectarius autem ideo dicitur.quia ipsum sectentur oues:& ipse pręcedens gregem ducat.

VALLA. ⁋ SVRpiculis piscariis:idest istrumẽtis eis:quibus capiuntur pisces:quę ex scirpo fiunt i in u mutata. ⁋ Liberis orbas oues.i.qui agnos occidunt.atq; ita priuant liberis. ⁋ Et duplam agninam dãnunt.i.dant duplicem carnem de grege ouili:uel quia & ueruecem occidunt:uel quod uendunt prægnantes oues loco agninæ carnis:quę duplæ uidẽtur:cum in uentre abortiuos agnos habeant. ⁋ Qui petroni nomen indunt uerueci sectario.f.p.petrones rustici fere dicuntur propter uetustatem:& ꝙ deterrima quęq; ac prærupta iam agri petræ uocantur:ut rupices.i.a rupibus. Pla.tñ petronẽ uerucẽ uiderˀ appellare:q pascatˀ in petris nã qđ subiũgit uerueci sectario arietẽ ũr itelligere:q sectatˀ oues:ut p figurã catacresim uerucẽ noiarit. Verucx.n. Varronis sñia castratus: qđ iuersam habeat naturam.

PYLADes **Subbasilicani** ⁋ SVBBASILICanos:qui libenter:& frequenter sub basilica spaciantur:ita priscianus appellari docet. In basilica nãq; negociationes:& publicę conciliationes tractabantur:& iudicia quoq; in basilicis fiebant:ut Quintilianus: & Cecilius docent. Seneca libro de ira secundo:Fremitu iudiciorum basilicæ resonãt. ⁋ Eis ora:ego uerberabo:nõ: eis ego ora:quia uersus abũdaret. ⁋ Surpiculis:uimineis:canistris:& cistellulis:quæ e syrpis fieri solebant. Proptius surpiculis medio puluere ferre rosam. Colu.libro.xi. Et uos agrestes duro:qui pollice mollis Demetitis flores: cano iam uimine textum: Surpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis. **Syrpulus** Alii autem legunt syrpulis pro uiminibus:uel iunceis uinculis:quibus piscatores:ad inuncandos pisces utuntur. ⁋ Qui concinnant liberis orbas oues:locus hic salebrosus:ac difficilis intellectu uidetur:si litteram inspicias. Nam sensus satis planus est:nec a Pio tamen interprete depræhensus:qui duplam agninam danunt:exponit:dant duplicatam carnem agnæ:hoc est agninam carnem mẽtientes ouem pręgnantem uendunt:quæ duplex iocose dicetur:quum agnum abortiuũ adhuc habeat in utero. Quibus somniis:& uaniloquiis nihil stultius deprę̃hendatur.non enim poeta duplam agninam inquit:quia uendãt ouẽ pręgnantem:quia id neq; fit:neq; a laniis fieri posset:carnem ipsam frustulatim secantibus:nisi per summam abominationem ementium, **Abortiuus** præterea:quis agnum abortiuum unq̃ uocauit:quem adhuc habeat in utero mater? Nemo perfecto:nisi insanus:nam abortiuum dicimus imaturum fœtum:& ante legitimum tempus editum. Trãquillus in augusto. Illos senatores:quos uulgus abortiuos uocabat:ad modum pristinum:& splendorem redegit. Plyni.lib.xiiii. Aegyptus & ecbolinam habet abortiuos facientem. Abortum quoq; grauidæ mulieris dici ait Festus:ꝙ non sit tempestiue ortum. Ply.libro.vii. Vno abortu:duo puerperia egesta. Est ergo uerior sensus:qui concinnant liberis orbas oues:idest:qui sub nomine agninæ carnis:ouillam quoq; uẽdunt:& ita duplam:hoc est duplicatam:& duorum generum agninam præbent:mentiẽtes totam agninam esse. ⁋ Orbas oues:idest a quibus agni iam ablati sunt:& ad occidendum dati carnificinam facientibus:quorum officium fuisse uidetur:cædendi animalia tantum:quę postea laniis dissecanda:& uendenda tradebant: ii autem:ut plus carnium uenderent:& bonum nomen retinerent:agnos tãtum cædundos locabunt:ipsi uero domi oues quoq; iugulabant:& earum carnes cum agninis miscentes uẽditabãt: concinnantes:atq; adaptantes eas liberis.i.filiis:hoc est agnis iam occisis: ne ĩternosci possent ab iis:qui emere agninam uolebant:liberis ergo hoc loco pro filiis ouium accipiendum uidetur:qua appellatione hominum tãtum filiis uocari solere existimamus: utpote a libertate:quę hominum tantum propria sit:quum cętera fere subiecta sint sub pedibus eius:ut psalmographus dixit:unde paulus iurisconsultus eos:qui contra formam humani generis conuerso more procreantur:liberorum appellatione non putat contineri:ut si mulier monstrosum quid:aut prodigiosum enixa fuerit. Vtimur autem hoc nomine liberi pro filiis:numero ferme plurali tãtum. Et callistratus nepotes quoq; & pronepotes:cæterosq; qui ex iis descendunt liberorum appellatione contineri existimauit. ⁋ Qui petroni nomẽ indunt uerueci sectario. Neq; hoc loco Pius ille nugax:& temerarius interpres minus insanire uidetur q̃ superius dicens:hic sensus est.lanii mendaciloqui:& falsiloqui:& logodædali ueruecem:seu arietem inscitulæ: & illiberalis carnis habẽtes nomen agni huic imponunt. Indunt nomen petroni uerueci sectario:hoc est ueruecinam carnẽ chordi agni mentiunˀ. Sectarius agnus appellatˀ chordus:& altior:quẽ iã primulũ ferocientẽ sectentur armẽta: petronẽ uero uocitat uerucẽ duc̃:insuauem:inscitum.& illiberalẽ.hęc ille. Quibus nihil isulsius:nihil uanius:nihil mẽdacius. **Veruex** Siqdẽ ueruecem cõfundit cum ariete:quasi idẽ sint:quũ ut supra diximus ex Festi sentẽtia:tantũ distet uerucx ab ariete:

ab ariete: quantum capus a gallo: & maialis a uerre: canteriusq; ab equo. Dicitur nanq; ueruex ab inuersis testiculis: ut Varro ait. & est mas inter oues: cui inuersi: siue adempti sunt testiculi. isq; non est adeo illiberalis carnis & inscitulæ: ut fabulatur Pius: immo gratissimæ: & suo tempore exquisitissimæ. Qui autem ad generandam sobolem integer tenetur: is aries appellatur: ab ara: ut quidam putant: q arıs imponi sacrificia solerent. uel ut alii: a græco αρρην. ενοσ. quod marem significat. aut ab αρησ. κοσ. uel εοσ. quo mars belli deus notatur: quia magno impetu fronte: & cornibus: non modo se inuicem: sed quicquid obieceris percutiant inde. Inde arietatio pro percussione: & arieto uerbum pro percutio accipititur. Et ab huius similitudine postea aries belli machina dicitur: de qua supra egimus. Is igitur aries dux gregis: alio nomine petro appellatur: a petris scilicet: quia inter petras uersetur: hinc petrones rustici a festo dicuntur: a petrarum asperitate: & duricia: horum caro illiberalissima est: tum ob duriciem: tũ uero ob ingratum odorem: id quod non est in ueruecibus: ut diximus. Porro ueruex sectarius appellatur. non autẽ agnus chordus: & altior: ut garrit. Pius: neq; sectarius dicitur: ut nos putamus: quia illũ sectentur armenta: sed q a secti: & adempti ab eo sint testes: ut diximus: ordo & sensus est. Qui indunt nomen petroni: uerueci sectario: hoc est qui petronem uocant ueruecem: carnemq; arietinam: ueruecceam. Idest ueruecis secti: & castrati: eo modo loquendi quo utitur poeta inquiens: mihi est nomen menæhmo: & illi indidit nomen Sosiæ.

Sectarius

Aeg. Euge editiones ædilicias hic quidem habet.
Mirumq; adeost, nisi hunc fecerunt sibi Aetoli agoranomũ.
Er. Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior.
Tantus uentri commeatus meo adest in portu cibus.
Sed ego cesso hunc Aegionem onerare lætitia senem?
Quoi hominum ædæq; nemo uiuit fortunatior.
Aeg. Quæ illæc est lætitia, quam illic lætus largitur mihi.
Er. Heus ubi æstis? ecquis hoc mihi aperit hostium?
Aeg. Hic hõ ad cœna recipit se ad me. Er. apite hasce ãbas
Prius, q̃ pultando assulatim foribus exitium affero.
Ae. p lubet hũc hoiem colloq Ergasile. Er. Ergasilũ quocat?

¶ EDIctiones ædilicias. Nam præerant ædiles rebus uendẽdis: ut si quid uiciosũ pro sincero uenundaretur: eorum edicto succurrebantur. ¶ Agoranomum. Græci ædiles agoranomos dixerunt: quorũ ædicto (ut beatus inquit Hieronymus ad rusticum monachum) uendentium cohercebatur rabies. ¶ Cibus. Gtũs: non patrius casus. ¶ Qui hoie. Pro quo hoie. ¶ Assulati. Vt minutati: sicut sentit Noni. adducens hũc locum. Plautus quoq; rursus in menæchmis nisi dedolabo assulati uiscera.

SARACENVS

Assulatim quid sit

¶ EDIctiones ædilitias. i. præcepta ædiliũ: qui agoranomi a græcis appellantur: Diuus Hieronymus: prius qdem ædilib⁹ quos græci agoranomos appellant: uendentium cohercebatur rabies. Vasis quoq; præerant ædiles corrigendis: Persi. Fregerit eminas areti ædilis iniquas. Vlpianus. Si qs mẽsuras conduxerit: easq; magistratus frangi iusserit: si qdem iniquæ fuerunt. Sabinus distinguit: utrũ sciit cõductor: an nõ: si scit eẽ ex locato actionẽ: si minus nõ: q si æquæ sunt: ita demũ eũ teneri: si culpa eius id fecit ædilis: & ita Labeo & mela scribũt. ¶ Pultãdo assulati. Noni. Assulatim: ut minutatim. Plau. in cap. priusq putãdo assulatim: & q̃ secunt. Itẽ in Menæc. nisi de dolo assulatim uiscera: Sunt qui legant assultatim. i. assiliendo.

VALLA. Veruex qd sit

Assulatim quid

PYLAdes

¶ AEDIlicias. Nam ædiles præerant rebus uendendis: eorũq; cura erat: ne quis flagellaret: accenderet ue annonã: aut fraudem ullam merce noxia: & putrida inferret. hos græci αγορανομῦς uocant. ab αγορα. quod forum uenale significat. & νομοσ lex. quia foro legem imponerent. Erat quoq; ædilibus prodigiorum cura: quod Mar. Indicat epigrãmate illo. Audiat ædilis: ne te: uideatq; caueto. Portentum est quotiens cœpit imago loqui. ¶ Hic habet quidem. Ita scribendum: est. non: hic quidem habet: quia pes unus uersui deficeret. ¶ Cibus uidetur genitiui casus esse hoc loco: ut sit ordo: tantus cõmeatus cibus: pro tantus apparatus cibi. Scimus autem cõmeatum duo significare: uel facultatem ad tempus a militia: alio ue ministerio recedendi: quam præbet militi imperator eundi quo uelit ad præscriptum diem reuersuro: & in hac significatione numero tãtum singulari fere utimur. Vel cibaria: & alimoniam publicam: uel priuatam. Cicero pro lege manilia. Iam comeatu: & priuato: & publico prohibebamur. Salustius. Cõmeatus abunde: municipia: atq; coloniæ patebunt. Hoc loco latiori significatione abusus poeta uidetur: & pro apparatu: ut diximus posuisse. ¶ Quoi hominum adæq;. Super hoc nihil Pius inquit: quia ingenii quippiã exposcebat Sarracenus autẽ. Et sic nihilominus Pius: Qui homine legit: sed Sarracenus: q pro quo exponit. Vterq; dignus bubulis exuuiis. Nam nullo modo uersus constat: si qui homine legas: nec littera satis concinne adaptari poterit: ut sensus ullus integer eruatur. Proinde cum antiquis codicibus hominum legendum est. Et pro qui: quoi: more antiquo: scribendum: qui sit datiuus casus aduerbio illi adæq; iunctus: ut sit: Adæq; cui hoc est: in cuius comparatione: uel respectu cuius: nemo hominum uiuit fortunatior. ¶ Heus: heus: ubi estis? ecquis hoc mihi aperit ostiũ? Ita scribendus: supplendusq; fuit hic uersus: ut suis pedibus constaret: nam nisi duplicetur dictio heus: & addaẽ mihi: claudicaret: duobus pedibus mancus factus: quod nõ aduerterunt præfati duo iterpretes. ¶ Foribus assulatim. Ita scribendum est: & non assulatim foribus: ne uersus abundet. Assulatim autem pro minutatim exponit Nonius: hũc locum citans: & alterum in menæchmis. Nisi dedolabo assulatim uiscera. Sunt Assulæ putamina: & recisamẽta: quæ per dolabram e ligno excutiuntur: quasi parui assides: uł asseres: utroq; enim modo flectimus: hoc est assis idis: & asser asseris: pro tabula: ab assidendoq; dicuntur: quia parieti: & trabibus assideant: ut Festus ait. Plautus in aulularia. Ligna hic apud nos nulla sunt: sunt asseres? sunt pol? sunt igitur ligna: ne quæras foris. Asser quoq; lignũ oblõgum significat: ut in lectica: qbus lecticarii humeros supponunt: Suetonius in caligula. Ad primũ tumultũ lecticarii cum asseribus accurrerunt. Mar. Vt canusi natus nostro syrus assere sudet. Cato simpliciter pro ligno longo: seu pertica posuit in re rustica: his uerbis. Duobus asserculis appositis: quibus gallinæ in nidum possint irrepere. Similiter cæsar lib. ii. de bello ciuili. Asseres enim pedum duodecim cuspidibus præfixi. Quintus Cur. hoc puppium inter uallum antẽnis: asseribusq; ualidis deligatis superq; eos pontibus stratis: qui militem sustinerent: impleuerant. Idẽ. Nanq; ad implicanda nauigia: quæ muros subibant: ualidis asseribus coruos: & ferreas manus cum uncis: ac falcibus illigauerant: ut cum tormento asseres promouissent: subito laxatis funibus inticerent.

Cõmeatus

Adæq;

SARACENVS. Prędestinare quid sit

¶RESPIce. Respicere cum duo significet: & retrospicere & fauere: ergasilus uerbum respice interpretari uidetur pro faue: ideo intulit fortuna: quod tibi ne faciet: hoc me iubes? ut scilicet tibi faueam: & ne pro non: & erit sermo cũ iterrogatiõe? uel næ ꝑ certe: & sine iterrogatiõe leget. ¶ Astitui. Parari. ¶ Aulas. Aula cũ latinũ ē signat? fictile: cum græcũ atriũ. ¶ Prę stinatũ: Inqt Fest. ꝑstinare apud Plautũ emere ē: hoc ē emēdo tenere. ¶ Bñ eē: Ab eo: qđ est edo.

VALLA. Laridũ qd sit

¶EXIgam ois maculas: ois pro oēs exigam: ammouebo: ac excludã. Multiplicem huius uerbi significationem nõ est: ut pluribus ꝑcurramus: quãdo satis supq; ipse Nonius. ¶ Laridum. non pinguedinē mõ suillã: sed totã carnē illi salsam laridũ dixerunt: ut inqt Macrobi. quasi late aridũ: per syncopã: Iuuena. Cognatis apponere lardũ: dixit. Lardum appellans portionē pernę: quę in pruna: aut sartagine torreri solet.

Foculus qd sit

¶ Foculis feruētibus: foculi uasa culinaria: quę foco admouent. ut Cato ostēdit. ¶ Præstinatũ abire: idest præ aliis emptum .s. ꝑstinare apud Plau. emere est. i. emendo tenere. ¶ Pullos gallinaceos. quem græci πωλον dicunt: nostri pullum: ut pullus equinus: ita alii. Ideo adiunxit gallinaceos.

Aeg. Respice. Er. fortuna qđ tibi nec facit, nec faciet, hoc
Me iubes. sed tu qs es? Ae. rspice ad me, Aegio sũ. Er. o mihi
Hominũ optumoꝝ, optume mihi i tēpore aduenis. (qtũst.
A. Nescio quē ad portũ nact⁹ ubi cœnes, eo fastidis? E. cedo
Manũ. Aeg. manũ? Er. manũ iq̃ cedo tuã actutũ. Aeg. tene.
Er. gauđ. Ae. qd ego gaudeã? E. qa ego ipo. age gauđ mõ.
Ae. Pol mœrores mihi anteuortũt gaudiis. Er. noli irascier.
Iam ego ex corpore exigam omneis maculas mærorũ tibi.
Gaude audacter. Aeg. gaudeo, & si nihil sciã, quod gaudeã.
Er. Bene facis. iube. Aeg. quid iubeã? Er. ignem ígētē fieri.
Ae. Ignē igētē? Er. ita dico, magnus ut sit, Ae. qd uolt uiri?
Caussa me ædeis incensurum censes? Er. noli irascier. (tuã
Iuben, an non iubes astitui aulas? patinas elui?
Laridum, atq; epulas foueri foculis feruentibus?
Alium Pisces præstinatum abire? Aeg. hic uigilãs somniat.
Er. Alium porcinam, atq; agninam, & pullos gallinaceos.

PYLADes. Respicio

¶RESPICE: idest retro aspice: id enim simpliciter significat respicio: ut pote cõpositum ex retro: & specio antiquo uerbo quod est aspicio. ¶ Fortuna: quod tibi. respondet Ergasilus cum arrogantia summa: capiens uerbum respice: non simpliciter: ut fecerat ægio: qui id tantum dicere uoluit: uerte faciem: & oculos tuos huc: ut me uideas: qui sim: sed in ea significatiõe: qua charinus apud Terentium dixit pãphilo: age: me secundis in rebus tuis respice. Et inquit. Tu iubes me id facere: quod fortuna nec facit: nec faciet tibi: hoc est iubes: ut ego tibi faustus: fauensque sim: quod a fortuna impetrare non potuisti: quę te: ob filiorum amissionem ęgrum: & tristem nundum consolari uoluit: id quod a me accipere nunc uis: nam quæ nugatur Sarracenus legens: ne pro non: interrogatiue: uel pro certe: sine interrogatione: umbræ sunt: & somnia. ¶ Sed tu quis es: qui es ex codicibus antiquis scribendum est: & non quid est: ut legunt interprętes nostri: & tu addendum fuit metri necessitate: quia pes unus uersui defecisset. ¶ Vt optume mihi in tempore aduenis: similiter & hunc ita scribi uersum metri ratio cogit: additis duabus dictionibus: ut: & mihi. ubi cœnes nactus: subaudiendum es: & ita scribendum metri ratione: non nactus es: ubi cœnes. ¶ Pol mœrore anteuortunt gaudiis. tollenda fuit dictio: mihi: abundanter his interiecta contra metri rationem: anteuortunt autem pro præcedunt positum est: uel super. ¶ Exigam: expellam: excludam. Exigere: ut Nonius asserit: est cui extorquere.

Exigere

Cicero de diuinatione. Et quum esset tritici modius sestertiis duobus: pro frumento in modios singulos: duodenos sestertios exegisse. Inquirere: uel inuestigare. Virgili. Quærere constituit: sociisq; exacta referre. excludere. Plautus in Aulularia. Itaq; omnis exegit foras. Teren. in andria. Spectandæ: an exigendæ sint uobis prius. Debitum repetere. Cicero ad cassium. Sed non urgeo: longiores enim expectabo: uel potius exigam. Facere: seu cogere. Virgilius secundo ęneidos. Quos improba uentris: exegit cæcos rabies. Agere. Plautus in captiuis: Salue tyndare. Et tu cuius causa hanc erumnam exigo. Virgilius. Omnes: ut tecum meritis pro talibus annos: exigat. Definire: cõstituere. Virgili. Decreuitq; mori: tempus secum ipsa modumq;: exigit. Exactum uero trãscursum: & pręteritum significat. Virgili. tertio georgi. At tribus exactis: ubi quarta accesserit ætas. ¶ Idem in eodem. Exactis grauidæ quum mensibus errant. Et primo georgico. Exactum ad mensem pluuie: uentisq; carebunt. Eleganter etiam exactũ dicimus exhaustum: & superatum. Seneca: Vt tot procellis tempestatibusq; exactis: aliquando in portu; ueniamus. ¶ Sed iube: dictio sed: addenda fuit metri necessitate: nam mutilus: mancusq; incessisset. ¶ Quid uolt uri. uerba sunt ęgionis hæc intra se: uel summissiore uoce prolata. nam quum Ergasilus iussisset ignem ingentem: magnumq; fieri. ait ægio: uoce ut diximus summissa: quid uult uri iste? deinde altioribus uerbis inquit. Tu an me causa: & cætera. ¶ Me causa incensurum ædis. Ita scribi uersum hunc concinnior compositio exigit. Dictio autem: tuan: finis est pręcedētis uersus. ¶ Aulas astitui: non astitui aulas: quia uersus claudicaret. ¶ Astitui: parari: constitui. ¶ Aulas. hic pro fictilib⁹ uasis accipit; & latinum nomen est: ollaq; appellatum: ut in aulularia diximus: quum autem atrium significat: græcum est. αυλη enim a græcis dicitur. ¶ Elui: lauari: a uerbo luo. ¶ Laridum: laridum: ut Macrobius ait: est caro salita: sic dictum: quasi large aridum. Dicimus etiam lardum absq; i Martialis. Et pallens faba cum rubēte lardo: quo uersu clare patet: lardum esse salitam carnem: non autem pingue illud suillum: quod uulgo lardum dicunt. Hanc salitam carnem succidiam quoque nominant. Cicero de senectute. Iam ortum ipsi agricolę succidiam alteram appellant: Varro secundo de re rustica. Et qui non audierit patres nostros dicere: ignauum: & sumptuosum esse: qui succidiam in carnario suspenderit. Succidium quoq; neutro genere appellatur. ¶ Foculis feruescentibus: ita scribi cogit metri necessitas: nã si feruentibus legas: pes unus uersui deficiat: idest locis: ubi ignis fit: multo igne calentibus. ¶ Prę stinatum: emptum: pręstinare enim: ut Festus inquit significat emere apud Plautum: hoc est emendo tenere: hæc ille uidetur autem uerbum: non a per & sto: ut quidam asserit: sed a precio: uel a præ & teneo compositum esse: & prętinare. non pręstinare scribi debere. ¶ Scis tu bene esse: tu addēdum fuit metri ratione: nam pes unus uersui deficeret. ¶ Esse: ab edo uerbo infinitus est: hoc est comesse.

Exactum

Pręstinare

¶Pernam:

SARACENUS

¶PERnam: A pede dictam Varro insentit: & dicuntur tam priores q posteriores coxæ: hoc autem loco pernā piscem itelligo: cū plura deinceps pisciū gn̄a cōmemoret: de pnis mētionē Pli. facit. lib. xxxii. cap. vii. natur. histo. his uerbis. Sunt. n. pnæ e cōchaꝝ gn̄e circa pontias isulas frequētissime: stant uelut suillo crure lōgo in harena defixæ: hiātesq;: qua lipitudo est: pedali nō minus spatio cibū uenant: dētes in circuitu marginū hn̄t pectinati spissatos: itus pro spondylo grādis caro est. ¶ Ophthalmiā: Hic piscis ab oculoꝝ magnitudine dictus est: quā uulgo dicimus oculatā: ophthalmos. n. dr̄ oculus: est in alia significatione ophthalmia morbus offendens oculos: quē celsus: & alii lippitudīnē appellāt: licet Iulius pollux magis oculoꝝ ciuitatē ophthalmiā dici uoluerit ex corporis ægritudine. ¶ Horçuꝫ: Apd Pliniū legit: scōber. salpa horus: scorpena: q̄q̄ uitiosum nonnulli sint arbitrati uerbū horus: & legēdū potius saureū esse: uel spaꝝ: hoc non cōtēdero: cōstat sine cōtrouersia horæum oīno genus esse salsamēti authore athenæo: duo hæc salsamēti gn̄a referente: horæū uidelicet: & thuniū: hoc pingue: & illud macrū cōmendāte. Thynni. n. ut Pli. refert: abdomine cōmendant. ¶ Scōbrū: Pli. in. ix. scōbris in aqs sulphureus est color: extra quī cæteris hispaniæ cætarias: hi replent thynnis nō cōmeantibus. ¶ Triconū. Qui turtur uidet a nōnullis appellari trigon dr̄ a græcis: quē piscē latini pastinacā marinā uocāt: cuius mētionē facit Plinius in nono annumerās iter uenenata marina. nā in ipsis cauda stat radius p̄sentissimi ueneni: & arbores ifixus radici necat. Ausonius quoq;: lætalisq; trigō dixit: uel si pp uenenū trigonū aspnabere: lege triglā quē piscem nōnulli mullū: aliī notiori uocabulo barbonē dixerūt: a græcis trigla dr̄: quo et noīe romāi usi sūt: meminit hui⁹ piscis Iuuena. Martialis: Plinius. ¶ Cetū: Notauimus supra cetos dici maiores pisces: cetariosq; maioꝝ pisciū piscatores.

Horçū qd dicatur

Ae. Sis bene esse, si sit unde. Er. pernā, atq; ophthalmiam,
Horæum, scombrum, & trigona, & cetū, & mollem caseum.
Ae. Nominandi istorum tibi erit magis, q̄ edundi copia.
Hic apud me ergasile. Er. me an me causa hoc cēses dicere?

Tricon quid sit

VALLA.

¶SCIS bn̄ eē. i. nr̄i bn̄ absumere. ¶ Pernā. cū sus in partes binas diuidit: ac sale obruit: ps utraq; pna a Catone noiatur in rebus rusticis. Inuenias et pnā pro petasone poni: ut opinor: qa græci pternā calcaneū uocāt: inde pniones q̄si pterniones calcaneoꝝ scissuræ noiant. ¶ Ophthalmiā. a græcis ophthalmos: qui a nr̄is oculus: a græcis ophthalmia: quæ a nostris lipitudo: sed hic cibi spēs est: quę fortasse ex aliquoꝝ aialiū oculis cōponebat. nā hodie quoq; nō desunt: qui oculos in cibo tam in aqs uitā agentiū aialiū: q̄ in terris maxime appetant. nos tamē pro ophthalmia remur legendū optaleā: & interp̄tamur frustū assatæ carnis. Nam οπταλεος assatus dicit. ¶ Horreū: scōbrū: & trygonū. noīa sunt pisciū. græci tn̄ trygonē uocāt: ut sit noīatiuus trygon: quē nos pastinacā maritimā appellamus. De ipso Aristoteles ide aialibus nono. & Pli. meminit: annumeratq; iter uenena. Ausonius quoq;. Littoreis diues spoliis: referunt ab unda. Corrhoco: letalisq; trygon: mollesq; platestæ. ¶ Et cætum. hoc uocabulo supra ostendimus maiores pisces dici: ut uituli marini: Delphin. Thynni. Balenæ: Xiphiæ: qui oēs: ut Psellus in secundo de ratione uictus docet: perniciosi sunt humoris: quia redundantissimi: & perinde saliuntur: ut in aliquē usum modo perducantur.

Ophthalmia quid

PYLAdes

¶PERnā pnæ a pedibus. dicitur: ut Varro sentit: & dicunt in sue tā priores q̄ posteriores coxæ: Ply. lib. viii. cap. qnquagesimo. Castrātur sues: quoq; uti cameli post bidui inediā suspēsę pnis prioribus: & ab haꝝ pnaꝝ siītudine piscis quoq; genus est: pna appellatus ex cōchaꝝ gn̄e: Ply. li. xxii. natu. hist. cap. vii. Sunt & pnę cōchaꝝ gn̄is circa pōtias isulas frequētissimę: stant uelut suillo crure lōgo. in arena defixæ: hiantesq;: qua lipitudo est pedali nō minus spacio cibū uenātur: dētes in circuitu marginū hn̄t pectinati spissatos: itus pro spōdylo grādis caro ē. Et qm̄ ueteres pnas pedes uocabāt: qđ nomē hodie quoq; seruāt hispani hinc pnio appellat morbus pedū ex nimio frigore ꝓueniens: & calcaneū p̄cipue iestās. Ply. li. xx. cap. iii. est & rapo uis medica: pniones feruēs ipositū sanat. ¶ Ophthalmiū: oculatā piscē: q ab oculoꝝ magnitudine sic appellātur. οφθαλμος. n. oculus gręcis est. Vn̄ μονοφθαλμος. monoculus: qui & cocles: & defioculus quoq; appellat. In alia āt significatione ophthalmia morbū oculoꝝ significat: quē celsus: & alii lippitudinē appellāt: sicut xerophthalmiā: q̄ sit arida lippitudo: quū nec tumēt: nec fluūt oculi: sed grauescunt: quanq̄ Iulius pollux negat ꝓpriū aliqđ esse oculoꝝ uitiū: sed in eo uerbo significari tradit cauitatē oculoꝝ ex corpis ægritudine: ut Hermolaus barbarus rettulit in glossematis Plynianaꝝ castigationū. ¶ Horæū. Salsamētū inqt Athenæus: referēte hermolao in castigationibus Ply. cap. vii. li. xxxii. aut horçū est: aut thūniū. in horræo macra pinguibus: in thūnio macris pinguia p̄ferimus. ¶ Scōbrū. Scōbrus piscis genus est nō rari: neq; p̄ciosi: & ꝓpterea salsurę is quoq; pręberi consuetus. Ply. li. ix. cap. xv. Scōbris inqt in aqs sulphureus est color: extra qui cæteris. dicit & scōber in casu nominādi: ut gongrus: & gonger. Strabo. Herculis isula obiacet carthagini scombraria uocata: q̄ ibi capiātur scombri: ex quibus optimum garum cōficitur. ¶ Trygonū. Errorem omnino esse in hoc uersu crediderim: neq; scribi debere horçum: neq; trygonum: quāq̄ ita in codicibus fere legatur & ita ab Hermolao barbaro citetur in castigationibus capitis septimo libro. xxxii. Plynii. Nam trygonum nusquā lectum est: sed trygona in casu acusandi: utpote a nominatiuo trygon: & non trygonus. Corne. celsus libro sexto. Et plani piscis: quā pastinacam nostri: trygona gręci uocant: aculeus torretur: deinde conteritur: resinaq; excipitur: quę denti circundata hunc soluit: uidetur autem trygon piscis esse: quem turturē aliqui appellant: pastinacam latini: ut supra. De quo Plynius libro nono capitulo. xlviii. inter uenenata marina loquens sic ait. Sed nullum usquā execrabilius q̄ radius super caudam eminens trygonis: quam nostri pastinacam appellant: quin conchylii magnitudine arbores infixus radici necat: arma ut telum perforat: & cętera. Ausonius quoq; de eo inquit referuntur ab unda chorrhocho: lethalisq; trygon. Quid si hoc loco: pro trygonum: triglam legas: quem piscem nonnulli mullum: uulgus barbonem nuncupat? græcis quidem: ut Suidas inquit. τριγλις est piscis genus: & in epigrāmatis: ut inquit: legitur. τριγλαν απαγρακινς και φυκιδασοιλι μενκτιμ. ¶ Cętum. Dicimus hic cetus: & pluraliter hęc cęte. significat autem pisces maiores maris: unde cetarii: ut Marcellus inquit: genus est piscatorum: quod maiores pisces capit: dictum ab eo: q̄ cete in mari maiora sunt piscium genera. Virgili. Immania cete. Varro. Non animum aduertis cetarios quum uidere uolunt in mari thynnos ascendere in malum alte: ut penitus per aquam perspiciant pisces. ¶ Nominandi istorum: idest nomina recensendi: alioquin: nominādi ista uidetur rectius dici: uerba sunt ægionis per iocum ad ergasilum prolata magis inquit poteris hęc nominare: q̄ comesse hic apud me.

Ophthalmia

Horçum

Trygon

Cetarii

p

Ae. Nec nihil hodie, nec mlto pl' tu hic edes, ne fruſtra ſis.
Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas.
Er. Qui ita faciã, ut recupias facer̃ ſumptũ, & ſi ego uetem.
Ae. Ego ne? Er. tu ne? A. tũ tu mi igit̃ her'es? Er. imo bñ uo (lẽs.
Vin te faciam fortunatũ? Aeg. malim, q̃ miſeꝶ qdẽ.
Er. Cedo manum. Aeg. hem manum. Er. Di te oẽs adiuuãt.
Aeg. nihil ſentio.
Er. Non enim es in ſenticeto, eo non ſentis. ſed iube.
Vaſa tibi pura apparari ad rem diuinam cito,
Atq; agnũ afferri propriũ, pĩguẽ. Aeg. cur? Er. ut ſacrufices.
Ae. Quoi deoꝶ? Er. mihi hercle. nã ego nũc tibi ſũ ſum' Iup (piter.
Idem ego ſum ſalus, fortuna, lux, lætitia, gaudium.
Proin tu deum hunc ſaturitate facias tranquillum tibi.
Ae. Eſurire mihi uidere. Er. mihi equidem eſurio, non tibi.
Ae. Tuo arbitratu facile patior. Er. conſuetus puer.
Ae. Iupiter te, diq; pdãt. Er. te hercle, mihi æquõſt gratias
Agere ob nuncium, tantum ego nũc porto a portu tibi bõi.
Ae. Nunc tu mihi places. abi ſtultus, ſero poſt tẽpus uenis.
Er. Igitur ſi olim aduenissem? magis tu tum iſtuc diceres.

SARACENVS. Sẽticetũ qd ſit

¶ Victi: Pro uictus quottidiani aũt dixit pro cõſueti & qdẽ parciſſimi. ¶ Recupias: Ideſt ualde: magiſq; cupias. ¶ Non es in ſenticeto: Feſtiua eſt percuſſio: iocat̃ enim ad uerbũ non ſentio: a ſentibus. i. ſpinis ſenticetũ dictũ: & ſen- dicta qđ ſentiatur: hic ſenticoſum: ſpinoſum: aſperũ. ¶ Credo cõſuetus puer. Vt. ſ. patiaris: & ſubagiteris. ¶ Olim Iamdudum: uel añ diximus ẽt ſignare futurum tempus: ut apud Vir. Horatiumq;. Nõ ſi mala nunc: & olim ſic erit.

VALLA. Sẽticetũ qd ſit

¶ NE Fruſtraſſis. i. ne fruſtra acceſſeris. ¶ Quottidiani uicti. pro uictus. Nã q̃rtæ nunc: ueteres ſcđa fecere declinationis: ut fere facimus noia oia q̃ ſint a uerbis ſimilia pticipiis p̃teriti tpis. ¶ In ſenti. ſenticetũ uocat: ubi multæ ſentes: & ſentis a ſentiẽdo: ſicut ſentinare. qđ ſignificat ſatagere: a ſentina: quã multæ aq̃ nauis cũ recipit: piclitatur. Cecilius in ethriõe. Cũ Mercurio capit cõſiliũ: poſtq̃ ſentinat ſatis ſentes: cũ conſtet eſſe ſpinas. & Affrani' in abducta dixerit: q̃ ſentico-ſa uerba ptorq̃t turba pro ſpinoſis accipi debet. Sentũ uero Terẽ. horridum dixit. ¶ Propiũ a ppe. i. q ppe aliud nõ ſit q̃ pinguedo. ¶ Pinguẽ. i. ſaginatũ: uñ hoc pingue: ſicut & pinguedo: & pinguetudo in eadẽ ſignificatione: ut apud Varro & Plini. quicqd ſit cõmentus: Seruius.

PYLADes

¶ NE fruſtra ſis. i. ne tp̃s teras in noiandis hmõi cibariis: uel ne amittas meliore cõditionem: ſi fortaſſis alicubi tibi oblata eſt. ¶ Victi: pro uictus: genitiui caſus eſt: more antiquo. ¶ Quotidiani. aũt pro cõſueti: & modeſti: nõ largioris: & opipari. ¶ Recupias. i. ualde: & maxime cupias. ¶ Nihil ſentio: deos. ſ. oẽs me adiuuare. Et hic eſt finis uerſus p̃cedẽtis: alter aũt incipit: non. n. es in ſen. ita metri rõne: & neceſſitate exigẽte. ¶ In ſenticeto: in loco ſpinis pleno. Sentis. n. dr̃ ſpina: ex eo dicta: ꝙ ſentiatur: inde ſenticetu; : & ſenticoſus ſpinoſus: aſper: eſt autẽ feſtiua reſponſio ergaſili: alludens ad id: quod dixe at ęgio nihil ſentio. ¶ Vaſa apparari tibi pura. Ita ſcribẽdus eſt uerſus: ut ſuis cõſtet pedibus: nam ſi legas: uaſa tibi pura apparari: ut legũt iterp̃tes nr̃i: claudus fiat: & uno pede mutilus.

Proprium

¶ Propriũ: aptũ: & ad rẽ ſacrificalẽ accõmodũ: uel ppriũ. i. qui uere agnus ſit: & nõ peruenerit ad grãdiorẽ ætatẽ: aut certe propriũ. i. ex tuis: & non alienis. Nã: ut Noni. inqt: ppriũ eſt ſuũ uniuſcuiuſq;. Virg. vii. æneĩ. Nũc mihi da ppriũ uirgo ſata nocte laborem. Varro in caprino p̃lio. Nã uirtutẽ ppriã mortalibus fecit: cætera pmiſcue uoluit cõia haberi: & ſignificat diuturnũ. Siſenna hiſt. lib. iii. Tũ ſubito tacuit: atqui metu: & ſuſpicione ppria capere nõ poterat gẽtẽ. Et perpetuũ. Virg. vi. æneĩ. Propria hæc ſi dona fuiſſent. Teren. in andria. Ego deoꝶ uitam pptere a ſempiternã arbitior: ꝙ uoluptates eoꝶ ppriæ ſunt. Quod aũt addit Pius iterpres: Quid ſi nõ ppriũ: ſed ppẽſum ſcribis: hoc eſt adipatũ: habitiorem: & ſucculentũ? prorſus negligẽdum eſt: uti futile: & uanũ: quum ſequat̃ in contextu: pinguẽ: ſed qđ pluris multo eſt: qa uerſus eã dictionẽ nõ tolerat: utpote: quæ abũdãtẽ: & ſupfluentẽ ipſum faceret. ¶ Mihi equidẽ eſurio. Ergaſili uerba ſunt: iocantis in uerba ægionis: qui dixerat: eſurire mihi uidere: nam qa dictio mihi: nõ tantũ ad uerbũ uidere pro uideris poſitũ referri põt: id qđ fecit ſenex: ſed ẽt ad uerbũ eſurire. ut ſit uideris eſurire mihi: Io circo inqt paraſitus: eſurio mihi: nõ ãt eſurio tibi. ¶ Tuo arbitratu: ægionis pſona his anteponẽda eſt: qui audiens paraſiti ſub tilem illã: ac leuẽ nimiũ interp̃tationẽ factã in dictione mihi: inqt. Tuo arbitratu facile patior: ut. ſ. tibi eſurias. Ergaſilus ãt obſcœne uertens illa uerba ægionis: rñdet: Cõſuetus puer: hoc eſt: facile pati cõſueuiſti ab uſq; pueritia. Vñ ęgio rñdet. Iuppiter te diq; pdant. Ita. n. recõcinandæ ſunt pſonæ ſuis locis: ut ſenſus iteger reſultet: & delẽda dictio credo: ſupfluo p̃poſita uerbis illis ergaſili: cõſuetus puer: quæ oia Pio & Sarraceno iterp̃tibus nr̃is non minus corrupte: q̃ ignorãter: ac ruditer lecta ſunt. ¶ Te hercle: paraſiti uerba rñdentis ad ea: quæ ægio dixerat: Iuppiter te diq; pdant. ¶ Porto a portu: ludit in ſimilitudine uocabuloꝶ de more ſuo poeta. ¶ Nunc tu mihi places: preponenda his eſt pſona ægionis: qui ſuſpicans paraſitũ ea uerba protuliſſe: ut ſibi placeret magis: & ob id ei cœnam ſtrueret: inqt: ueluti per cõtẽptum: nũc te mihi places: & hoc eſt: nunc te mihi placer̃ exiſtimas ob hæc inaniloq̃ uerba: quaſi diceret: nõ pptere a places: ¶ Abi ſtultus: uerba eiuſdẽ ægionis ſunt cõtinuata: qbus uti ſolemus: quum a nobis aliquẽ reiicimus: abi inqt cũ tuis his nugis: nimiũ diſtuliſti aduẽtũ tuũ. ¶ Sero poſt tp̃s uenis: uel ut diximus: mos loquendi conſueto: uel referens ad cœnã: quã ei policitus fuerat dare. ¶ Igit̃ ſi olim aduenisse magis: legendum eſt: ſi olim: nõ olim ſi: qa uerſui pes unus abũdaret: reſpõſio eſt paraſiti ad ęgionis uerba: igit̃ inqt: etiã ſi tẽpeſtiuus ueniſſem: tu ẽt hoc dicturus eras: me. ſ. ſero poſt tp̃s uenire: ne cœnã mihi dares. ¶ Tu tñ. Ita ſcribendũ uidet̃: non tu: tum ſenſus cõcinnitate. i. tu nihilominus. Poſſet & alius ſenſus elici: ſed obſcœnior: hoc mõ: ut quũ ægio dixiſſet. Nunc tu mihi places: paraſitũ digito: uel manu tãgere uoluiſſet: ut faciũt qui rem turpẽ affectãt: pp qđ reſpõdeat paraſitus: Abi ſtultus. q. d. diſcede a me: neq; me tangas: qa ſero poſt tp̃s uenis. i. qa ætas tua: ac mea iam nõ poſcunt hæc. Et deinde ſubiiciat ſenex: Igitur: ſi olim aduenissem: quaſi per ĩterrogationẽ: ac ſi dicat: me nõ reieciſſes. Et iis rñdeat paraſitus. Magis tu tum iſtuc diceres: & tum nõ tamẽ legat̃: ut habent codices. i. magis tũc dixiſſes. Nũc tu mihi places. Et hic ſenſus hoc modo: per perſonarum interiectiones electus: fortaſſis melior: & concinnior Plautinis iocis ſit.

¶ Celoce.

SARACENVS.

CEloce. Et de celoce meminimus nauigio a celeritate dcō. Suo cognomine: Vt. s. semp dicar saturus. Aulidē sem: Philocratē. Maton apollo: Idest p apollinē. ma. n. p. ton articulus: apollo accusatiu⁹ atticus. Vt seruolū. s. uidi. Næ tā corā: Nę pro certe tam articulus: corā aūt: pnestę: signiā: frusinonē: alternā: ciuitates festiuiter cōmemorans: de quibus habita mētio est a Strabōe in qnto geographiæ: sunt. n. latinorū oppida. Quid tu Barbaricas urbes: Loqt ut græculus nā oēm nationē pter gręcā barbarā dixerunt. Tuum uictū: qa dixerat supra: asper meus uictus est. Quoius tunc natiōis. i. ætatis hoc loco: sed egio nationem intelligēs in ppria significatione p gente: uel populo: a quo duceret originē: inquit: cuius nunc est.

Nunc hanc lætitiam accipe a me, quam fero, nam filium tuū
Modo in portu philolemum uiuom, saluom, & sospitem
Vidi in publica celocæ, ibidemq; illum adolescentulum.
Alium una, & tuum Stalagmū seruom, qui aufugit domo.
Qui tibi surripuit quadrimū puerum filiolum tuum.
Ae. Abi i rē malā, ludis me? Er. ita me amabit scā saturitas
Aegio, itaq; suo me semper condecor & cognomine,
Vt uidi. Aeg. meū gnatū? Er. tuū gnatū, & Genium meum.
Et capteuom illum aulidensem. Aeg. μάαγ ἀπολλω?
Er. & seruolum
Aeg. Stalagnū, meū qui gnatū subripuit? Er. νὴ τὴν κορὰν.
Aeg. Iādiu? Er. νὴ τὴν πραίνεστε. Aeg. uēit. Er. τὴν τὴν σιγνίαν.
Aeg. Certon? Er. νὴ τὴν φρουσινῶν? Aeg. uidesis. Er. νὴ ἀγαλατριον.
Aeg. Quid tu barbaricas urbes iuras? Er. qa enim itē asperæ
Sunt, ut tuū uictum autumabas esse. Aeg. uę ætati tuæ.
Er. Quippe quādo mihi nihil credis quod ego dico sedulo.
Sed Stalagnus quoius erat tūc natiōis, quom hinc abiit?

VALLA.

IN publica celoce. supra celocem nauigii speciē a celeritate dicta. Ita me amabit sancta saturitas. subaudi edēdi: & bibendi: quā ut Fest. inqt. Plautus: pediā & bibesiā finxit sua cōsuetudine: cum intelligi uoluit cupiditatem edendi: & bibendi. Maton apollo. ma iurantis aduerbium apud græcos: ton articulus. Apollo accusatiuo casu more atico dixit. Et suulū. stalagmum. Næ tam coram: næ iurantis aduerbium græcum: tam fœmininus articulus: cora oppidi nomē: sicut & quę secuntur oppidorum nomina barbara. Strabo lib. quarto. Ante hanc priuernu; est: & cora: & syes. Tunc nationis: hoc est quot annos natus abusus uocabulo: ideo respondet ægyo.

Cora qd sit

PYLAdes

Nam filium tuum: dictio tuum finis ē huius uersus non principium sequentis: ut fere in codicibus legitur ita metri necessitate postulante. Celoce: nauigiu; breue est celox a celeritudine dictu;: ut in asinaria diximus. Stalagmum: nomen est serui illius: qui olim aufugit ab ægione: & abduxit eius filium quadrimum: uidetur autem fictum nomen: atq; usurpatum a Stalagmis: quæ ornamenta sūt aurium: ut inquit Festus: de quo uocabulo dicemus in menęchmis: super illo uersu Da mihi in auris facienda pondo duum nūmum stalagmia: ubi & pii: & Merulæ: & cæterorū deliriū ostendemus legētium spathalia. Abi in re; malam: ita scribendum est. non: in malam rem: quia abūdaret uersus. Cognomine: ut semper scilicet appellari possim satur. Cognomen: ut in uocabulario nostro diximus: est qd nomini adiungitur: uel quod sequit̄ ad nomen: quacūq; id causa fiat: siue magistratus: uitium: discretio: uirtus euentus: siue ars: siue id cognatio reddit. Quod enim pene inueterauit apud quosdā: ut cognomē a cognatione: & genere tantum imponatur: agnomen autem ab euentu: penitus falsum est: quum appellatione cognominis: ea omnia propriis nominibus addita nuncupētur. Et nomē ipsum agnomen uix unq̄ repertum sit apud idoneos authores in ea significatione: quanq̄ a grammaticis nonnullis celebratum. Dicimus & cognomines eos qui eodem nomine appellantur. Vt uidi: non: ut ego uidi: quia pes unus abundaret. μα τον ἀπολλω. Non est interrogatio hæc ab ęgione facta: sed assertio negatiua. Non enim significant hęc uerba p apollinem tantum: ut uaniloqui: & gręcissantes: picarum more: Pius & Sarracenus interpretes garriunt. sed significant: nō per apollinē. Siqdē. νὴ. & μα. ut i mostellaria latius dicēus pticulę sūt apud gręcos iuratiuę: sed significatiōe cōtrariæ. nam. νὴ. affirmationem. μα. autem negatione; in se continet: ut si dicamus. νὴ τὴν κορὰν ut paulo infra: significemus: ita per coram. Si autem. μα τον ἀπολλω: non per apollinem. Quid quod & Pius in dictione hac apollo ostēdere uoluit: se græcum: quum inquit. ἀπολλω και ἀπολλωνα in accusatiuo casu græci dicunt. Sed quo mō ἀπολλω actūs sit si interrogetur: puto: ut mutus fiet: & quid respondeat ignorabit. Scribenda sunt aūt hęc græce. μα τον ἀπολλω. νὴ τὴν κορὰν. νὴ τὴν πραινέστην. νὴ τὴν σιγνίαν. νὴ τὴν φρουσινῶνα. νὴ τὸ ἀλάτριον. Et ser. Scribēd ūest &: non ut: ut legit Sarra. Stalagmum: delenda est dictio meum: quę hic præposita erat perperam contra metri rationem. νὴ τὴν κορὰν. Ita scribi debet: & non ναι: ut aiūt Pius & Sarracenus interprętes parum docti. ναι. enim affirmantis tantum est aduerbium: non iurantis: de qua in amphitry. diximus: & scribitur per diphthongum. ai. Cora autem: præneste: signia: phrusino: & alatrium: sunt latinorum urbes: a latinaq; uia non distantes: de quibus Strabo libro quinto sic meminit: Postmodum deinceps in ipsa latina insignes sunt ædes: urbesq; ferētinum: & phrusino: iuxta quā cosas labitur flumen. Et infra. Vtroq; autem ex latino latere dextrorsum inter illam & Appiam: Setia. & Signia sunt: uini feraces: altera quidem prętiosissimi: alterius uinum est: quod aluum sistit: qd̄ signinum uocitant. Ante hanc: Priuernum est: & Cora & Syes: & pusilla quædam pręfectura: Velitręq;: & Altariū. De signigno quoq; uino Mar. inquit. Potabis liquidum signina morantia uentrem. Ne nimium sitias: sit tibi parca sitis. Quid tu barbaricas urbes iuras: Italicæ urbes sunt omnes prædictæ: sed ut gręcus loquitur: ad illum græce loquentem: qui omnem aliam nationem præter græcam: barbaram appellant. Quia enim itē asperę: quia īquit sūt tam asperæ hæ urbes: q̄ tu dicebas mihi pauloante: asperum esse uictum tuum. Vt uictum autumabas tuū esse; non ut tuum uictum: quia pes unus uersui abundaret. Cuius nationis: idest. cuius ætatis: quemadmodum: & natu grādis aut maior natu dicere solemus: utentes ea dictione natu: pro ætate: sed ægio accipiens nationem in propria significatione: pro gente: uel populo: a quo duceret originem inquit.

Age quoius & nunc. Er. si quoius nunc est, Boius Boiā terit,
Liberorum quærundorum caussa ei credo uxor datast.
Aeg. Dic bonan fide tu mihi istæc uerba dixisti? Er. bona.
Aeg. Di immortales, iterū gnatus uideor, si uera autumas,
Er. An tu dubium habebis etiā, sancte quom, ego iurē tibi?
Postremo Aegio, si parua iuri iurandost fides,
Vise ad portū. Aeg. facere certust, tu itus cura quod opust.
Sume posse, prome quiduis, te, facio cellarium.
Nam hercle nisi manticulatus probe hæc fuisti, petito,
Aeternum tibi dapinato uictum, si uera autumas,
Er. Vnde id? Age. a me, meoq; gnato. Er. sponden tu istud
Er. At ego tuū tibi aduēisse filiū respōdeo. (Aeg. spōdeo,
Aeg. Cura q̄optume potes. Er. bn̄ ambula, & redābula.

SARACENVS.

Boia quid dicatur

¶ BOIVS boiā terit: Boia torquis dānatorū dicit̄: uel: ut placet Festo: genus uinculi est tā lignei q̄ ferrei: & Boia ciuitas est græciæ: ut Stra. memit in. viii. postq̄ malea est. Iocus est ergo Plautinissimus. Nā cū egio dixisset: cui⁹ nūc est: uidelicet natiōis: parasitus natione capiēs in eadē sigñatiōe uidelicet ꝓ ppľo: & gēte: a qua ille eēt oriūdus subdit: si cuius nūc est. Boius boiā terit: Iocose alludēs ad boiā: tāq̄ ad ipsi⁹ seruuli pr̄iam: & natalē terrā: siue ad boicos pplos germaniæ: q hercyniā insulā icoluisse dicunt̄: ut Stra. autor ē: & meminit Mella Pō. sigñare tñ uolens hoiem dignū laqo eē: & dignū suspēdio: uel poti⁹ ipm ferreis uiculis detētū eē: Id quod forte uerū erat: nā cū fugitiuus seruus capt⁹ fuisset: tūc cōpedibus merito destinebatur: & uict⁹ ducebat̄: & sic boiā tanq̄ uerbū āphibolū ꝓ uinculo: & ꝓ ciuitate pariter festiuiter expssit: a qua nomen seruo dedit: ut & ipse boius tanq̄ a pr̄ia boia diceret̄. Verbū aūt terit itidē duo sigñat: unū uidelicet cōueniēs boiæ tāq̄ ciuitati: nā dicimus aliquē locū terrere. i. locū frequētare: & hitare: & alterū congruens boiæ. s. uinculo: nā ex nimio pedū: uel ceruicis attritu: uincula terunt̄: & cōpedes. Boiā aūt ꝓ uxore sibi datā subdit ad q̄rēdos liberos: propter ea ꝙ cū ea perpetuo fuerit addictus: & copulatus. ¶ Māticinatus: Vaticinatus. Māticē. n. Cice. dixit diuinationē esse. i. psensionē: & scientiā rerū futuraꝝ. ¶ Dapinare: A dapibus nouatum uerbum.

Mantice qd sit.

VALLA.

¶ CVIus & nūc: quoniā natio nō mutatur: manens autem ergasilus in proposito respondet. ¶ Si cuius nunc est bolus boiā terit. idest suspendio mortuus est: quoniam ætas non mutata: supra admonuius boiā ad cruciandū genus instrumenti: bolus iactus appellatur: & sub mento pars eminētior: ut sit sensus cōuersio. bolus a boia teritur. ¶ Vxor data est: subaudi boia. ¶ Te facio cellarium. idest cellæ uinariæ: panariç: carnariæ præficio: ut promus mihi: condusq; sis. ¶ Si manticinatus: idest uaticinatus: mantis eni græce uates latine. ¶ Tibi dapinabo: idest exhibebo a dapibus factum uerbum. ¶ Si uera autumas. i. refers: nā autūare est ēt cēsere: & dicer.

Mātes qd sit

PYLADes

Boii

¶ CVius: & nunc: hoc est eius gentis: & originis erat: cuius est etiam nunc: quippe quum nationem: & originem suā nemo unq̄ mutet. licet patriā & larem diuersum colat interdum. ¶ Boius boiam terit: iocus est festiuissimus: de plauti consuetudine a parasito prolatus. Boii sunt citerioris galliæ populi: qui primi Annibalis aduentū sentientes a populo romano defecerunt: ut Liuius author est. hos boios rhetis propinquos: uindelicis. & heluetiis: Stra. inquit mōtanam partem tenuisse: quos pauloante e transalpina gallia in italiam transgressos dixerat lib. iiii. & est etiā græca ciuitas post quam malea est: ut meminit idem Strabo libro octauo. Boia quoq;: ut in asinaria diximus: genus est uinculi tam ferrei q̄ lignei: quo uinciebantur noxii: Quia ergo Stalagmus seruus uinctus: & boiis astrictus ducebatur a philocrate: & philopolemo: & ergasillus illum sic uinctum fuerat intuitus: ludit erga ægionem: in nomine boius: & ait. Si erat nationis: cuius est nunc: boius ergo erat: ad gentē utiq; hoc referēs quia nunc quoq; boius est: & boiam terit: in hoc autem ad boiam uinculum respiciēs: a qua ipse boius dici mereatur: ut enim a compedibus compeditum diceremus: a manicis manicatum: sic a boia boium deduxit. Et quia terere uerbum duo significat: subigere: ut in illo Mar. Pene sit: ut culo tritior ipsa tuo: alterum autem cōsumere: & paulatim cōterere. quæ secunda significatio congruens est compeditis: & uinculis astrictis: quoniam attritu uincula consumūtur. Ideo boiam terere dixit: re uera intelligens: illum boiam uinculum conterere: pedū collisione: sed ostendens se de altera significatione loqui. Vnde subdit: liberorum quærundorum causa ei credo uxor data est: nam uxores: quæ liberorum quærundorum causa: dantur uiris: ita illis copulantur: & uinculo maritali annectuntur: ut huic Stalagmo boia uinculum annexa erat. ¶ Sancte: quum ego iurem tibi: idest tanta assertione: & tam efficacibus uerbis: quum per tot urbes tibi iurauerim. ¶ Vise. idest ad uidendum: a uerbo inchoatiuo uiso: uerba enim inchoatiua in so. desinunt: & non in sco: ut in regula nostra grammaticarum institutionum ostendimus. ¶ Cura quod opus: ita scribi cogit metri ratio: non quod opus est: qa abundaret uersus. ¶ Nisi tu manticulatus probe hæc fuisti. Nesciunt prorsus quid loquantur hoc loco Pius & Sarracenus interpretes somniculosi: quippe qui manticinatus legunt: & exponunt: idest diuinasti: & ex hellenismo innouatum uerbum esse uolunt: quod uerbum nullibi uisum: neq; auditum unquā est: propterea addendum tu metri necessitate: & scribendum māticulatus censuimus. Manticulari enim ut Festus ait: dicitur: qui manticulas attrectant: ut furētur: unde poetæ pro dolose quid agendo hoc uerbo utuntur. Sensus itaq; erit: Nisi tu hæc mihi dolose: & falso nūciasti: hoc est: nisi mētitus es. ¶ Hæc autem scribēdum est: nō hero: ut legunt idem interpretes. nā non erat ægio Ergasili herus: neq; ille seruus eius. neq; se herum: seruata modestia illius dixisset. Cęterum hypermeter uersus est: cui syllaba una abundat in fine ad sequentē uersum a uocali incipientē retorquenda in scansiōe. ¶ Dapinato. Etiā scribēda hęc quoq; dictio est: nō dapinabo: ut legūt pfati interptes cōtra oēm sentētiæ cōgruitatē. Sensus est: nā profecto nisi mētitus es quę mihi dixisti: petito: & tu ipse tibi dapinato: hoc est large: & abundāter ministrato æternum uictū: Ergasilus autē non audiens unde eū ęternum uictum sibi petere: & dapinare debeat: utpote: qđ a sene uix præ gaudio sui cōpote non fuerat expressum: ait. ¶ Vnde id. s. petam: & dapinabo mihi? Et tunc ęgio rn̄dens declarat: a me: meoq; gnato. Quod aūt garrit pius: alibi codicū: non dapinabo: sed donabo legitur. insaniā propensiorem hois designat. Dapinare uerbū a dapibus factum est: & significat opipare: & largiter cibum parare. ¶ Sponden tu istud? cum interrogatione legendum est. ¶ Tuum aduenisse tibi filium respondeo. Ita scribendum est metri necessitate: & non: tuū tibi aduenisse: quia abundaret pes unus uersui. Et iocatur in uerbis spondeo: & respondeo.

Inchoatiua uerba in so.

Manticulari.

Dapinare

SARACENVS

Sumen qd sit

I Llic hinc abiit. Quam apte lepideq́ Plautus inducit famelicũ parasitũ: ut quicqd inuenerit esculentũ: id omne quasi rapere: & uorare uideatur. ¶ Sumini. Est sumen lac suis occisæ densatũ a sugendo dictũ: ut notat Nonius: nam & mulieris mammam ueteres dici sumen uoluerunt. ¶ Absumedo: Iocus est ad uerbum sumen & ueluti quædam annominatio: ut pestis ad pernas: & labes ad laridum: & ad callum calamitas. ¶ Auxilium ut feram. Cum pernas pendentes deposuerit.

Ergasilus.

I Lic hinc abiit. mihi rem summam credidit cibariã.
Di immortales, ut ego collos detrũcabo tergorib⁹.
Quanta pernis pestis ueniet. quanta labes larido.
Quãta sumini absumedo. quãta collo callamitas.
Quanta laniis lassitudo. quanta porcinariis.
Nã si alia memorẽ, quæ ad uentris uictũ conducũt, morast.
Nunc ibo ad præfecturam, & ius dicam larido.
Et quæ pendent indemnatæ, pernis auxilium feram.

VALLA

I Llic hinc abiit. Lætatur parasitus: q̄ ab ægyone promissis uict⁹ sit ꝑpetuus. ¶ Re; summam credidit cibariam: idest cõmisit: ut mihi summum cibũ assumã. ¶ Sumini absumedo. sumen: quod manducatur pinguedinis in animalia. Persi⁹. Calidum scis ponere sumem: a uerbo absumo nouauit uerbum absumedo absumedinis. ¶ Vt præfecturam & ius dica; larido: ut me his præfectũ esse ostenda;: & si qua fuerit de larido controuersia: eã meo ammoueam iudicio. Sane pfecturę: ut Festus: eæ appellabantur in Italia: in q bus & ius dicebatur: & nundinę agebantur. Et erat quædam earum. R. P. neq; tantum magistratus suos habebant: in qua his legibus præfecti mittebantur quotannis: qui ius dicerent: quarũ genera fuere duo: alterum in quas solebant ire præfecti quattuor uiginti sex uirum non pro populi suffragio creati erant in hæc oppida Capuã: Cumas: Casilinum: Volturnum: Liternum: Puteolos: Aceras: Suesulam: Atelam: Calatinum. Alterum: quos prætor urbanus quotannis in quæq; loca miserat legibus: ut fundos: formias: cæræ: Venaceru;: Allienas: Priuernum: Anagniã: Frusinonem: Reate: Saturniam: Marsiam: Arpinum: aliaq; complura. Dicimus ius dico: ac ut apud iurisconsultos: ius reddo. Aulus hircius: ubi prosequitur cõmentaria Cæsaris. Legionibusq; in hiberna remissis: ipse se recepit die xxx. bibracte: ibi cum ius diceret bituriges ad eũ legatos mittunt. Vlpianus. Ius inquit tripartitum est. Collectum & enim est ex naturalibus pręceptis: aut gentium: aut ciuilibus. Papinius libro secundo digestorum. Ius ciuile est: quod ex legibus: plebescitis: senatus consultis: decretis: placitisq; principum: authoritate prudẽtium uenit. ¶ Quæ pendẽt indẽnatę. perne inquit ad trabem inocentes: atq; adeo indẽnatæ suspensæ sunt: ibo ergo: ut auxilium ferã: nẽpe tollã.

Prefecture quę sint

PYLAdes

DEmipho lēnius pfectus i sicyonem: mulierem ibi phanostratā cōprimit: quę grauida puellā parit: eā dū seruus lāpadiscus exponit: a muliere lēa suscipitur meretriciq; traditur meleni di: quam pro filia educat: eiq; nomen indidit silenium: cuius amore adultæ alcesimarcus capitur: demipho phanostrata relicta lemnum redit: uxorem conciuem capit: ex qua alteram sibi suscipit filiam moritur uxor: is in sicyonem reuertitur: phanostratam ducit coniugem: ea sibi reuelat per cōmunem seruum expositam filia;: accersitur seruus: q proiecerat: is it quæsitum lenam: quæ puellam sustulerat: interea melenis resciens: quibus esset puella parentibus: ultro hortatur ad patrios ut redeat lares: sed dum it: ab ancilla halisca: quam gestabat: excidit in uias cistellula: in qua puellæ inerant: quibus cum fuerat exposita: crepundia inuentam cistellam lampadio defert phanostratæ: & ob hoc cistellaria comœdia nomen habet: agnoscit mulier filiæ crepundia: quam inuentam: & agnitam suus alcesimarchus nanciscitur.

¶ Cistellariæ argumentum.

VALLA.

CVm sicyoni essent baccanalia: eo uenit mercator Lemnius Demipho nomine appellatus: qui adolescens noctu cu; occurrisset phanostratæ puellæ: eam compressit: grauidamq; fecit: pepentque puellam phanostrata nomine silenium: eam tollit seruus Lampadiscus: atq; exponit: & obseruat clanculum: quis na; tollat: aufert læna quædam: deditq; mulieri melenidi: quæ ipsam loco filiæ aluit: hanc cū ad eā ætatem p uenisset adamauit Alcesimarchus. Mercator autem ille Lemnius: cuius hanc diximus esse filiam: compressa phanostrata: huius silenii matre profugit in lemnon: Lemniamque ducit uxorem: ex qua aliam habuit filiam: mortua uxore hanc Lemniam filiam: patre: Alcesimarchi: exigente Alcesimarcho se traditurum pollicetur: sed Alcesimarchus recusabat. Amabat siquidem silenium ex phanostrata filiam: cumque sicionem mortua: ut diximus uxore Lemnia se recepisset: quam olim compresserat phanostratam Silenii matrem duxit uxorem. Dant operam ambo lemnius & phanastrata: ut ex se natam olim expositam filiam comperiant: Opera itaq; lampadisci: qui ipsam exposuerat: inuenitur. Nam cum melenis audiuisset Lenam: quæ puellam sustulerat Lampadisco confessam: cui dedisset existimauit suum munus esse: ut ultro ipsa parentibus puellam restitueret: & quo facilius a parentibus filia cognosceretur crepūdia una in castellaria secum gestabat: sed cum alcesimarchu; audiuissent sibi mortem uelle cōsciscere: quod Silenium erepta esset a melenide: quam tantopere adamabat: ideo enim Melenis Silenium eripuerat: quod audierat alcesimarcho patre; uxorem dedisse: quam pauloante diximus mercatoris lemni filiam quidem sicut Silenium: uerum non ex phanostrata: sed ex uxore lemnia. Cum igitur inquam persensissent alcesimarchum se: uelle ad mortem dare: accurrerunt: ut auxilium ferrent: ac ne id faceret prohiberent: Haliscæ igitur ancillæ melenidis præ formidine cistula excidit e manibus: in qua silenii puellæ fuerant crepundia: hanc cistullam pro foribus domini sui cum lampadiscus uidisset sustulit: phanostratæque domine suæ tradidit: a qua cistula comœdia cistellaria dicta: cumque phanostrata intro perspexisset cognouit filię suæ silenii olim expositæ inesse crepundia quibus inuenta filia est: & quoniam tam hæc: quę placebat: alcesimarcho: q̄ lemnia, quam pater eidem alcesimarcho despondere cupiebat demiphonis erat filia facile alcesimarchus obtinuit: ut quam adamabat duceret uxorem.

Cistellaria unde dicta

NOmina comœdiæ. Demipho: idest uir popularis: qui a demos populus dicitur: & phos uir. phanostrata: quia phanon certum significat: & stornyo sterno: quod manifesto se mercatori illi substrauerit. Mercator siquidem utpote cognita; duxit uxorem. Lampadiscus: a lampade nomen habet: qa ut lāpas obscura clarefacit: ita puellam comperit suo astu. Meretrix gymnasium: quia gymno exerceo significat: quod a multis exercitata uiris esset. Silenium: a silentio dicta: quod silens plurimum ingemeret. Melenis: quod mello curo significat: & nus mens dicatur: quoniam multis angebatur curis. Alcesimarchus: quod alco adiuuo significet: & arche principium: quoniam ut nuberet silenium utq; a parentibus inueniretur præbuit initium.

SARACENVS

Omprimit ſenius adoleſcẽs.ſ.demipho ex lẽno inſula:quæ eſt in ægeo mari athomonti aduerſa:ut tradit pompo.mella. ⁋ Sycioneã.Phanoſtratã mulierem ex ſycione ciuitate achaiæ ſiue peloponeſſi: in qua ciuitate teſte Cicer.molles:& muliebres calcei fieri conſueuerãt ſyciniorum omnium primum in græcia regnũ fuit:primuſq; ſicionis imperauit ægialeus:a quo ægialea nuncupata eſt:quæ nunc peloponeſſus:post quem ſecundus europs:qui prçlatus eſt titulo : cuius regni anno.lii.natus eſt habraam: qui natione chaldæus:primam ætatẽ apud chaldços agebat:dicta ẽ etiã apia ab api quarto ibidẽ impante:poſtmodũ peloponeſſus hæc ab euſebio:dicta eſt etiam referẽte Stra.pelaſgia peloponeſſus añt ob ſinus & pmõtoria qs ut fibris littora ei⁹ icisa ſunt ſimul:q tẽui tramite in lat⁹ effunditur platani folio ſimillima Author.iidẽ põpo.& Strab. ⁋ Seruolos. lampadiſcus. ⁋ Ex inſidiis aucupat. Obſeruat:qui puellã expoſitã tollat. ⁋ Adoleſcentulo.alceſimarcho:q puellam adultam deperibat.

Habraam qui fuerit



VALLA

Omprimit adoleſcens. Paucis plautus comœdiæ colligit argumentum.Mox poſt binas ſcęnas præpoſtere quidem:ſed nõ tamen ab re cognoſcendæ fabulę deus:quem ipſe auxilium uocat:pluribus argumentũ ploquit. ⁋ Adoleſcens lemnius. Demipho. ⁋ Sicyoniam:phanoſtratã. ⁋ Et gnatam generat:ſilenium. ⁋ Nuptiis: alceſimarchi. ⁋ Seruolus tollit:lampadiſcus. ⁋ Ex inſidiis aucupat: clanculũ obſeruat. ⁋ Meretrix.læna multiloq̃:& multibiba. ⁋ Alii: ſubaudi meretrici:nempe melenidi. ⁋ Ducit. Demipho. ⁋ Qui eã:phanoſtratã. ⁋ Deſpondit adoleſcẽtulo:nẽpe alceſimarcho. ⁋ Illius piectitiæ.i.expoſite a lãpadiſco:nẽpe ſilenii. ⁋ Quã proiecerat. Silẽniũ dicit. ⁋ Ciuẽ cognitã. Sileniũ inq̃. ⁋ Vt erat nactus:quia cuȝ ea rem ſolus habuerat.

VGOLETVS ET GRAPA.

⁋ ET gnatã generat nuptiis: ſcribenduȝ eſt:&:et non hęc &. ⁋ Nuptiis:nõ añt nubilis:tam & ex codi.antiquis & nouis:q̃ ex recto ſententiæ tenore: ſiquidem:ut in argumento continetur:lemnius iſte poſt uitiatam ſicyoniam:in lẽnum patriaȝ reuerſus duxit uxorẽ cognatam ſibi quandam:& ex ea filiam ſuſcepit:quã grandẽ poſtea alceſimarcho deſponderat.Verũ quũ ſicyonia illa uitiata ſimiliter & ipſa puellaȝ ex cõpreſſu peperiſſet:quã ſeruulo exponendã traditã lena: quædã melænidi meretrici tradidit educandam : huius puellæ iam adultę amore captus erat alceſimarchus:cui iam deſponſatã priorem lemnii filiam dictum eſt:quumq; poſtea mortua iam uxor lemnii:& iterũ ab eo in matrimonium ſuſcepta:ſicyonia illa uitiata:inditio ſerui cognitum fuiſſet:ſycioniã hanc puellã expoſitã a meretrice educatam:ciuem eſſe:& filiã huius lemnii: Alceſimarchus a ſe amatam ſicyoniam:non ſibi deſponſatam lemniam duxit: quod argumentum ita per inſcitiam Pius peruertit:ut quid balbutiat:nec quiſquam alius : nec ipſe:ut puto:intelligat:peruertens uerba: ſcribenſq; : hæc &. ⁋ Nubiles : in ſcitiſſime. ⁋ Sicyonia æque parit:ita ſcribendum quoque eſt : & non ſicyoni: atq; litteram exiſtentem.Nec Sarracenus alter Plauti commentator rectius quã Pius ſabulatus ẽ. ⁋ Lemnius poſt rediens ducit:quam compræſſerat.Et hic quoque uerſus ita ſcribendus eſt:ex codicibus antiquis ad litteram:& ex ſententię congruitate:quando quidem:ut dictum eſt: lemnius defuncta uxore lemnia cognata:de qua ſupra : rediit Sicyonem:& ſecundis nuptiis duxit uitiatam a ſe compreſſamque ſicyoniam. ⁋ Itaque eam lege : eam ſcribendum eſt: tam ex ſententia:quam ex codicibus antiquis:& metri ratione:cui pes deficeret:abſque ea dictione. Sed Pius & Sarracenus hæc non uiderunt.

.M.Accii Plauti Ciſtellaria.

Argumentum.

Omprimit adoleſceus Lemnius ſicyoniam.
Is redit in patriã, & gnatã generat nuptiis.
Sicyonia æque parit puellam.hãc ſeruolus
Tollit, atq; exponit,& ex inſidiis aucupat.
Eam ſublatam meretrix alii detulit.
Lẽnius poſt rediens ducit,quã cõpreſſerat
Lemniq; natam deſpondit adoleſcentulo
Amore capto illius proiectície.
Requirens ſeruos reperit, quam proiecerat.
Itaq; hanc lege,& rite ciuem cognitam
Alceſimarchus,ut erat nactus,poſſidet.

Vm ego ante hac. Inducuntur primum in hac comœdia sileniũ uirgo demiphonis: & phanostratæ filia: quã supra docuimus pro filia fuisse susceptam a melenide muliere: & gymnasiũ meretrix una cũ lena hospitio acceptę ab ipsa silenio: hæ igitur sibi uicissi; gratias hẽnt de habito simul conuiuio. ¶ Tibi: ut illis. Mutilũ hũc uersiculũ nec corrigo: nec expono tñ indico tãq̃ nullũ sensu; referẽtẽ. posset tñ legi: tibi utilesq̃ hẽre: quã lectionẽ ex litterarũ positione cõiectamur. ¶ Expetes accipias. ¶ Vẽtũ gaudeo. Pro aduenisse gaudeo. Sic quoq̃ in curgulione loquitur. ¶ Nisi discipla. Quid si potius displicina legat: loquit̃ eñi de ancilla: q̃ raro dabat bibere: & uino aquã infirmabat: ideo eã uocat displicinam inouato uocabulo: qđ. s. sibi displicuisset ab illa uinũ apponi aqua dilutũ: uel si legas disciplina ꝑ more & consuetudine intellige: & totus hic sermo congruit lenę: nõ gymnasio. ¶ Sũmatis: Primates. ¶ Potesse. pro posse. ¶ A quã frigidã suffundunt. id ex ueteri uerbo uř dcm. ¶ Solere. Consuetudinẽ habere.

SARACENVS.

ACTVS PRIMVS.

Silenium & Gymnasium. Meretrices. Lena.

TVm antehac te amaui, & mihi amicam creui mea
Gymnasium.
Et matrem tuam, tum id mihi hodie aperuistis, tu
atq̃ hæc. soror
Si mea esses, qui mihi magis potueritis ire honorẽ habitum
Nescio, ut meus est animus, fieri non posse arbitror, ita
Omnibus relictis mihi frequentem operam dedistis. &
Ego uos amo, & eo a me magnam in istis gratiam.
Gy. pol istoc quidem nos precio facile est frequentare tibi
Vtilesq̃ habere. ita lepide, nitideq̃ in prandio
Accæpisti apud te, ut semper meminerim. Si ædepol factum id est
Lubẽti animo. fietq̃, ut quæ uos arbitrer uelle, ea expetam.
Le. Quod ille dixit, qui secundo uectus est mari,
Vẽtum gaudeo ad te ecastor, ita hodie hic acceptæ sumus
Suauibus modis. nec nisi discipula, apud te quicq̃ fuit,
Quin mihi placeret. Si. quid ita amabo? Le. raro nimium dabat, quod biberem,
Atq̃ id merũ infuscabat. Gy. amabo hiccine istud decet?
Ius, fasq̃ ẽ? Le. nẽo alienus hic ẽ. Si. merito uostro amo uos,
Quia me colitis, & magnifacitis. Le. decet mea Silenium
Hunc esse ordinem, beneuolenteis inter se, beneq̃ utier
Amicitia. ubi istas uideas summo genere natas
Summateis matronas, ut sancte amicitiam colunt,
Atq̃ ut eam uinctam bene habent inter se. si idem istuc nos
Facimus, si idem istuc imitamur, ita tamen uix uiuimus.
Cum inuidia summa opum suarum nos illæ uolunt
Esse indigentes, nostra copia nihil potesse.
Suiq̃ omnium rerum nos indigere, ut sibi simus supplices.
Eas si adeas, abitum q̃ aditum malis, ita nostro ordini
Palam blandiuntur. clam si occasio usquast, frigidam
Subdole suffundunt. uiris cum suis nos solere prædicant.

TVm ego ante hac te amaui. Apud silenium lena: & gymnasium inuitatæ epulatæ sũt quibus commendat domum abiens domo silenium: suosq̃ erga alcesimarchu; amores aperit tristis admodũ. ¶ Amicã esse creui: idest perspexi: ab eo: q̃ est cerno preteritũ: nã & cresco creui facit. ¶ Honorẽ ire habitũ: idest honorare. ¶ A me magnã mistis gratiã. magnopere uobis debeo: luculenta sane mulieris præfatio: & plauto digna. Vt illis: q̃ bene habuere. ꝑtium: & enim inquit facile est eiusmodi admitter̃: ut eo ueniamus: ubi nobis bene sit. ¶ Accepisti: epulum ꝑbuisti. ¶ Ea ut expectetis: ut existietis me nunq̃ facturũ secus. ¶ Qui secundo uento uectus est tranquillo mari. Qui inquit secundũ: ac propitiũ nauiganti sibi habuit uentũ dixit. ¶ Ventum gaudeo. nã ueteres gaudeo ta; accusatiuo q̃ ablatiuo iungebant. Ille igitur prosperũ nactus est uentum: infert uentum gaudeo. Hoc: est uento oblector: quo sine molestia plenis uel̃ in portum possum peruenire: ita inquit: ego possum dicere: uentum gaudeo: i prio re oratione uentu; ab eo quod est uentus accusatiuus est. In secunda uerbum est: ut sit integrum gaudeo: uentum esse a nobis ad te. Vel uentum impersonaliter uentu; esse. ¶ Hæc nisi displicina. Cu; discipulã dicere debuerit iocando, uocauit displicinã quoniã displicuit: ubi potũ daret: nã subsequitur. ¶ Raro nimium dabat: qđ biberẽ: id merũ infuscabat: nõ dixit diluebat: sed infuscabat. i. perturbabat ac obtenebrabat: id. n. infuscare est Pli. in. ix. de sepiis. Ambo aũt ubi sensere se apprehendi: effuso atramento: quod pro sanguine his est infuscata aqua abscondunt. ¶ Nemo alienus hic est: ideoq̃ potest quicquid uenit in animum dici. ¶ Summatis matronas. accusatiuus est pluralis sũmatis: ut sit singularis nominatiuus summatis: & summate eo modo: quo dicimus primates: & optimates. ¶ Nihilo uolunt nos potesse. In re nulla inquit potestatem habere nolunt. ¶ Potesse: quod nunc posse dicimus. ¶ Suiq̃ omnium rerum nos indigere. Ordo est indigere sui: dicimus enim indigeo huius rei: & hac re. ¶ Omnium rerum: pro omnibus in rebus. ¶ Aquam frigidam subdolę suffundunt insidiose inquit: si oblata fuerit occasio: officiunt: ledunt: & rem nostram comminuunt: aqua siquidem frigida corpori suffusa rigorem gignit. ¶ Prædicant nos solere: pala; aiunt nos habere consuetudinem.

VALLA.

Ventũ gaudeo q̃d sit

Infuscare quid sit.

¶ EXPEtam scribendum est: non expetere: ut commentatur Pius contra rationem grammaticam: quæ expetam: ut legam: requirit: quum tertiæ sit coniugationis expeto. ¶ Discipula legendum ex antiquis codicibus: & sententiæ congruentia: & non disciplina: ut sarracenus barbare notat.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARA CENVS Libertini q dicantur

❡LIBERtinę.sumus:Seruitute liberatæ:dicuntur libertini:uel ex libertorum genere nati:uel iusta seruitute manu missi.❡Contiguis.Vicis.❡Nunquam hecale fies.Virgili.in priapeis:quæ sit hecale:ostendit his uersiculis.Senior quædam hectoris parente Cumeę soror:ut puto sybillæ:similis illi quam domū reuertēs Theseus reperit in rogo iacentem:fuit hæc enim quædam uetula rusticana:quæ hospitio theseum suscepit:pro cuius reditu uouit se immolaturam Ioui:sed ille rediens mortuaʒ reperit:cadauerq̧ illius impositum rogo:nunquā ergo hecale fies:idest semper in floris de tua ætate permanseris:id quod magis declarat sequens uersiculus.❡Sine opera tua nihil possunt:idest

Suas pellices esse aiunt,eunt depressum,quia nos sumus
Libertinæ.& ego,& tua mater,ambæ meretrices fuimus.
Illa te,ego hanc educaui ex patribus conticuis.ego
Neq̧ hanc superbiæ caussa repulli ad meretricium
Quæstum,nisi ut ne esurirem.si.at satius fuerat,eam uiro
Dare nuptū potius.Le.eia,hæc quidē ecastor quotidie uiro
Nubit,nupsitq̧ hodie,nubet mox noctu,nunq̄ ego hanc
Viduā cubare siui.nam si hæc non nubat,lugubre
Fame familia pereat.gy.necesse est,quo tu me modo
Voles esse,ita esse mater.Le.ecastor haud me pœnitet,
Si ut dicis,ita futura es.nā si quidē ita eris,ut uolo,
Nunq̄ Hecale fies,semperq̧ istanc,quā habes.ætatulā
Obtinebis,multisq̧ dāno,& mihi lucro sine sumptu eris,
Gy.Di faxit.Le.sine tua opa nihil Di horū facere possunt.
Gy.Equidē hercle addā operā sedulo,sed tu īter hæc uerba
Meus oculus,mea sileniū nunquā tristiorē te
Vidi esse,cedo quid tam abhorret hilaritudo te obsecro?
Neq̧ munda es adæq̧,ut soles.hoc uide,ut suspirium
Petiuit alte,& Pallida es.eloquere nobis utrunq̧.
Et quid tibist,& quid uelis nostrā operā,ut sciamus nos.
Noli obsecro imperare lachrumis mihi excruciatū tuis.
Si.Male excrucior gymnasium mea,male mihist.male maceror.
Doleo ab animo,doleo ab oculis,doleo ab egritudine.
Quid dicā?nisi stultitia mea me in mœrorem rapit?

uolunt:non enim existimare debemus:deos nobis bona daturos:si ea neglexerius assequi:hinc illud Iuuen.nullum numen abest:si sit prudentia.❡Eloquere utrūq̧:Et cur suspiriuʒ dederis:& cur pallida esi secta:quod est precipuuʒ in amante:ideo Ouidi.palleat omnis amans:color hic est aptus amanti.

VALLA Libertus quid sit

❡EVNt depss.deprimūt:ac pessundāt.❡Quia nos lib.sumus:idest in fimę condi tionis.libertus qui seruus fuit dicitur manumissus:nec fere unquaʒ nisi cuius sit libertus:ut libertus Ciceronis tiro.At libertinus qui ad neminem refertur:seruusq̧ aliquando fuit:uel etiam qui non fuit:sʒ humilis tantum.Hora.quem rodunt omnes libertino patre natum.❡Repuli ad meretricium quæstum.reieci a me ad uiros lucri causa.❡Hanc uiduam cubare siui.Nō permisi cubare inquit sine uiro nā uidua quæ copulata uiro non est dicitur:sicut per translationeʒ uiduas ulmos.Horatius dixit:quibus uites non sunt alligatæ.❡Nunquam hecate fies.Hecate luna appellatur:non ab hecaton:idest centuʒ:ut commenti non nulli sunt grammatici:sed quia sol hecatos ab Homero dicitur:ut sit hecate sicut a cithio cinthia:a delio delia:a phœbo phœbe.Dictus autē phœbus hecatos ab hecas longe:quod eminus ad nos radios suos mittat:& ob hoc dicatur iaculari.Cum ergo luna a sole abeundo:& ad eundem redeundo singulis mensibus noua:uetusq̧ fiat eris inquit lena:si ut dicis:quemadmodum ego te uolo esse:ut nunquam fias hecate:idest hanc iunenilem ætatem non immutaueris:ut luna singulis immutat mensibus.Vitiarunt autem hunc locum quidam ut rem nouam uiderentur exquisisse hecalem imprimentes:quia legerunt apud calimachum:necnon apud quosdam alios hecalem uetulam herbariam non satis aduertentes:an ista conueniant:naʒ non semper uetulam hecalem fuisse quis ignorat?si ergo non fiet hecale:quia uetula:nequidē iuuenis:quia & illa aliquando iuuenis:ac puella fuit riduculum igitur est ob hoc non fieri exoptasse hecalem:an non potuit dixisse uetulā:uel eo modo:ut intelligeretur hoc uoluisse:quod prorsus a plautina dignitate aliena est.Ideo recte subiungit.❡Semperq̧ istam:quam nunc habes:ætatulam obtinebis.Quod si recipiamus satius fuit dixisse hecabem:nam quam nos hecubam:græci hecabem dicunt:& hecuba cum mortua sit uetula:etiam in canem fertur immutata unde eius sepulchrum cynosema:ut inquit ditis:appellatum:hoc est canis sepulchrum:ut ob mutationem dixerit:nunquam hecabe fies precipue cum pro uetula ponatur.Mar.cum possis hecuben.non potes andromachen:at ne hoc qdē probo ac si diceret:non imutabere:ut hecate frequenter imutatur:nā si etiam hecale imutata ē i naturę ordie:qlʒ imutat̄ nō magis hecale q̄ quælibet alia.❡Tam abhorret hilaritudo:idest tam aliena ab hilaritate es hac tam squalida:hilaros dicitur a gręcis a nostris tam hilaris q̄ hilarus:unde hilaritas:& hilaritudo.❡Hoc sis uide:inspice:si uis inquit hoc.❡Vt petiuit suspirium alte.q̄ ab alto pectore suspirauit.❡Nostram operam:ut nostra opera fiat tibi melius.❡Lachrymis tuis mihi excruciatum imperare.Quia tuæ lachrymę me excruciant:nedum mihi lachrymas exciuerunt.❡Mea excrucio gymnasium mea repetendo mea mentis affectum expressit ingenteʒ:uel legatur male excutior.❡Male mihi est.Male habeo.❡Male maceror.Valde maceror:ut Dona.posuisse ueteres testatur:sicut bn̄ quoq̧ ualde Cicer.bene doctus:bene litteratus.❡Doleo ab animo.In quo infixa amoris molestia est.❡Doleo ab oculis:ob iuges lachrymas.❡Doleo ab ægritudine:qa corpus ægrū habeo.Stulticia mea:ob amorem.❡Rapit.Vim affert.

Cynosema quid

VGOLETVS ET GRAPA.

❡DE Hecale hæc traduntur a plutarcho in uita Thesei.Atq̧ de hecale:atq̧ ei⁹ hospitio fabulant̄ haud oio a ueritate abhorrere uident̄.Hecalesiū nāq̧ sacrū Hecalesio Ioui populi finitimi exhibebāt:Hecalēq̧ ipsaʒ religiose colebāt Hecalenā p dimiutionē uocātes:ꝙ cū iuuenis admodū hospitio iuitasset:Thesea:supra ætatē hmōi blāditiis hūanitate benigneq̧ excepissʒ.Ad h̄ eo ad pliū exeūte:uouit se ioui imolaturā:si icolūis ipē redissʒ i pr̄iaʒ.Verū an̄ reditū illi⁹ extīcta ē.& has thesei iussu hospitis:& benignitatis gr̄as reportauit:ut philochor⁹ testat̄.In aliis codicib⁹ legit̄ hecate.

❡Indidem

Gy. Indidē unde oritur, facito ut facias stultitiā sepelibilē.
Si. Quid faciā? gy. in latebras absc̄odas pectore péitissimo
Tuam stulticiam. sola facito, ut scias sine arbitris.
Si. at mihi cordoliū ē. gy. q̄d id? uñ ē tibi cōmēora obsecro.
Quod neq; ego hēo, neq; q̄sq̄ alia mulier, ut p̄hibent uiri.
Si. Si q̄d est q̄d doleat, dolet, si aūt non est, tñ hoc hic dolet.
Gy. Amat h̄ mūier. si. eho? an amare occipe, amaꝝ ē obsecro?
Gy. Nāq; ecastor amor & melle, & felle ē fœcundissumus,
Gustu dat dulce, amarum ad facietatē usq; aggerit.
Si. Ad istā faciē est morbus, qui me gymnasiū macerat.
Gy. Perfidiosus est amor. si. ergo in me peculatum facit?
Gy. bono aio es, erit isti morbo melius. si. confidā fore,
Si medicus ueniat, qui huic morbo facere medicinā potest.
Gy. Veiet. si. spissum istud amātist uerbā, ueniet, nisi uenit.
Sed mea ego culpa, & stulticia peius misera maceror,
Quia ego illū mihi unū exoptaui, quicum ætatem degerem.
Gy. Matronæ magis conducibilest istuc mea silenium,
Vnum amare, & ætatē cū illo exigere, quoi nuptast semel.
Verum enim meretrix fortunati est oppidi simillumа.
Non potest suam rē obtinere sola sine multis uiris.
Si. Hoc uolo agatis, q̄ accersitæ caussa ad me estis, eloquar.
Nam mea mater, quia ego nolo me meretricem dicier,
Obsecuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi,
Vt me, quē ego amarē grauiter, sineret cum eo uiuere.
Le. Stulte ecastor fecit. sed tu en unq̄ cum quiq̄ uiro
Consueuisti? si. nisi quidem cū Alcesimarcho, nemine.
Neq; pudicitiam meam mihi alius imminuit quisq̄.
Le. Obsecro quo is hō insinuauit pacto ad te? si. per Diōysia
Mater pōpam me specitatū duxit. dum redeo domum,
Conspicillo cōsecutus est clanculum me usq; ad fores.
Inde in amicitiā insinuauit cum matre, & mecum simul
Blandiciis, mūeribus. donis. gy. mihi istū hoiem uellē dari,
Vt ego illū uorsarē. si. quid opus uerbis? consuetudine
Cœpi amare contra ego illū, & ille me. Le. o mea sileniū. si.
Assimilare amare oportet. nā si extēplo ames. (q̄d ē?
Melius illi multo, quem ames consulas, q̄ rei tuæ.
Si. At ille cōceptis iurauit uerbis apud matrem meam,
Me uxorē ducturum esse. ei nunc alia ducendast domum,
Sua cognata lēniensis quæ habitat hic in proxumo.
Nam eum pater eius subegit. nunc mea mater mihi iratast.
Quia nō redierim domū ad se, postq̄ eam rem resciuerim,
Eum uxorem ducturum esse aliam. Le. nihil amaꝝ iniuriū ē.
Si. Nūc ego te amabo obsecro, ut hāc mecū triduū hoc solū
Esse, & hic seruare apud me, nā ad matrē accersita sū. (sinas
Le. Quāq̄ mihi istud erit molestū triduū, & dānū dabis,
Faciā. si. facis benigne, sed tu gymnasiū mea,
Si me absente Alcesimarchus ueniet, nolito acriter
Eū inclamare. & ut ut me ergast meritus tñ incordies.
Sed tranquille amabo, ne quid q̄d illi doleat, dixeris.
Accipias claueis. siquit tibi opus erit prōptu, promitto.
Ego uolo ire. gy. ut exciuisti mihi lachrūas? si. gymnasi mea

SARACENVS.

¶ Indidē. i. ī idē. ⁋ Stultitiā sep. Hoc est amores tuos detegas: neq; palā facias: q̄d magis declarat absc̄oditas ī pectore penitissimo: a penitus penitissimus. i. intimus: & cōparatiuū pēitior: interior: secretior: & penitus ta. tus. ut in asinaria ex penitis faucibus dixit. ⁋ Quis q̄ alia. Sic. n. ueteres: & in fœminino: & in masculino gn̄e ptulerꝰ. ⁋ Aggerit: aggregat accumulat: ī de aggerei cuiusq; coaceruatio. ⁋ Peculatū. Furtū publicū: q. n. fraudat populū: peculatus pœna tenetꝰ: peculatū ergo in me facit: q̄si publice: & palā mihi insidiaꝰ: & me quo uult rapit. ⁋ Medicus. amator. s. alcesimarcus. ⁋ Spissum. uel crebruз in amantis ore: q q̄d cupit expectat: & sępiꝰ iterat: uel spisum tardū: ut testis Noni. est & ipse plautus alibi: q̄d bene p̄mittūt pro spisso euenit. i. tardo: ita neuius: at eni tu minus spisse: atq; tarde icedis. ⁋ Quiq̄. Pro quoq̄. ⁋ Insinuauit. Se itrōisit. ⁋ Specitatū p spectatū a uerbo specio: q̄d i usu nō ē: fecit specito. ⁋ Cōspicillo. Stati: uel cōspicillio: est. n. cōspicilliū: uñ clāculum cōspicere possis. Vñ apud Plau. legit Nonius in cōspicillio asseruabam: & cōspicilliū dicimus: q̄d oculis adhibemus ut melius intueamur. Ideз: cedo uitrū: necesse ē cōspicillio uti. ⁋ Cōceptis deliberatis: & obfirmatis: ind conceptiuæ feriæ Festo: q̄ certis statutis diebus obseruareꝰ: ut semen titiæ: & cōpitalitiæ. ⁋ Iniuriū. Festus putat periuriū. ⁋ Inclamaꝰ. Cōuiciis: & maledictis insectari. ⁋ Incordies: In cor imitas: & suadeas: aliter incordire: in aio sedere. ⁋ Amiculū. uestimentū ab amitiendo: quod instar palii humeris circūiiciatur.

VALLA.

¶ INdidē. ibidē. ⁋ Facito. dato operaз. ⁋ Vt fa. stul. sep. ut stultitiā sepelias. ⁋ In lat. absc. ut latebroso loco reponas. ⁋ Pectore peni. in pectoris parte intia: & penitus occultissima. ⁋ Cordoliū ē: cordis dolor excruciat. ⁋ Si q̄d ē: q̄d doleat. i. und dolor oriaꝰ. ⁋ Amat hęc muli. amore uexaꝰ. amat. n. absolutū hic uerbū est. ⁋ Aggerit: accumulat: cōstruit. ⁋ Ad istā fa. in hūc modū. ⁋ In me peculatuз facit: ⁋ Rapinā mo. peculari: & de peculari rapeꝛē. Peculatus inq̄t festus furtū publicū dici ceptū ē a pecore: q ab eo iitiū eiꝰ fraudis eē cepit: si q̄dē añ ęs: aut argētū signatū ob dlicta pęa grauissima erat duarū ouiū: & xxx. bouū ea lege saxere. T. mēoniꝰ lanatꝰ &. P. septiꝰ capitolius cōs. q̄ pecudes pꝰ quā ære signato uti cepit. P. R. tarpeia lege cautū ē: ut bos cētusibus ouis decusibꝰ extimareꝰ. ⁋ Facere med. po. i. medicinā exhibere: ita Ci. ad terētiā tāq̄ deus aliq̄s fecerit medicinā. ⁋ Spissū ē: frequēs ē: & sæpius aduenies: illū unū mihi exoptaui: delegi inq̄t soluз mihi alcesimarchum. ⁋ Qui cū æt. deg. cū quo uiuerē. ⁋ Cōducibile: cōgruū: couenies. ⁋ Aetatē exi. ergo idē ē ætatē degere: & ętatē exigere: q̄d est uiuere. ⁋ Obsecuta ē: obtemperauit.

Penitissimus unde dicatur

Peculatus quid sit

Bñ uale.gy.cura te amabo.ſiccie imũda obſecro abis?
Si.Immũdas fortunas meas æquomſt ſqualoré ſequi.
gy.Amiculũ h̃ ſuſtolle ſalté.ſi.ſine trahi, quó egóet trahor.
gy.Quádo ita tibi iuuat,uale atq; ſalue.ſi.ſi poſſim,uelim.
gy.Nunqd me uis mater intro quin eá?ecaſtor mihi
Viſa amare.Le.iſtoc ergo aureis grauiter obtũdo tuas,
Ne quem ames abi intro.gy.nunquid me uis?Le.ut ualeas.
gy.uale.

Gessit mo.mori.mi.Cũ ego moré gererẽ ei:ipſa quoq; mihi morem geſſit:idq; egit:qđ cupiebã. Cũ cuiq.u.cõ. Cũ aliquo ne ɔſuetudiné hũiſti. Inſinuauit.i. iflexit ad te inq; tuos igreſſus amores eſt. Põpã me ſpe.du.eã ornandi cã baccha nalia emiſſioné:multorũq; ɔuẽtũ exornãtũ ludos. Specitatũ du.ſũma cura iſpiciẽdũ. Cõſpicillo cõ.ẽ.i. oculi itẽtis:quo me r̃cipere:qđ ue agerẽ:q̃q̃ nõi9 cõſpicillũ uñ ɔſpicer poſſis:Plau.i medico:i cõſpicillio aſſeruabã:palliũ obſuabã. Mũerib9.d.mõerib9:ut exornarer:dõis ut uterer. Cõſulas.i. puideas. Quã.r.t. q̃ tu ę utilitati: & cõmõ. Cõceptis iu.uer.q̃ i iureiurãdo ſolẽt adhiberi. Subegit:cõpulit coegit.Iniuriũ ẽ:nulla ſit iniuria: cu; amaẽ. Hãc:ſubaudi gymnaſiũ. Sinas eẽ: pmittas i mea domo. Seruaẽ domũ cuſtodiẽ. Nolito acriter eũ inclamare. Noli uehemẽter rephẽdere. Incordies tũ i cor imittas:atq; cõcilies. S;.a.trã.placide.q̃ſo igitur iurgia abſint. Exciuiſti lach. Ad lachrymandum compuliſti. Amiculum hoc ſuſtolle: puſillum ueſtimentum la ua inquit:in ſublime ne trahaẽ. Auris grauiter obtũdo tuas:ſepius commemoro:atq; incalmo.

Cõſpicilliũ unde dicaẽ

VGOLETVS ET GRAPA.

SOla facito:ut ſcias ſine arbitris.ex codi.ãtiqs:& ſniç:ac grãmaticę ɔgruitate:& nõ ſolã:& ſiñ aliis:ut Pi9 legit & Sar.cõtra ẽt uerſus legẽ. Amor uocaẽ a poetis gręcis γλυκυπικρος.i.duci amarus. Qui me gym.mace.nõ g me mea:ut pius legit:ſupfluit .n. mea.ex lege carmis:ab eo nõ ppenſa. Morigeræ:ſcribẽdũ ẽ ex codi.ãtiqs:& nouis:& ex ſniæ cõcinitate:nã id ſignat:geſſit moré mihi q̃ ſũ ẽt ei morigera & obediẽs:nõ morigera:ut pius corrigit illuc. Gnauiter legẽdũ ẽ tũ ex aptiori ſniæ expoſitiõe:tũ uero ex metri rõne:q̃ grauiter nõ patiẽ ullo mõ id:qđ pius nõ uidit:oium: ut putat:oculiſſimus:legẽs grauiter ſatis idocte. Et ut ut ẽ meritus:ita ſcribi d;: & expũgi. Erga me: uti abũdãtes:& ſupfluẽtes dictiões.tã rõne ſniæ q̃ metri neceſſitate:qđ qdẽ neq; pius neq; Sarra.uiderũt. Abis ſcribendũ ẽ neceſſitate metri:& nõ ibis: ut pius & Sarra.cõmentatores ſcriptũ reliqre cõtra rõnem metricam.

SARACENVS

IDe; mihi magnæ.Hęc ſcæna gerit uicẽ argumẽti: declarat nãq;:qbus ſileniũ uirgo ſit orta parẽtib9:&quo pacto expoſita:& mulieri tradita:q̃ uti filiã aluit. Saburratæ.Per qdã trãſlatioẽ crapula repletæ:ẽ ſaburra imũdũ ſabulũ:quo naues onerant ut firmiores fiant. Largiloq& multiloquę. Adoleſcẽs qdã:lõgũ eſt hypbaton:ut ſit ordo: adoleſcẽs hinc apprime nobilis Sicyõe:ei ſummo genere uiuit pr̃.Deide qn ego nũc & q̃ ſecunẽ:per interpõnẽ legẽda ſunt. Flor liberi:uino.Ita in pcedenti comœdia dixit:flore libyco.Huic meretrici.ſ.meléidi. Recens:nomen pro aduerbio. ſic Virgili.Sole recens ortum.

Saburra quid ſit

Lena.

ID mihi,magnæ qđ pti eſt uitiũ mulierũ,
Quæ nũc q̃ſtũ facimus,q̃ ubi ſaburratæ ſumus,
Largiloq̃ extẽplo ſumus,plus loquimur,q̃ ſat eſt.
Nã ego illã oli,quæ flẽs hinc abiit,paruolã
Puellam proiectã ex angiportu ſuſtuli.
Adoleſcens quidã hinc eſt apprime nobilis.
Quin ego nũc quaſi ſum honeſta mea ex ſententia,
Quia quom adeo me cõpleui flore liberi,
Magis libera uti lingua collubituſt mihi,
Tacere nequeo miſera quod tacito uſus eſt.
Sicyone ſummo genere ei uiuit pater.
Is amore miſere hanc deperit mulierculam,
Quæ hinc mõ flẽs abiit.cõtra amore in eũ hæc perditaſt.
Eã meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi,
Quod ſæpe mecum mentionem fecerit,
Puerũ,aut puellam allicunde ut reperirem ſibi
Recens natũ,eapſe quod ſibi ſupponeret.
Vbi mihi poteſtas primum euenit,illico
Feci eius ei,quod orauit me,copiam.
Poſtq̃ puellam eam a me accæpit,illico
Eandem puellã peperit,quã a me accæperat,
Sine obſtetricis opera,& ſine doloribus,
Item ut aliæ pariunt,quæ malũ quærunt ſibi.
Nã amatorem aiebat eſſe peregrinum ſibi.
Suppoſitionem eius rei facere gratia.
Id duæ nos ſolæ ſcimus.ego quæ illi dedi,
Et illa quæ a me accæpit,præter nos quidem.
Hæc ſic res geſtæ.ſi quid uſus uenerit,
Meminiſſe ego hanc rem uos uolo.ego abeo domum.

VALLA

IDem mihi.Lena:quæ ſilenium olim ſuſtulerat: dederatq; meleenidi:qđ egerit docet: atq; cõmemorat. Quæſtũ facimus: in q̃ſtu meretricio ſumus. Saburratæ ſumus.i.cibo:potuq; oneratæ: ſumpta a nauibus tranſlatione: quæ ſaburrã in aluo aſſumunt:cum onere leuatę ſunt: mercium ne innanitas nauim cõpellat in fluctibus procumbere. Vir.lib.iiii. geor. ut turbę inſtabiles uento iactante ſaburi: tollunt. Proiectã: a lampadiſco. Cõpleui flore liberi. Vino electiſſimo me impleui. Tacito uſus eſt.opus fuit tacere. Huic meretrici:nempe melenidi. Recens natum : recenter natum quodcunq; illud eſſet maſculinum: an fœmininum. Eandem puellam peperit: peperiſſe ſimulauit. Siñ obſtetri.op.ſine opa eius: q̃ parientem adiuuat. Sub poſitionem eius rei facere gratia. Ea de cauſa inquit puellam ſilenium ſibi ſuppoſuit:non autem ſuſpitionem legendum eſt.

Suburratæ.

¶ Suburratæ ꝑ eo: ꝙ saturæ & plenæ cibo: metha phora sumpta a nauibus: quæ ne fluctibus tam facile obiiciantur suburra onerantur. Plinius libro. xviii. Echini ad figentes sese: aut arena saburrantes tempestatis signa sunt. ¶ Flore liberi: idest uini. sic Ennius in Alcestide. Hæc admodum friguttit: nimirum sauciauit se flore liberi.

Auxilium. Prologus.

VTrunq; hæc, & multiloqua, & multibiba est anus.
Satine? uix reliquit deo quod loqueretur loci,
Ita properauit de puelle proloqui
Suppositione. quod si tacuisset, tamen
Ego eram dicturus Deus, qui poteram planius.
Nam mihi nomen est AVXILIO. nunc operam date,
Vt ego argumentum hoc uobis plane perputem.
Fuere SICIONE iamdiu Dyonisia.
Mercator uenit huc ad ludos lemnius.
Isq; hic compressit uirginem adolescentulus,
Vinolentus ramptam multa nocte in uia.
Is ubi malam rem scit se meruisse, illico
Pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit,
Vbi habitabat. tunc illa quam compresserat,
Decumo post mense exacto hic peperit filiam.
Quoniam reum eius facti nescit qui fiet
Paternum seruom sui participat consilii,
Dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem.
Is eam proiecit. hæc puellam sustulit.
Ille clam obseruauit, quo hæc puellam deferat,
Vt eampse uos audistis confiterier
Dat eam pullam meretrici MELÆNIDI,
Eaq; educauit eam sibi pro filia
Bene, ac pudice, tum illic autem lemnius
Propinquam uxorem duxit cognatam suam.
Ea diem suum obiit, facta morigeraſt uiro.
Postq̃ ille uxori iusta fecit, illico
Huc commigrauit, duxit uxorem hic sibi
Eandem, quam olim uirginem hic compresserat,
Et eam cognoscit esse, quã compresserat.
Illa illi dicit eius se ex iniuria
Peperisse gnatam, atq; eam se seruo illico
Dedisse exponendam, ille extemplo seruolum
Iubet illum eundem prosequi, si qua queat
Reperire, quæ sustulerit. ei rei suam
Nunc operam seruos usq; dat, si possiet
Meretricem illam inuenire, quam olim tollere,
Quom ipse exponebat, ex insidiis uiderat.
Nunc quod reliquom restat, uolo persoluere.
Vt expungatur nomen, ne quid debeam.
Adolescens hic est Sicyone, ei uiuit pater.
Is amore proiecticiam illam deperit.
Quæ dudum flens hinc abiit ad matrem suam
Et illa hunc contra, qui est amor suauissimus.
Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.

VGOLETVS, ET GRAP. SARACENVS

VTrunq;. Diuersitate usus est Plautus: ut præmissis duabus scænis: prologus subsequatur: qui statim in principio poni consueuit: prodit acturus prologum Deus auxilium: ut in amphytrione: mercurius etiã in aulularia lar: & in rudente arcturus. ¶ Perputem. Magis ostendã: declarem: putare enim dicebant depurare: & superflua resecare. ¶ Dionysia. Festa in honorem bacchi. ¶ Decimo post mense exacto. Tetigimus in amphytrione diffusius causam haud ignorabilem cur mense decimo partus absoluti fiant: & quandoq; undecimo authoritate Aristotelica in primis: & ibi plura de multiplici humano partu rettulimus digna scitu. ¶ Facta morigera uiro: ꝙ forte suum obitum expectasset. ¶ Iusta. Exequias: & parentalia. ¶ Vsq;: assidue. ¶ Ex iniuria eius. ¶ Quia mulierẽ ui compresserat. ¶ Mater. Quia puellam pro filia educarat. ¶ Socios. Forte itellexit hispanos: nam secundo bello punico ab hannibale uicti succubuerunt: & una romanæ legiones: quo tempore in scæna Pla. floruisse fertur. Ideo intulit: ut uicti pœni pœnas sufferant: & augete auxilia uestris legionibus.

Putare qd sit.

VALLA.

VTrunq; hæc. Auxiliũ numen ut uoluit Plau. hic loquens inducitur: non a pricipio prologum faciens: ut in aliis fieri consueuit comœdiis maioris causa euidentię: quo totius comœdiæ melius innotesceret argumentum ex eis scænis quę antecessere. ¶ Satin uix reliquit: ordo est: & sensus: an uix reliquit satis loci deo nempe auxilio: quod loqueret̃. ¶ Qui poterã planius: qui apertius: siue plenius: utpote numen. ¶ Plane perputẽ: paucis attingam: superflua ammouendo. nam id putare est: unde & putamẽ dictum: quod amputatum abiicitur. inde animo reputare: ac computare: & supputare cũ ea: quę ex re non sũt: uel aduersantur: abiicimus: nam putare prima producta: & secundę inflexionis fœtorem dare significat: unde & putor putoris fœtor dicit̃. ¶ Mercator uenit: subaudi demipho. ¶ Cõpressit uirginem: cleostratam. ¶ Multa nocte: noctis conticinio. ¶ Pedibus perfugium peperit. se inquit in pedes dedit: atq; effugit. ¶ Peperit filiam: silenium. ¶ Paternũ seruũ: lãpadiscũ. ¶ Nec puellã sustulit: nempe iã memo-

Putamen unde dictum.

Iusta

rata lena. ⁋ Eāpſe:eā ipſam. ⁋ Illic āt lennius:ille demipho. ⁋ Diē ſuū obi/ it:uita defuncta eſt. ⁋ Facta morige/ ra ē uiro: qa maritus id concupierat. ⁋ Vxori iuſta fecit.pentalia:& exeq/ as pfecit. ⁋ Duxit uxorē ſubaudi pha noſtratā:quam olim cōpreſſerat. ⁋ Si qua quæat:ſi quoquo modo poſſit re perire:quæ expoſitam puellā ſuſtule/ rit. ⁋ Si poſſiet:antique dictū pro poſ ſit. ⁋ Ex inſidiis uiderat.Ex loco inſi/ dioſo obſeruauerat. ⁋ Vt expūgatur nomen:ſumpſit ſimilitudinē ab eis:qui debitores in diariis annotantur:cum eni ſuis ſatiſfecere creditoribus:tum eo rum nomina expunguntur:ideſt tranuerſo calamo ſuperinducto obliterantur:auferuntur. ⁋ Adoleſcens hic eſt:alce ſimarchū dicit. ⁋ Proiecticiam:ſilenium. ⁋ Deperit:deamat:ut amore perire uideatur. ⁋ Qui eſt amor ſuauiſſimus: nempe mutuus:ac reciprocus. ⁋ Nihil eſt perpetuum datum:abeunt:pereunt:quæ ad corpus pertinent:manent im mortalia:quæ animi bona. ⁋ Perdite perduelles:afflictate hoſtes. ⁋ Pariter laudem:& lauream:laudem ex uirtute: lauream nempe triumphum ex uictoria. ⁋ Victi pœni.Nā ſecundo bello punico fuit Pla. ⁋ Pœnas ſufferant:ad uer bum pœni allud it pœnas perinde:atq; ſi dicat:qm̄ pœni uocitati eos:etiam ſubire pœnas par:equumq; eſt.

Pater adoleſcenti dare uolt uxorem.hoc ubi
Mater reſciuit,iuſſit accerſi eam domum.
Hæc res geſta ſic eſt.bene ualete & uincite
Virtute uera,quod feciſtis antidhac.
Seruate uoſtros ſocios,ueteres,& nouos.
Augete auxilia noſtris uictis legionibus.
Perdite perduelles.parite laudem,& lauream.
Et uobis uicti pœni pœnas ſufferant.

SARACENVS

CRedo ego amorem.Querel a de amore eſt alceſimarci: & una cum lena contentio. ⁋ Domi.Quia egomet expe rior amoris ſceuitiā. ⁋ Antideo.Ante eo d iterpoſito propter uo calium hiatū:ut redigo:redordior. ⁋ Nullam mentē animi.Amore enim rationis obliuio inducitur:turbantur conſilia:& generoſi ſpiritus debilitan tur:& agitor:crucior:ſtimulor:& reli/ qua amplificat per congeriem. ⁋ Inge nia.Vires omnes igenii. ⁋ Maritumis moribus.Fluctuantibus:& æſtuanti/ bus:hac & illac nauem iactantibus. ⁋ Factione.Opulentia:& auctorita/ te:ut alibi Plautus iſtas magnas factio nes dixit:ideſt opulentias:factio ta/ men eſt ciuium in diuerſa diuiſio.

Factio qd ſit.

VALLA.

CRedo ego amorem.Alceſi/ marchus in amorē multa p fundit ut oſtendat nihil ma gis exitiale q̄ ſit amor cū q; melenis promiſſam ſileniū nollet amplius concredere quod alce/ ſimarchū audiuiſſet aliā ducere uxo/ rē.alceſimarchus ſe non ducturū plu/ rimū iurat. ⁋ Carnificinā commentū: ideſt confixiſſe & animo cōſtituiſſe ſe carnificem fore.eſt enim carnificina ipſius carnificis exercitium. ⁋ Anti/ deo:præcedo propter effugiendū uo calium hiatum.d.interponitur.ſicut redordior:redoleo:redhibeo. ⁋ Exa/ nimor:morti dedor:mirificaq; ampli ficatio eſt per congeriem. ⁋ Omnia in genia ſunt.Ingenii uires:atq; propoſi ta. ⁋ Appetit:me inuadit.Maritimis moribus mecum experitur.periculū inquit de me facit eiuſmodi:cuiuſmo di mare iactando:uariiſq; fluctibus iactando. ⁋ Ne eo peſſum:non imū pe to fundū. ⁋ Quiſq̄ culpitet:in culpā aduocet:qn̄ quidem:quod nos ego:& filia iurauimus:id ſedulo cuſtodiuimus.

ACTVS SECVNDVS.

Alceſimarchus adoleſcens.Melænis Lena.

CRedo ego amorem primum apud homines carnu/
ficinam commentum.
Hanc de me coniecturā domi facio,ne foris q̄ram.
Qui omnes homines ſupero,atq; antideo cruciabilitatibus.
Iactor,crucior,agitor,ſtimulor,uerſor in amoris rota,miſer
Exanimor,feror,differor,diſtrahor,deripior,ita
Nullam mentem animi habeo.ubi ſum,ibi non ſum.ubi non
ſum,ibiſt animus.
Ita mihi ingenia ſunt,quod lubet,non lubet iā id continuo,
Ita me amor lapſum animi ludificat,fugat,agit,appetit,
Raptat,retinet,iactat,largitur,quod dat,non dat.eludit.
Modo quod ſuaſit,diſſuadet,quod diſſuaſit,id oſtentat.
Maritumis moribus mecum experitur,ita meum
Frangit amātem animum.neq;,niſi quia miſer ne eo peſſū,
Mihi ulla abeſt iam perdito pernicies,ita pater
Apud uillam detinuit me hoſce ſex dies ruri
Continuos.neq; licitum intereaſt meam amicam uiſere.
Eſt ne hoc miſerum memoratu?Me.eo facetus,quia tibi
Aliaſt ſponſa locuples lemnia,habeas neq; nos tanta
Factione ſumus,neq; opes noſtræ tam ſunt ualidæ,q̄ tuæ.
Verum haud metuo ne iurandum noſtrum quiſq̄ culpitet.
Tu iam ſi quid dolebit,ſcies qua doleat gratia.
Al.Di me perdant.Me.quodcunq; optes,tibi ueli cōtigeſ.
Al.Si illam uxorem duxero mihi unq̄,quam deſpondit pr̄.
Me.Et me ſi unq̄ tibi uxorem filiam dedero meam.
Al.Periurare me patiere?Me.atq; q̄ me,aliquanto facilius,
Meamq; rem perire,& ludificare filiam.
Abi quærere ubi tuo iurando ſatis ſit ſubſidii,

⁋ Periurare me patiere.ſine me inqt iurare ut occepi.Dicimus ergo periurare ualde iurare:at ſine.r.peierare falſo iu ra:licet in noie.r.teneat̄ in eadē hac ſignificatione:periurus.n.dr̄:q falſum iurat. ⁋ Tuo iuri iurando ſatis ſit ſubſi dii.Vnde poſſis tibi ex iureiurando ſubuenire:ac ſi dicat:iuraſti ſæpius:ſed parum obſeruaſti:quod iurares.

Teſſeram

¶ TESSerā. Mutuam: scilicet nostram amicitiam: & beniuolentiam: nam hospitalem tesserā dicebant: ut autor Lactantius est: q̄ daretur hospitibus: ut ad hospitia reuersi: tesserisq; ostensis internoscerentur: sed de tessera in curgulione satis abunde dictū. ¶ At ita di. Verba profert incomposita ex nimia (ut fit) ai perturbatione: ut amens: ut delirus: & hic totus sermo absq; cōtrouersia rectius cōgruit irato amanti alcesimarcho q̄ melenidi: ut emendauimus: & rursus cū dicit iuno filia & Saturnus patruus: ex ai uexatiōe magis pplexe loqt: q tandē in se rediēs inqt. Tu melenis ppter te hæc pecco: & cū illa perstet in pposito: non uelle puellā tradere: iterū excandescit: & indignabundus: minitabundusq; iterrūpit incōpositū sermonē.

SARA CENVS

Hic apud nos iam Alcesimarche confregisti tessaram.
Al. Face semel periculum. Me. sæpe feci, quod factū q̄ror.
Al. Redde mihi illam. Me. inter nouam rem uerbum usurpabo uetus.
Quod tibi dedi, datū non uellem, qđ reliquomst, nō dabo.
Al. Non remissura es mihi illam? Me. pro me respōsa tibi.
Al. Non remitte? Me. scis iamdudū omnem meā sentētiā.
Al. Sati istuc tibi ī corde certust? Me. qn ego cōmētor qdē.
Non, ædepol istæc tua dicta nunc in aureis recipio.
Al. Non? hem quid agis. Me igitur animaduorte iam, ut qđ agas scias.
Al. At ita me Di, Deæq; superi, inferi, & medioxumi.
Itaq; me regina Iuno, & Iouis supremi filia.
Itaq; me Saturnus patruus eius. Me. ecastor pater.
Al. itaq; Ops opulenta illius auia. Me. quinimmo mr̄ qdē.
Al. Iuno filia, & Saturnus patruus est, summus Iuppiter.
Tu Melænis, nunc propter te hæc pecco. Me perge dicere.
Al. An ne ut etiam quid consultura sis sciam? Me. perge
Eloqui, nō remittam. definitust. Al. enimuero ita Iuppiter,
Itaq; me Iuno, & Saturnus rex. quid dicam nescio,
Iam scio. immo mulier audi, meam ut scias sententiā.
Dii me oēs magni, minutiq;, & patellarii
Faxint, ne ego uiuos dem sauium Silenio,
Nisi ego te, tuamq; filiam, meq; hodie obtruncauero.
Postea autē cum primo luci cras nisi ambos occidero,
Et equidem hercle nisi perdam te tertio, omneis efflixero,
Nisi tu illā remittis ad me. dixi quæ uolui, uale.
Me. Abit intro iratus. quid ego nunc agam? si redierit
Illa ad hunc, ibidem loci res erit, ubi odium occœperit,
Illam extrudet, quom hanc uxorem Lemniam ducet domū.
Sed tn̄ ibo, & persequar, amans, ne quid faciat, cauto opust.
Postremo, quando æqua lege pauperi cum diuite
Non licet, perdam operam potius, q̄ carebo filia.
Sed quis hic est qui recta platea cursum huc contēdit suū?
Illud paueo, & hoc formido, ita tota sum misera in metu.

¶ CONFregisti tessaram. Multa significat tessara: nam tessaram taxillum dicimus: cuius diminutiuum tessella. Iu. nec tessellæ: nec calculus ex hac materia. Inde etiam similis figura: qua aliquid concīditur tessala: unde & aduerbium tessellatim. Et tessara belli signu; est: & hospitalis tessara. Lactātius in. vii. thebaidos; Tessara bellorū signū ē: ut hospitale tessara dicimus: ueteres. n. qñ nō poterāt oēs hospites suos noscere: tesserā illis dabāt: quā illi ad hospitia reuersi oñdebāt: præposito hospiti: uñ intelligebant hospites. ¶ Qui ego cōmentor quidē. nūqd tibi uideor confingere. ¶ Ac ita medii deæq;. Iurantis maximus exprimitur affectus: cum quid dicat: ipsemet nesciat contrariaq; pronunciat: deorum trinas potestates ponit Apuleius libro de dogmate Platonis: ad quem lectorem ob breuitatem relegamus. ¶ Ops. quæ a gręcis rea nuncupatur: ea terra esse perhibetur: unde & opulētia: quod in terra omnes sint opes: unde etiam opis & opem & ope genitiuo accusatiuo: & ablatiuo singularibus pro auxilio ponimus: & in plurali opes: diuitias dicimus: unde & opulens opulentus: inde opimum: inde opiparum. Et opalia dies festi: quibus supplicatur opi. nā opis nominatiuo singulari prima producta nymphæ nomen est proprium. Hinc etiam opima spolia dicuntur origine; quidem trahentia ab ope saturni uxore: qđ ipse agrorum cultor habetur nominatiuis a satu: tenensq; falcem effingitur: quę est insigne agricolæ. Itaq; illa quoq; cognominatur constituta: & esse inq̄ existimatur terra: ideoq; in regia colitur a. P. R. quia omnes opes humano generi terra tribuit: ergo & opulenti dicuntur terrestribus rebus copiosi: & hostię opimæ pręcipue pingues: & opima magnifica: & ampla: unde spolia quoq;: quæ dux. P. R. duci hostium detraxerat: quorum tanta receptio est: ut intra annos aliquot trina contigerint nomini romano: una q̄ Romulus de acrone: altera: q̄ cossus cornelius de tolūno: tertia: q̄ Claudius marcellus uiridomaro fixerūt. M. Varro ait opia spolia eē: & si manipularis miles detraxerit: dūmō duci hostiū: eaq; ad ędē iouis feretri poni testimonio eē libros pōtificū: in qbus sit p primis spoliis bouē: p scdis solitaurilibus: p tertiis agno publice fieri dēre: eē ēt cū ferrēt reges legē opimorū spoliorū talē: cuius auspicio classe pcincta. Pria spolia capiunt ioui feretrio darier o;: & bouē cędito: q cępit ęris. cc. Scda spolia in martis arā cāpo solitaurilia utra uoluerit cędito. Tertia spolia iano qrino agnū marē cędito: q repit exędito: cuius auspicio capta diis piaculū dato: hui⁹ ędicti lex nulla extat: neq; exēplū h;: neq; sciēt: ut q optia lege fuerint: adiici solet: qui qdā magratus creant: hanc historiā: ut multi ita pcipue Proptius in q̄rto elegiarū explicuit: & in diuersis Titus liui⁹ locis: q in prio ab urbe cōdita Romuli ad iouem uerba hęc ponit. Iuppiter feretri inqt hæc tibi uictor Romulus rex regia arma fero: templumq; his regionibus: quas modo animo metatus sum dedico: sedem opimis spoliis: quæ regibus: ducibusq; hostium cæsis me auctorem sequentes posteri ferent. ¶ Primo luci cras. Cum cras primo illuxerit: ut sit luci aduerbium: sicut uesperi: dicitur tamen & uespere: ut heri here. ¶ Ibidem loci. in eodem loco.

VALLA. Tessara quid sit.

Culpitet.

Ops q̄ nasit.

Opia spolia quę.

Luci aduerbium.

VGOLETVS ET GRAP. Cõfregisti tesseram.

¶ Cauto opus est. Cautionem adhibere oportet. ¶ Perdã operam potius: subaudi filiam exhibendo q̃ filia p̃ma[illegible]
℃ CONFRingere tessarã is dicitur: qui sibi reditũ in consuetũ hospitiũ pręcludit. Erat eni tessara signũ hospitale: quo ostenso: hospites agnoscebant. Abi inqt Melenis: quęrere ubi tuo Vrãdo satsit subsidii: nã apud nos Alcesimarche confregisti tessarã: hoc in domũ meã minime redibis. Abi quærere græca figura ut: donat habere: in Virgilio.

SARACENVS.

ANum sectatus. Reuerso demiphone in Sityonẽ: phanostrataq; in uxorẽ recepta ea sibi reuelat: ex ea peperisse filiam: & per seruum expositaȝ: ab anu fuisse susceptã: re igitur scita mittitur a demiphone seruus lãpadiscus q̃siturus mulierẽ: quę puellã sustulerat: hãc inuentã: & agnitã: ut nuntiet herę citum cursũ capessit. Ista auteȝ omnia non agũtur in comœdia: sed tanq̃ facta subintelliguntur.

VALLA:

ANuȝ sectatus sum. Ait lãpadiscus: se anũ insectatum: q̃ puellã sustulerat syleniũ: cũ ipsã ad necẽ exposuit. ¶ Miserrimam hũi: uexaui usq; ad maximaȝ miseriã. ¶ Immemorabilis. i. nullus memoriæ se esse confingebat. ¶ In q̃stione: dũ q̃rerem. ¶ Vix exculpsi. i. elicere potui. Quia ei promisi modiolum uini dare. ¶ Quoniã inquit uini cyathum promisit me daturum obtinuit: ut diceret.

SARACENVS

HIppodromo. uia publica: qua cursitant eq ab ippos equus & dromos cursus. ¶ Naȝ illęc tibi nutrix. Sunt uerba lãpadisci referẽtis: ut ortatus puellã fuerit: quã forte cũ lena cõuenerat: ut ad proprios rediret parentes: q̃ tñ gymnasiuȝ erat: non Sileniũ: pp mutilatos uersus: non appet in scęna: ut ãbas mulieres cõuenerit. ¶ Magna talenta: q̃ erant librarum octuaginta: ut ex Prisciano. Liuio: & Plauto in mustellaria: de talẽtis supra abunde relatũ est. ¶ Tusco mõ. Taxat ueterum comicũ more ppli lasciuiaȝ: malosq; mores: & prostratã pudicitiam. ¶ Suadella mea. Blandis meis suasionibus. ¶ At me perditis. Ex oculto loquit: nã tacita odorabat: quid rerum ageret. ¶ Obstipat aquulã. Verbũ obstipat interp̃tatur festus obiicit. ¶ Instare. Pro instabã. ¶ Ne in q̃oneȝ. Idest inquisitionem: a quæro qõ. ¶ Si qd eum. Subaudi uoluero. ¶ Filiam suam. Quã ex muliere lemnia susceperat. ¶ Quis qs es: Tã in fœminino q̃ in masculino genere quis positum diximus a ueteribus. ¶ Medioxuma. Dixit medioxumã uxorem: quia fuerat media inter phanostratam prius uiciataȝ: & eandẽ rursus in cõiugem receptam. ¶ Confragosum: dubium: perplexibile. ¶ Nunc mihi bonæ. Subibo licet inuita nomen bonæ mulieris: reddendo puellã perditã parentibus.

Magna talenta quæ.

VALLA.

AVdire uocẽ uisa sum. Phanostrata lãpadiscũ audierat: ita q; illũ super filia percunctat. Melenis audiens: quid dicatur ex illorum uerbis capit consilium:

Lampadio Seruos.

ANum sectatus sum clamore per uias.
Miserrumam habui. ut illæc hodie quot modis
Sibi moderatrix fuit, atq; immemorabilis?
Quot illi blanditias? quid promisi boni?
Quot admoui fabricas? & quot fallacias
In quæstione? uix exculpsi ut diceret,
Quia ei promisi modiolum uini dare.

Phanostrata uxor. Lampadio. Melænis.

AVdire uocem uisa sum ante ædeis modo
Mei Lampadisci serui. La. non surda hera es,
Recte audiuisti. Ph. quid agis hic? La. q̃d gaudeas
Ph. quid id est? La. hinc exhisce ædibus paulo prius
Vidi exeuntem mulierem. Ph. illum, quæ meam
Gnatam sustulerat? La. rem tenes. Ph. quid postea?
La. Dico ei quo pacto eam ab hippodromo uiderim
Herilem filiam nostram sustollere,
Ph. Extimuit tum illam? Me. iam horret corpus, cor salit.
Nam mihi ab hippodromo memini afferri paruolam
Puellam, eamq; me mihi supponere.
Ph. Age perge quæso. nam animus audire expetit,
Vti res gesta sit. Me. utinam audire non queas.
La. pergo illo. subagito blandis, & benedicis
Dictis. illæc forti fortuna fortius
Aures obserat. ego lemniam foras uoco.
Nam illæ tibi nutrix est, ne matrem censeas.
Ego te reduco, & reuoco ad diuitias, ubi
Tu iam locere in luculentam familiam,
Vnde tibi talenta magna uiginti pater
Det dotis, non enim hic, ubi ex tusco modo
Tute tibi indigne dotem quæras corpore.
Ph. An amabo meretrix illast, quæ illam sustulit?
La. Immo meretrix fuit. sed ut sit de ea re, eloquar.
Iam perducebam illam ad me suadela mea,
Anus ei amplexast genua plorans, obsecrans
Ne deserat se, eam suam esse filiam,
Seq; eam peperisse sancte adiurabat mihi,
Istanc, quam quæris inquit. ego amicæ meæ
Dedi, quæ educeret eam pro filiola sua.
Et uiuit inquit. ubi east inquam extemplo?
Ph. Seruate Di me obsecro. Me. at me Di perditis.
Ph. Quo illam dedisset, exquisisse oportuit.
La. Quæsiui. & dixit meretrici Melænidi.
Me. Meum elocutust nomen, interii oppido.
La. Vbi elocutast, ego continuo anum interrogo,
Vbi habitat inquam? duc, ac demonstra mihi.

Aueċtaſt inquit peregre hinc habitatum longius.
Me.Obſtipat aquolam.La.quo aueċtaſt,eo ſequimur.
Siccine agis nugas?periiſti hercle,nec deſtiti
Inſtare uſq; adeo,donec adiurat ſe anus
Eam mihi monſtrare.Ph.ah.non miſſam oportuit.
La.Seruatur.ſed ſe quandam aiebat mulierem
Suam beneuolentem conuenire etiam prius,
Commune qua cum id eſſet ſibi negocium,
Et ſcio uenturam.Me.me indicauit,& ſuas,
Ac meas miſerias alias faciam conſcias.
Ph.Quid nunc uis facere me?La.intro abi,atq; aio bono es.
Vir ſi tuus ueniet,iube domi opperier,
Ne quæſtioni mihi ſit,ſi quid eum uelim.
Ego ad anum recurro rurſum.Ph.lampadio obſecro
Cura.La.perfeċtum ego hoc dabo negocium.
Ph.Deos,teq; ego ſpero.La.eoſdem ego,uti abeas domũ.
Me.Adoleſcens aſta,atq; audi.La.men mulier uocas?
Me.Te.La.quid negociſt?nam occupatus ſum ampliter,
Me.Quis iſtic habitat?La.Demipho dominus meus.
Me.Nempe iſtic eſt,qui Alceſimarcho filiam
Suam deſpondit in diuitias maxumas?
La.Is ipſus eſt.Me.eho tu,quam igitur filiam
Nunc quæritatis alteram?La.ego dicam tibi,
Non ex uxore gnatam,uxoris filiam.
Me.Quid iſtuc eſt uerbi?La.ex priore muliere
Nata inquam meo hero eſt filia.Me certo modo
Huius quæ locutaſt,quærere aiebas filiam.
La.Huius ego quæro.Me.quo modo igitur obſecro
Hæc eſt prior,quæ nupta nunc eſt.La.conteris
Tu tua me oratione mulier,quiſquis es,
Medioxumam quam duxit uxorem,ex ea
Nataſt hæc uirgo,Alceſimarcho quæ datur,
Ea uxor diem obiit,ſcis?Me.teneo iſtuc ſatis.
Sed ego illud quæro confragoſum,quomodo
Prior poſterior ſit,poſterior ſit prior.
La.Prius hanc compreſſit.q̃ uxorem duxit domum.
Prius grauida faċtaſt,prius peperit filiam.
Ea poſtq̃ peperit,iuſſit paruam proiici.
Ego eam proieci,alia mulier illam ſuſtulit.
Ego inſpeċtaui,meus herus hanc duxit poſt ibi.
Eam nunc puellam,filiam eius quærimus
Quid nunc ſupina ſurſum in cœlum conſpicis?
Me.Hei nunc iam iſtuc quod properabas,nihil moror,
Nunc intellexi.La.Diis hercle habeo gratiam.
Nam ni intellexiſſes,nunq̃ credo amitteres.
Me.Nunc mihi bonæ neceſſuſt eſſe in gratiis,
Quãq̃ eſſe nolo,rem palam eſſe intellego.
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam
Ab illis,q̃ illæc indicet me,ibo domum
Atq; ad parentes ſuos reducam Silenium.

itaq; primo rem ex lãpadiſco cogno/ſcit. ¶ Ab hyppodromo uideri:ideſt loco ubi ad curſum equi incitãtur:ippos enim equus:& dromos curſus. ¶ Extimuit tum illa?Interrogatiue le/gendum eſt:uiſa eſt inquit:ne illa ex/pauescere?cum dixiſti uidiſſe te quid ageret. ¶ Cor ſalit.pre metu inqt me/lenis cor mihi micat:ac ſubſultat. ¶ Illæc te anus fortunis prohibet diuitiis maximis:dote altili:atq; opima:quę gnatã ne ſe deſeras:uocat.Altile inqt.Nonius:nõ ſolum pingue ab alẽdo:uerum etiam opulentum.Plautus in ci/ſtellaria:fortunis ꝓhibet diuitiis ma/ximis:dote altili:atque opima:&c. ¶ Vbi ex thuſco modo:ſolebant enim tum thuſci puellas ad meretricium q̃/ſtũ ponere:quo ad dotem quæſtu tur/pi comparaſſent:inde nubere:& in poſterum ſeruare pudicitiam. ¶ Anus ei amplexa eſt genua capillo ſciſſo:atq; exciſſatis auribus plorans.De indagine doctorꝫ uirorꝫ Noni.exciſſatũ in/quit laniatũ:uulneratũ:hoc plautinũ citando teſtimoniũ. ¶ Obſtipat aquulam puſillã aquam:inquit:obſtruit ne ultra decurrat.prouerbium diċtũ de eis:qui aliqua reticent:& ſtudent ali/quo paċto tegere:ſicut cum aqua la/pſura erat:niſi quis modo illam con/ſpecuiſſet.ſtipare enim in anguſtu; locum compeſcere:unde & ſtipem puſillam pecuniã dixere ueteres:ut ait Varro:quod in arculis obſtipetur.Verbu; natu; a ſtupa:qua rimæ occluduntur:ſtipes autem ſtipitis quo arboris trunco fit ab eo:quod greci dicunt ſtipos:a priore uerbo fit obſtipus:ideſt incli/natus.Horatius:ſtes capite obſtipo multum ſimilis metuenti.Cicero in ſecundo de natura deorum.Atq; uno mentum radiantem ſidere lucet:Ob/ſtipum caput a tereti ceruice reuulſũ.Obſtipu; in cauda maioris fingere di/cas.Columella de ſuibus.febricitantium ſigna ſunt:cum obſtipę ſues tranſ/uerſa capita ferunt. ¶ Inſtare:pro in/ſtabam. ¶ Ecquas ad meas miſerias.Ecce ad quas meas miſerias facia; in/quit participem. ¶ Domi operirier.p̃/ſtolari.Deponens eni; operior prima producta præſtolor.Correpta autem contegor ſignificat paſſiuũ:cuius actiuum operio.Mar.aut operi faciẽ:aut tunicata laua. ¶ Quęſtioni mihi ſcit:ne opus ſit inquit quærere. ¶ Siquid eum:tu adde uelim. ¶ Heo tu quam uos.interieċtio heo eſt:itaq; aſpira/tionem admittit. ¶ Conteris tu tua me oratione mulier.ſenſus eſt.Cum me ita occupatum diſtines mulier af/flictas. ¶ Illud quæro confragoſum:Diſruptu;:diſieċtum non cohærens. ¶ Supina ſuſum:tam ſuſum q̃ ſurſum

Alitile qd ſit.

Stipare qd ſit.

Suſum qd ſit.

diximus prisciani testimonio. a susum enim suspicio. ¶ Ei nunc iam istuc quod properabas. Ei antiquę dictum est: admonuimus enim supra tam Prisciani q̃ Quintiliani testimonio ueteres ante i producta posuisse e litteram: quę coiret in diphthongon: quia igitur i iperatiuū producit e ppositū habet: sensus eni est: ito quo te aiebas pperare. ¶ Nunc mihi bonę necessū est esse in gratis: necesse est inqt: et si nolli: ut sim bona: nā quod cognosceret melenis fore: ut aliena opera nempe eius: q̃ puella3 olim tradiderat silenium restituendam parentibus: putat ultro ipsam esse offerendam.

VGOLETVS ET GRAP. SARACENVS.

¶ HIC additi duo uersus a Pylade: q̃ desiderant in oibus codicibus. ¶ Prius pepit filiam: non priusq̃. ut Pius scribit: contra sniam: & ratione carminis. ¶ Cuiam: & non quorum: ut aliqui codices habent: neq3 cuium pro quoru3: ut inulse exponit Pius. tum ex metri ratione: tum etiam ex antiquis codicibus: & recta grammaticæ lege.

Rem elocuta. Re oi detecta ultra puella ad parētes ducitur. ¶ Crepundia. Sunt bullæ & puerilia ornamēta a crepādo. i. tinniēdo dicta: gaudent siquidē infantes hmōi crepitaculis. ¶ Cistellā. In qua ipsa erant crepūdia: a q̃ amissa: & inuēta comoedia nomē habet. ¶ Recipe me. Alcesimarchus inducit quasi sibi ex amore nimio uelit mortē cōsciscere. ¶ Ecqd agis. Ad se ipsum loquitur quasi cunctantem & differentē mori. ¶ Adglutinandū. Gluten & glutinum latini dicunt: quod græci collam: unde glutino: coniungo. ¶ Pessulis. Vectibus: q̄bus fores occluduntur. ¶ Repagulis. Festus inquit repagula sunt: quæ pate faciendi gratia ita figuntur: ut contrario pangantur: hæc & repages dicuntur. Vir. pedibusq3 repagula pulsant. ¶ Tetulero. Tollo apud antiquos tetuli.

Glutē q̄d sit.

VALLA.

Rem elocuta su3. Melenis cu3 de silentio: ut erat accepiss3 eā domo abducit: ut parentibus restituat intereundu3 audiunt alcesimarchum sibi mortē uelle consciscere: quē adeūt. is silenio uisa ei se totū agglutinat: ne amplius habeat. ¶ Quod tuā in rē bene conducat consulā. Vt quod tuę cessurum sit utilitati potius prouideam. ¶ Hic crepundia insunt. in cistula inquit hic sunt: q̃ asseruaui sedulo crepundia: nēpe ornamenta: q̃ a puellæ colo dependebant cū est ad necē exposita: sed apud Pli. uident posita crepūdia pro incunabulis lib. xi. cū ingt. semestris locutus est cræsi filius in crepūdiis: quo prodigio totū id concidit regnum. ¶ Aliquis intus prodeat. De loco rursum aduerbiū intus: ut exeat inquit aliquis. ¶ Propera ocius. festina inquit: ut uoces quemq̃. ¶ Lumē linque: uitā inquit hanc relinq̃: cunq3 morte cōmuta. ¶ O salute mea: salus salubrior. Visa silenio: cuius causa se neci dabat alcesimarchus: salutē ipsa3 uocat: & iā uitæ parcit. ¶ Istuc seuerū: tam imane tam atrox.

Prodigiū filii cræsi.

ACTVS TERTIVS.

Melænis. Alcesimarchus. Silenium.



Rem elocuta sum tibi oēm. sequere me mea Sileniū,
Vt eorum, quoiā esse oportet te, sis potius, q̃ mea.
Quanq̃ inuita te carebo. meū aīum ego iducam tn̄
Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, cōsulā.
Nam hic crepūdia isunt, q̄bus cū te illa olim ad me detulit.
Quæ mihi dedit, parentes te ut cognoscant facilius.
Accipe hāc cistellam Halisca, atq3 agedū pulta illas foreis.
Dic me orare, ut aliquis intus prodeat. propera ocyus.
Al. Recipe me ad te mors amicū, & bene uolum. Si mī mea
Perimus miseræ. Al. utrum hac me feriam, an ab leua latus?
Me. Quid tibi st? Si. Alcesimarchū ferrū tenētē nō uides?
Al. Ecquid agis? ne morare. lumen linque. Si accurrite,
Ne se interimat. Al. o salute mea salus salubrior.
Tu nunc si ego uolo, seu nolo, sola me ut uiuam, facis.
Me. Hau uoluisti istuc seuerum facere. Al. nihil mecū tibi.
Mortuus tibi sum, hanc ut habeo, certust non amittere.
Nam hercle iam ad me agglutinandū totam decretust dař.
Vbi estis? occludite ædeis pessulis, repagulis.
Ibo, hanc ego tetulero intra limen. Me. abiit, abstulit
Mulierem. ibo persequar iam illum intro, ut hæc ex me sciat
Eadem, si possum tranquillum facere ex irato mihi.

¶ Hāc: ut habeo. subaudi sileniū. ¶ Ad glutinā: dum. ad alligandū glutē: q̃ colla græce dr̄: unde glutinare factū. ¶ Pessulis uectibus: q̄ pessum dimittant in limē pessuli dicti. Repagula sūt obstacula: ne ultra trāsire liceat: a repando dcā. ¶ Ego tetulero: itrorsū ferā. Veteres tollo tetuli facer̄ preteritū.

Pessul uū.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ CREPundia: oscitabat Pius: ut puto: quum hunc locū commentaretur: dicens Crepundia puerilia cunabula dici: quum cunabula: & cunę sint in quibus pueri locantur: dicta: ut ipse Pius inquit: quia inter motandū crepent. Sed proh iuppiter. cunę ergo in cistella una q̃ dum ferretur ab ancilla: ei per incuria3: uel pauorē decidit continebantur? ridiculū profecto: nā crepundia: ut hic & alibi Plau. meminit: non cunæ: aut cunabula sūt: sed bullæ: ensiculi: crepitacula: & hmōi: q̃ pfecto in una cistella bene potuerunt cōtineri: ut latius in rudente Plau. ipse oñdit. ¶ Pessul repagul.

¶ Nulla

ACTVS QVARTVS.

Lampadio & Phanostrata.

NVllam ego me uidisse credo magis anum excru-
ciabilem,
Quam illæc est, quæ dudum fassast mihi, quæ ne in-
ficias eat.
Sed eccam herã uideo. sed quid hoc est, q̃ cistella hic iacet
Cum crepundiis? nec quenquam conspicor alium in uia?
Faciundust puerile officium, conquiniscam ad cistellam.
Ph. Quid agis Lampadio? La. hæc cistella numnam hinc ab
nobis domost?
Nam hinc ab ostio iacentem sustuli. Ph. quid nuntias
Super anu? La. scelestiorem in terra nullam esse alteram.
Omnia inficiatur ea, quæ dudum confessast mihi.
Nam hercle ego illã anũ irridere me ut sinã, satius mihist,
Quouis exitio interire. Ph. Di obsecro uostram fidem.
La. Quid deos obsecras? Ph. seruate nos. La. quid est? Ph.
crepundia
Hæc sunt, quibuscum extulisti nostram filiolam ad necem.
La. Sana ne es? Ph. hæc sunt profecto. La. perge hinc. Ph.
hæc Sunt. La. si mihi
Alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam.
Ph. Non ecastor cassa memoro, nam obsecro unde hæc gētiũ
Aut quis deus obiecit hanc ante ostium nostrum? quasi
Dedita opera in tempore ipso Spes mihi sancta subuenit.

Halisca ancilla. Lampadio. Phanostrata.

NIsi quid mihi opis Dii dant, disperii, neq;
Vnde auxilium mihi, aut præsidiũ expetã, habeo.
Itaq; petulantia mea me animi miseram habet,
Quæ in tergum meum ne ueniat, formido male,
Si hera mea tam secordem esse me, q̃ sum, sciat.
Quam næ in manibus tenui, atq; accepi cistulam
Hic ante ædeis nostras, ubi ea sit nescio.
Nisi ut opinor, loca hæc circiter excidit mihi.
Mi homines, mi spectatores obsecro facite
Indicium, siquis uidit, si quis eam abstulit,
Quis ue sustulit, & utrum hac an illac iter institit.
Sed nonne ecastor ego sum multo inscitior,
Hos quæ rogem, aut quæ fatigem, qui semper malo
Muliebri sunt lubentes. nunc uestigia
Hic si qua sunt, iam noscitabo, nam nisi
Nemo hæc præteriit, postq̃ intro abii, cistella hic
Iaceret, quid hic? hic periit opinor, illicet
Actust. me infelicem & scelestam, nulla hic est.
Atq; neq; ego sum usq̃, perdita me perdidit.
Sed pergam, ut cœpi, quæritabo ego hic tamen.
Nam & intus paueo, & formido foris, ita metus

SARACENVS

NVllam ego: Rediens lampadiscus: forte in cistellulã incidit: quæ e manibus exciderat improuide ancillæ: ea phanostratæ relata: illa agnosci filiæ crepũdia. ¶ Ire inficias: siue iñficiari negare ẽ. ¶ Cõquiniscaȝ. Inclinabo: uide No. ¶ Omnia inficiare. Pro inficiabatur.

VALLA.

NVllam ego me uidisse credo. Lampadiscus rediens a lena: quæ fassa fuerat silenium abstulisse: nunc uero ibat iñficias: cistulam in uia tollit: q̃ haliscæ ancillæ exciderat metu pculsæ ex alcesimarchi morte. At phanostrata sua cognosci crepundia. ¶ Magis anũ excruciabilẽ: uetulam quæ magis excruciet. ¶ Quæ ue inficias eat. Factũ neget esse: nã id inficiari est. nẽpe contra id: quod factũ est ire. ¶ Conquiniscã ad cistellã. Conquiniscere inqt Nonius: & equiniscere inclinari significat Plau. in cistellaria faciendũ puerile: &c. huius uerbi præteritũ inquit Priscianus ẽ conquexi: uerbũ ipsuȝ natũ est ab eo: qđ antiqui cunire dixerunt onus uentris deponere: in qua re corpora inclinantur. ¶ Oia inficiate: tu lege inficiat. i. negat. ¶ Quouis exitio interire. Malim inquit quoquomodo mortẽ oppetere: q̃ omittere me ab anu irrisũ iri. ¶ Perge hinc. posi sunt esse uerba lampa. ¶ Hæc sunt. uerba phanostratæ affirmantis illa esse crepundia: qbus cũ exposita fuerat filia. ¶ Cassa memoro. i. inania ab eo: qđ est careo carui cassuȝ. Vñ cassis retis species: & incassum aduerbiũ. i. frustra. ¶ Spes mihi scã. Diuinitus cõcessa: scm̃. n. inuiolabile: & incorruptũ a sagminibus herbis inqt Vulpianus: uñ se legati romanoꝝ inuiolabiles oñdebant: sicut & græci ceritia inquit gestabant.

Congniscere quid sit.

Cassis qd sit.

SARACENVS.

NIsi quid. Amissã in uia cistellã it quæsitaȝ halisca ancilla. ¶ Petulantia: iprobitate qñq; petulantia pro lasciuia: ut illud: petulansq; iuuenca.

VALLA.

NIsi quid mihi opis. Ancilla halisca: quã lampadiscus cistulã sustulerat multũ sollicita q̃rit: tandẽ cũ phanostrata: & lãpadisco habet uerba: unde & filia phanostratæ cognoscit̃. ¶ Nisi qd mihi opis dii dãt: dispii. Occidi iqt halisca: nisi mihi dii tulerũt ꝓsidiũ. ¶ Me ai miserã hȝ. i. aium meũ miseria conficit. ¶ Tã socordẽ sciat eẽ. tã alienã a corde: ac p hoc stupidã. ¶ Quã ne in manibus tenui: atq; accepi: quã cistellã inqt ꝑpetuo i mãibus nõ tenui. ¶ Vtrũ hac: an illac iter istiterit Qđ hũc locũ seq̃t: nos addidimus ex citato ueterũ testimonio. ¶ Datores belissimi negotioli senecis soletis eẽ. Senecis: qa ueteres senex senecis đclinabãt. ¶ Negotioli: đditi negociis. ¶ Illicet me. Affirmãtis uerbiũ: qđ i malã ptẽ fere solet i usũ ueñ.

Senex senecis

Nunc utrobiq; me agitat illos hominis miseræ misereri.ille nunc lætus est,
Quisquis est,qui illam habet,
Quæ neq; illa illi quicq̃ usuist,
Mihi potest esse.sed nunc ego memet moror.
Quin hoc halisca,hoc inquam age,ad terram aspice,
Et despice,oculis inuestiga,astute augura.
La.Hera?hem tibi.Ph.quid est? La. hæc est. Ph.quis?La.quoi hæc excidit
Cistella.eccam locum signat,ubi ea excidit.
Ha.Sed is hac,aut hac.socci uideo uestigium
In puluere.persequar hac.iam hoc loco cum altero cōstitit.
Meis hic oculis turba se obiecit modo.
Neq; prorsum iit hac,hic stetit,hinc illuc exiit.
Hic concilium fuit,ad duos hoc attinet,
Si quis.atat singulum uideo uestigium.
Sed is hac abiit,contemplabor.is hinc huc iit.
Hinc nusq̃ abiit,actam rem ago.quod periit, periit.
Meumq; corium cum cistella.redeo intro.
Ph.Sunt qui uolunt te conuentam.Ha.quis me reuocat?
Ph.Bona fœmina,& malus masculus hic te uolunt.
Ha.Plus qui uocat,scit,quod uelit,q̃ ego, quæ uocor,
Reuortor.ecquem tu uidisti quærere hic
Amabo in hac regione cum crepundiis
Cistellam,quam ego hic amisi misera?nam dudum
Vt ad Alcesimarchum istuc omnes accurrimus,
Capillo cisso atq; excissatis auribus
Tumultuantem,ne se uita interimeret,
Timore puto excidisse cistellam mihi.
Disperii misera.quid ego heræ dicam meæ,
Quæ me opere tanto eam seruare iusserat,
Qui suos Silenium parentes facilius
Posset noscere,quæ meæ heræ suppositast parua,
Quam quædam dedit ei meretrix.La.hæc nostram rem
Fabulatur.hanc scire oportet filia tua ubi sit,
Signa ut dicit.Ha.nunc eam uolt suæ matri & patri,
Quibus natast,ultro reddere.mi homo obsecro
Alias res geris.ego tibi meas mando.La.istuc ago.
Atq; istuc,quod tu fabulare mihi cibus est.
Sed inter rem agendam istā heræ huic respondi, qđ rogat.
Nunc ad te redeo,si quid opust dic,impera.
Et tu quid quæritabas?Ha.mi homo,& mea mulier,
Ego uos saluto.Ph.& nos te. sed qui quæritas?
Ha.Vestigium hic requiro,qua aufugit mihi
Quædam.La.quid id est,quidnā est,quod quæris? nescio.
Ph.Alienam ne,an familiarem hanc ego memorem?
La.Mala merx hera hæc,& callida.Ph. ecastor mihi
Ita uidetur.La.imitatur nequam bestiam,
Et damnificam.Ph.sed quidnam amabo?La.inuoluolum,
Quæ in pampini folio intorta implicat se.itidem hæc exorditur.

SARACENVS. ¶ Illos hoies:subaudi deceret. ¶ Hac aut illac.Scilicet pertransit. ¶ Socci:soccus calciamenti genus. ¶ Qua aufugit q̃dam.Nec ulterius loqui progreditur de cistella.Ideo appellat eam lampadiscus damnificam bestiam:q intorte loquęretur. ¶ Inuoluolum.Est inuoluolus uermiculi genus:qui se inuoluit pāpino. ¶ Crepundia una.Sicut dicimus unas litteras:reliqua usq; in finez comœdiæ nota sūt:præter quos uidebis dimidiatos:& mancos uersiculos:ex quibus nullus prorsus sensus ellicitur:uidi præterea nonium allegasse quosdaz de cistellaria uersiculos:qui nusq̃ apparent in comœdia:ob quæ nulli mirum uidebitur:si tot undiq; scatentibus erroribus lepidissimi poetæ sensus quandoq; depereant.

Augura.

Inuoluol⁹ quid sit.

VALLA. ¶ Ille nunc lætus.Vultuose legenduz est:quia ironicos dictum. ¶ Aspice:& despice.Aspice lōgius despice prope:ac deorsum. ¶ Astute augura.Calide coniecta.& auguro & auguror dicimus: ut assentio & assentior.tam pro coniicio:q̃ pro uerum capto augurium:q̃q̃ id seruio nō placet:quia auguror ad coniecturā uertit.ad augurium uero auguro. ¶ La. Tibi uerior lectio est:ut legatur est:& cum sequētibus magis quadrat. ¶ Sed is hac aut hac:qui inquit eam:sustulit hac:aut hac habuit iter. ¶ Ad nos attine:correctius legeretur ad duos:apparebant eni in puluere phanostratę & lampadisci uestigia. ¶ Socci uideo uestigium. Socco enim calciamento comici:ut cothurno tragici utebantur. ¶ At singulum uideo uestigium.Dispartitiua inquit Priscianus nomina:quę græci epimirizomena uocant:pluraliter dumtaxat declinantur:ut singuli.æ.a.bini.terni. quaterni. quini.seni.septeni.octoni.noueni. deni. uiceni singuli.uiceni bini:atq; ita deinceps:& centeni milleni:ac cum nominibus pluraliter dumtaxat declinatis coniungi putat:ut singuli ludi:cum spectacula significantur:bina arma.trinę litteræ:& id genus alia.Plau.tamen hoc loco:& alibi aliter ita & Cicer.& alios locutos uideo ut singulus.a.um. dixerint. ¶ Corium cistella:scribe corium cum cistella. ¶ Ecquem uidisti tollere. Dicito si quem uideris hic tollere cistellam. ¶ Nequam bestiam:& damnificam:idest uermiculum ut mox dicit inuoluulum:qui i pampinis obuolutus plurimum uites offendere perhibetur:ideo damnificam dixit:dicitur etiam inuoluulus herba:quæ late per alias herbas diffunditur:aut fruticí alicui obuoluitur ad cacumen usq; peruenięns:flores albos producens:a pediculo angustos ab imolatos.titinalis gerens effigiem campaneli nomine uulgo uocitati:sicut ualuuli inquit festus fabulę folliculi appellati sunt quasi ualliuoli:quia uallo fabis excutiantur. ¶ Itidem hæc

Soccuz qd sit.

Valuuli q dicantur.

Intortam orationem exorditur sibi,
Quid quæritas?Ha.cistellam adolescens hic mihi
Euolauit.La.in cauea latam oportuit.Ha.ædepol
Non præda magnaſt.La.mirum quin grex uenalium
In cistella infuerit una.Ph.sine ut dicat.
La.Si dicat quidem.Ph.age loquere tu,quid ibi infuerit.
Ha.Crepundia una.La.est quidam homo,qui illam se ait
Scire,ubi sit.Ha.at pol ille ad quandam mulierem,
Si eam demonstret,ineat magnam gratiam.
La.At pol sibi ille quidam uolt mercedem dari.
Ha.At pol illa quædam,quæ illam cistellam perdidit,
Eam qui dat,sibi esse quod ei det, negat.
La.At enim ille quidam sibi dari argentum expetit
Ha.At pol illa quædam mulier in nullaſt opera
Gratuita.La.commoda loquelam iam tuam,
Tibi nos prodimus ac confitemur cistellam
Habere.ha.at uos seruassit salus,ubi ea nunc est?
Ph.Saluam eccam,sed ego rem meam magnam tecum
Confabulari uolo,sociam te mihi opto
Ad meam salutem.ha.quid istuc est negocii?
Aut quis tu nunc es?ph.ego sum mater illius,
Quæ hæc gestitauit.ha.hic ergo habitas?ph.hariola es.
Sed quæso ambages mulier mitte,atq; hoc age.
Eloquere,unde hæc sunt tibi cito crepundia.
La.Mea hæc herilis gestitauit,non tua.
Ph.Ne obloquere.La.taceo mulier perge dicere,
Vbi eaſt quæ gestitauit?ha.hic in proxumo.
Ph.Istic quidem ædepol mei uiri habitat gener.
La.Ne obloquere,rursus.perge porro dicere.
Quot annos nata dicitur?ha.septemdecim.
Ph.Meaſt.La.equolam hanc solis detur,possum ego.
Ita mustulentus æstus nares attigit.
Ph.Quod quæritabam,filiam inueni meam.
Ha.At æquomſt,per fidem quod creditum est tibi,
Ne bene merenti sit malo benignitas
Nostra,hæc calumnia tua profecto est.filiam
Et redditurast tibi tuam,& ea gratia
Domo profectaſt,cæterum ex ipsa obsecro
Exquiritote.ego serua sum.ph.æquom postulas.
Illius ego istam incesso malle gratiam.
Ha.Sed istanc cistellam te obsecro,ut reddas mihi.
Ph.Quid fit lampadio?La.quod tuuſt, teneas tuum.
Ph.At me huius miseret.La.sic faciundum censeo.
Da cistellam.tu intro hac abi cum istac simul.
Ph.Tibi auscultabo.tene tu cistellam tibi.
Abeamus intro.sed quod nomen est tuæ
Dominæ?Ha.Melænis.Ph.i præ,iam te ego sequar.

exorditur.Ordiri iquit festus est rei principium facere:unde & togę uocantur exordiæ. ¶ Adolescens euolauit:ideſt fustulit quasi in uolam recipiens.est enim uola manus interioris ps media.sicut & pedis:uñ & uolare dictũ. ¶ In Caueã latã oportuit:quoniã proprium uolucrũ uolare est ait oportuisse in cauea asseruari cistulam uolucrum ritu. ¶ Grex uenalium. Multitudo bestiarum: quæ ad uendendum est exposita. ¶ In nulla opera gratuita est.remunerare inquit non potest. ¶ Hic intus ergo habitas?Interrogatiuũ est. ¶ Ariolare.diuinas: unde & ariolus diuinus. ¶ Hoc age:aduerte. ¶ Hæc alũna est tua profecto:ideſt tua filia est.

Vola qd sit

¶ ACTam rem agis:prouerbium tractum a iudicata re:quia nefas est de ea iterum iudicare Teren.in phor. Che actũ aiũt ne agas. ¶ Inuoluolus ẽ uermis inuoluens se in foliis uitium:unde ab inuoluendo nomen accipit.M.Cato.cap.lxxxiiii. uocat illum cõuoluolum.docetq; quomodo pellatur a uitibus. Est præterea cõuoluolus herba nascens in frutetis nullo odore:plinius.libro.xxi. ¶ Nonius Marcel. Mustulentum:& uinolentum: & fęculentum Plautus in cistellaria.Ita mustulentus æstus nares adtigit:ut si odor musti: aut musto oblitus:aut madens.

VGOLETVS ET GRAPA. Actã rem agis Inuoluolus

VALLA

Q Vid hoc negocii. Demiphoni domũ redeũti occurrebãt multi mẽmorãtes: quo pacto eius inuenta esset filia. Lætatur ergo domum redens. ¶ Fabulantur per uiam: exponunt: memorant in uiam. ¶ Prævorti hoc certum est rebus aliis. Cunctis aliis rebus statui hoc præoccupare: atq; dignoscere.

VALLA.

n E expectetis: recitatoris uerba sunt. ¶ Ornamenta ponent: quæ a saraco inquit induerunt scenica ornamenta exuent. ¶ Postrema in comœdia. In comediæ parte ultima.

¶ In argumentum epidici.

SARA CENVS

A Theniensis periphanes mulierẽ cõprimit epidauri: ex ea suscipit filiam. Quę urgẽte bello hostiũ fit ꝑda: fili⁹ huius stratiphocles inscio pr̃e amabat fidicinã: cũq; ei opus eẽt pecunia: quã lenoni traderet. Epidicus seruus oportune cõfingit falatiã: suadet periphani hãc redimi ꝑ filia: hoc pacto senex mulctat̃ pecunia: domiq; hẽt ꝑ filia. Stratiphocles domum rediens exercitu: prioris amoris immemor mercat̃ ingenuã uirginẽ ex hostiũ ꝑda: hęc erat ea periphanis filia iã hostiũ potita. Sicq; sororẽ iscius pro captiua redemit: cuius amore captus: urget epidicũ inuẽtis opus eẽ q̃dragita minis danistę ut dent̃ ꝑ mercata uirgine: mox epidicus nouũ est cõsiliũ: nouũ cõmẽtus dolũ: herum periphanẽ cõuenit: nuntiat aduentare filiũ: illũq; deperire fidicinã: ꝑ q̃ daturus pecuniã ẽ: ut emittat̃ mãu: pr̃ timẽs filio: a seruo expetit cõsiliũ: ille uafer suadet senex prior fidicinaʒ emat: frustrabiturq; hoc pacto adolescẽs suis amoribus pollicet̃q; de empta uirgine futurũ lucrũ: uenturũ. n. militẽ inq̃t multa pecunia: q puellaʒ redimat: placet cõsiliũ seni: dat seruo petitos nũmos: q postrẽo dãt̃ ꝑ credita fidicina: epidicusq; ut rei fidẽ faciat: cõductã aliã ꝑcio fidicinã ꝑ ẽpta subiicit. Interi aduenit miles amore illectus prioris fidicinæ: quã periphanes emerat pro filia: eaʒ sibi poposcit dari: periphanes eã ratus: quã seru⁹ postrẽo emi suaserat: ultro cõsentit militi: q dũ suã nõ eẽ asseuerat: eã tãdẽ inueniũt nõ emptã: sed cõductã ꝑcio: dolusq; hoc pacto detegit̃ epidici: postrẽo ex epidauro mulier adiẽs q̃situra captiuã filiã: incidit in periphanẽ: agnoscũt se iuicẽ: is reuelat eẽ redẽptã cõem filiã: qua mulier cupiẽs ãplexari suã negat eẽ (ut uidit) gnatã: sicq; ꝑ filia inuenit̃ empta fidicina. Periphanes ira ꝑcitus ꝑdere q̃rit epidicũ: sed ille dũ intuet̃ ẽptaʒ postremo puellã: nouit herilẽ eẽ filiã: idicat stratiphocli iuẽtã sororẽ: & agnitã. Rerũ haꝝ iscius piphães icidit i epidicũ: minatur suppliciũ ob fictos dolos: is ultro præbet ligãdas mãus. Tãdẽ re cognita ẽptã postrẽo herilẽ esse natã: epidicus seruus: cuius factũ hoc obuenerat opera: libertate donat̃.

¶ Epidici argumentum.

VALLA.

P Eriphanes filiũ hũit stratiphoclẽ ex uxore. At ex epidaurẽsi muliere telestidẽ filiã: hanc igit̃ epidico seruo mãdat exq̃rẽdã: siq̃dẽ illã ab hostibus captã audiuerat. At fili⁹ stratiphocles fidicinã amabat: mãdat itaq; epidico: ut quoquo mõ pecuniã cõpiat: quo in suã ꝑueniat ꝑtãtẽ. Epidicus icognitã piphani fidicinaʒ ꝑ filia subicit. Dat piphanes pecuniã epidico: q̃ redimit̃: fidicina filiã suã ratus: pre q; filia hʒ domi. stratiphocles in exercitũ ire cõpellit̃: itaq; fidiciæ missos amores facit: aliãq; amat filiã q̃dẽ piphanis ex epidaurẽsi muliere: sʒ stratiphocli nõ cognitã sororẽ eẽ: itaq; dispoliat⁹ stratiphocles ab hostibus domũ rediẽs narrat epidico se nõ amare fidicinã: sʒ aliã: q̃ ab hostib⁹ capta foret: & pinde pecuniã iueniret: unde ea liberaret̃: epidicus igr̃ piphanẽ adit: quẽ facit certiorẽ captiuã quãdã filiũ adamare stratiphoclẽ: quã & miles q̃dã plurimũ adamabat: hortat̃ itaq; piphanẽ eam emat: ne fili⁹ corrũpat̃: ipm piphanẽ ex ea lucrũ facturũ eximiũ: siq̃dẽ miles eã quouis magno sit ꝑtio redẽpturus: locoitaq; huius: q̃ diligebat filius: subornat fidicinã epidicus: cui ait uelle periphanẽ fidibus cani in nuptiis: ratus periphanes eã eẽ: quã miles adamabat piter & stratiphocles: eã seruat dõi: miles domũ adit piphanis: q̃d inaudierat redẽptã: quã adamabat mulierẽ: quã cũ periphanes adduci iussisset: eãq; eẽ negaret miles: quã q̃rebat aduersus epidicum grauiter idignat⁹ ẽ. Mox epidaurẽsis: quã cõpsserat oli piphães ipm adit piphanẽ: q̃d accepat suã filiã a stratiphocle redẽptã eẽ: senex fidicinã ꝑduci iubet: quã filiã eẽ putauerat: at a mulier fit certior illã ñ eẽ: & pinde grauissime irascens piphães i epidicũ apocidẽ senẽ sibi adhibet sociũ ad lora coemẽda: & exq̃rẽdũ epidicũ: quo & uiciat̃ & multet̃. Interi stratiphocles & epidicus cognita muliere: quã apd se hñs redemerat stratiphocles esse piphãis ex epidaurẽsi filiã ipam nesciẽte piphane: epidicus domũ agit: ob quã rẽ factus audacior epidicus ultro se piphani offert: cũq; ẽt uiciri uoluisset: dõi docuit periphanẽ sua opera cõpertã habere filiã: itaq; eo astu libertate donatus ẽ epidicus.

VALLA.

N Ominũ ꝑpriorũ etimologiæ. Periphães dcũs: q̃d perii sigñet circũ: & phęnome appeo. nã futurũ huius uerbi phanũe ẽ: q̃d circuat: ut epidicũ cõperiat: piphães. i. cõspicuus. q̃m nomẽ eius cõspicuũ: & cognitũ: uel q̃d ipe se: ut apd militẽ celebrẽ faciat: qa peri sigñat circũ: & phœno luceo: Apocides ãt senex dcũs: q̃si secernẽs se a piphãis cõsortio. Nã apocido secerno sigñat. Ait siq̃dẽ ad piphanẽ: dico tibi iã: ut scias aliud ubi te comitẽ melius q̃rere. Telestide mulier: exactæ formę dr̃: nã telo perficio sigñat: & idos forma dr̃.

QVINTVS ACTVS

Demipho Senex. Lampadio Seruos.

Q Vid hoc negocist, quod homines fabulantur per uiam,
Mihi esse filiam inuentam. & Lampadionem me in foro
Quæsiuisse aiunt. La. here unde his? De. ex senatu.
La. gaudeo
Tibi mea opera liberorũ esse amplius. De. &. n. nõ placet.
Nil moror aliena mihi opera fieri pluꝛeis liberos.
Sed quid nam istuc est? La. propera ire intro ad finem tuũ,
Filiam tuam iam cognosces, intus ibidem uxor tuast.
Abi cito. De. præuorti hoc certust rebus aliis omnibus.

Grex.

N E expectetis spectatores, dum illi huc ad uos exeãt.
Nemo exibit, omnes intus conficient negocium.
V bi id erit factum, ornamenta ponent. post id calicibus
Qui deliquerit, uapulabit. qui non delinquet, bibet.
Nunc ad uos spectatores, quod reliquom relinquitur.
More maiorum date plausum postrema in comœdia.

Epidicus:qa epidichnymi significat ondo:multa siquidem ostendit. Stratiphocles.quia stratos dr̄ exercitus.phos. uir.cleos gloria:quod gloriam sibi in exercitu uoluerit cōparare. Tesprio seruus:a tesprotica regione. Chæribullus adolescens:qa chæro gaudeo significat:& bullæ consilium:gaudet enim consulere stratiphocli.

Calliopius



M.Actii Plauti Epidicus.

Argumentum.

EMit fidicinam, filiam credens senex
persuasu serui, aliam qui conducticiam
Iterum pro amica ei subiecit filii.
Dat herili argentum, eo sororem destinat
Imprudens iuuenis. mox compressæ, ac militis
Cognoscit opera sibi senex os sublitum,
Vt ille amicam, hæc inquirebat filiam.
Sed gnata inuenta, seruolum emittit manu.

PRIMVS ACTVS.

Epidicus. Tesprio. Serui duo. VII.

HEus adolescens. Te. quis properantem me, præhendit pallio?
Ep. Familiaris. Te. fateor, nam odio es nimium familiariter.
Ep. Respice uero tespirio. Te. oh. epidicum ne ego nunc conspicor?
Ep. Certe oculis uteris. Te. salue. Ep. Dii dent quæ uelis.
Venire saluom gaudeo. Te. quid cæterum? ep. esse qđ assolet.
Cœna tibi dabitur. Te. spondeo. ep. quid? Te me accepturum, si dabis.
Ep. Quid tu auté, agis ut uelis? Te. exéplum adesse intellego.
Ep. euge, corpulétior uidere, atq; agilior. Te hac gratia.
Ep. Quam quidem te iamdiu perdidisse oportuit. Te. minus

SARACENVS.

EMit fidicinã senex .s. periphanes. ⁋ Credens: filiam captã, s. ab hostibus. ⁋ Serui. Epidici. ⁋ Filii. Stratiphoclis. ⁋ Cōductam. Scilicet aliam fidicinã precio: & non eam quã amare filum simulauerat. ⁋ Sororem. Non cognitã: cuius amore inscię adolescens detinebať. Cōpræsse. Eius uidelicet mulieris: ex qua periphanes filiam susceperat. ⁋ Ille: Scilicet miles. ⁋ Hac. Ipsa eadem mulier.

VALLA.

SEnex. periphãis. Serui epidici. ⁋ Conductam iteruȝ: subaudi aliam fidicinam. ⁋ Pro amica filii. Loco illię: quã amabat filię. ⁋ Ei. Periphani subiecit. ⁋ Dat herili argẽtũ: epidicus inqt dat stratiphocli a periphane sumptũ argẽtũ. ⁋ Eo: subaudi argento. ⁋ Sororeȝ præstinat. præoccupat ademendũ. ⁋ Imprudẽs iuuenis: stratiphocles suã se emisse sororeȝ nescius. ⁋ Cōpssæ: epidaurẽsis mulieris. ⁋ Ac militis: queȝ oportuit amasiã redimere. ⁋ Sibi senex os sublitum: se deceptũ eẽ. ⁋ Vt ile amicaȝ. Miles inqt amicam quærebat. ⁋ Hic subaudi senex. ⁋ Seruolum: epidicum.

SARACENVS

HEus adolescens. Inducuntur cōserui duo epidicus alter: q domi mãserat: alter tesprio: q Stratiphoclem comitatus fuerat i exercitũ: hi primũ se inuicem adeũt seruili more: postremo epidicus de stratiphocle percunctatur. ⁋ Habitior: Pinguior: habitudo enim est corporis habitus.

Habitudo quid sit

VALLA.

HEus adolescẽs. Epidicus tesprionẽ seruũ: qui cũ stratiphocle in exercitũ ierat: redeũtẽ ab exercitu salutat. De cōi hero piphanis filio cognoscit. ⁋ Certe oculis ueteris: posteaq̃ me conspexisti usũ hẽs oculoȝ ridicule dixit. Cōspicio & cōspicor dicius in eadem sigñatōe. Actiuũ alterũ. Deponẽs alterũ. ⁋ Agis: ut uelis. nũqd uitã ducis ex tua snia. ⁋ Exẽplũ adeẽ itelľo. Tu me adeẽ inqt uides uerũ ergo potes tu cõtemplari. ⁋ Euge: blãdiẽtis uerbum. ⁋ Corpulẽtior uideř: atq; habitor mihi inqt uideris pinguior factus: & melius toto habere corpore. Dona. quæ habitudo deest corporis. Plau. in epidico: corpulẽtior hercle: atq; habitior.

Conspicio & ɔspicior dicitur.

VGOLETVS ET GRAPA.

⁋ IOannes Baptista Pius maxima oppletus iscitia: dũ materiã huius fabulæ nõ intelligit: adeo labitur illã cõmẽtatus: ut hoc precipue pricipio somniare uideať. ⁋ Nã rõnẽ carminis nõ hñs: quæ illi ducẽ pstitisset: legit scđm hic uersum. ⁋ Persuasu serui: atq; cõductũ: pudor imẽsus: & uel ab interpte nouicio detestãdus: dũ trimetro iãbico quattuor tm̃ pedes tribuit: cui sex oĩno debeanť: ṗterea æquocat de fidicina. nã putat unã: eãdẽq; fidicinã & emptã primũ: & cõductam postea: atq; subiectã pro amica filii: quũ duæ fuerint una: quã ut senex emeret: epedicus fecit: psuadens filiam esse. altera: quã cõduxit epidicus: ut caneret fidibus: dum sacrificaret senex: sed hanc emptam a se fuisse illi persuasit seni: atq; amicã filii eẽ: ad senẽq; deductã: ut illã aliquo mitteret: ne aduenięs filius eã reperiret: propterea uersus ille sic scribi debet. ⁋ Persuasu serui aliam: qui conductitiam: & ratione metri habita & sententiæ.

Locus restitutus

SARA CENVS

CVRriculo. Sati; celeriter. Scurra. Vt ait flaccus ab assequēdo dictus. Caprigenū: atq; pātherinū. Quls uariata coloribus sunt animalia: & maculis distincta: per hæc.n. uerba datur intelligi: non recte ualere: q uariæ ua lēt. Pugilice: atq; athletice. Valide: & robuste. In uidulo. Saculo: siue mātica. Melina. A Festo dicitur melina ti biæ genus acutissimi soni. At hoc loco melinā capimus pro uestimento: Iulius polux de uestimētis theatralibus locu tus inquit: cādicātia in primis habebant uestimenta peregre uenientes: uel phea: uel melina: uel glaucina: erit ergo me lina uestimenti genus a colore: qui medius ē inter albū: & fuscū. Ius dicis: Iure loqueris: sed uerbum ea significatio ne capit epidicus: qđ ē ius reddere: cū dixit: me decet: ppterea subdit iocose tesprio: ia; tu nobis ptura geris? Ad hostes transfugerunt. Quia fuerat ca ptus in bello: & factus hostium prȩda.

Mulciber unde dcūs sit

Mulciber. Vulcanus dictus: q mul ceat imbres. Arma fecit. Hoc loco tā git id: qđ diffusius apud Homer. legit de achill' armis. Nā cū achilles idigna tus aduersus agamēnona in aciē pdir desiisset: ingentemq; ppterea græco rū stragē hector securius insultās ȩdi disset: Patroclus achillis induit arma dimicaturus cū Hectore: at patroclo i terempto ferunt hectorem: illū armis achilleis exuisse. Quare achilli in bel lū pficiscenti Thetis mater a uulcano fabrefacta arma pbuit. Ideo dicit: tu; ille pro gnatus Theti q̄si cōparet: & assimilet achilli stratiphoclem: cuius armis poti sunt hostes: dr Thetis pria aspirata achillis mr' uxor pelei thessa liæ regis: & facit thetidis: tethys autē aspirata secūda: & cū y facit tethyos & dicitur uxor oceani: quȩ latine sala tia noiat. & dcā piter ē nympharz mr.

VALLA.

Furtū und dictum

RApio ppalā: quia dixit se min9 furtificū. i. furtū facere & furtū a fure dictū nemo dubitat: & fur siue qđ ab ātiqs græcis phor diceret: ut tam iuris cōsultis: q̄ prisciano placet: siue a fur uo. i. occulto: & tenebroso tempore: ut rursum iustiniano nonioq; uidetur: si gūt omnino furē clāculum moliri: alie na subtrahere: iō ait: rapio propalam. Te infelicitent: infelicē agāt. Cur riculo occepi sequi: statim inquit cum te uidi secutus sum: curriculo ergo aduerbiū. quādoq; a curru diminutiuū. Hor. sunt quos curriculo puluerē olipi cū: collegisse iuuat. qñq; pro cursu pōit Ci. p marcello i illo uro uetere curriculo. Vix adipiscēdi potestat. Vix iqt potui tibi itinere adæq̄ri. Scurra es. Festus scurræ uocabulū uerius ieptissime: ut ex græco tractū. α οτους χειν

Scurra uñ dictus

aut ab asseq̄ndo: cui magis assentit: & tenuioris fortunæ hoies: & cȩteri alioq: q honoris grā pseq̄rent quēpiā nō ance dere. sed seq sint soliti: quia uidelicet Lucillius Cornelius. P. noster scipiadas dicto tps: q̄ intorquet in ipsum oti: & quētes cōsecutos uideri uelit ob eoz iurgia: nō ob assecutū officiū. Hominē militarē. Ac si dicat cōtinētem: sed uul sprio se uarie uoluisse rñderat ait epidicus sibi id genus hoium nō placere: qđ caprigenū: pātherinūq; sit. Hæc.n. aia tuose legēdū ē. Perpetuon ualuisti. An bñ sp habuisti. Caprigenū hoiu;: nō pl; mihi: neq; pātherinū gen9. Quia te lia uarii sunt coloris. Pugilice: atq; athletice. Valet inqt: ut pugiles: & athletæ: estq; idē fere dicere: nā qui pugil la tine: athleta græce: qa athlos tā certamē: q̄ certaminis primū dr: ē ergo expositiōis ca dictū: ut fieri frequenter solet.

Pugil qui dicatur

Voluptabilē mihi nūtiū. Voluptate refertū. Nisi si i uidulo: uidulū sacculū dicit: i quo aliqd asseruat: uñ & Pla. uidularia: & i rudēte: uidulū excidisse lenōi dicit: ubi lenōis fortunæ erāt collocatȩ. Aut si in melina attul. Melina: iqt festus: genus tibiȩ acutissimi soni. uictruui9 patoriū uero ex ipsis locis: uñ fodit: h; nomē eadē rōne melinū: qđ ei9 uis metalli isulȩ cycladi melo dr eē. Pli. i. xxxv. Melinū auripigmētū apianū. Iul. āt polux de theatri uestimētis. Qui āt iqt miseria circūuēti: aut alba hñt uestimēta pcipue fugaces: uel ptusa: uel milȩna: uel melia: uel glaucia: ergo qa pe gre uēiebat tesprio: & secū herilē filiū aiebat uētitasse ludēs epidic9: aut ipa iqt herū attulisti: si tecū uenit: aut i melia: hoc ē: hoc theatrali uestimēto. Opā da. i. audi. Opa reddet tibi. Te audiā. Ius du. Magistratus ius dicūt. Prȩ turā ge. qa dixerat ius dicis. Mulciber. c. a. f. Mulciber uulcanus a mulcēdo ibre: qa id ignis pstat: cui9 gtūs ē mulce beris uel bris. ab ibre. n. fcā: ut ēt Pris. docet: triȩ st iflexiōis: ut septēb: octob: & reliq: erāt ergo q sec9 putāt grāmatici.

Mulciber uñ dcūs sit

VGOLETVS ET GRAPA.

Pugil grȩce πυκτης Pli. li. vii. pyctē p pugili posuit. idubitatū exēplū ē nicei nobil pyctu byzātii gēiti: Et si ibi le gat poetȩ p eo qđ ē pyctu: itps opiat pugilē eē; q dicat pyxaghathos a Mar. uideāt alii dcōes sup ābo pugilic. g. πυξ.

Iam furtificus sum, q̄ antehac. Ep. quid ita? Te. quid ita rapio
pro palam.
Ep. Di imortales te infelicitent, ut tu is gradibus grandibus.
Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occœpi sequi.
Vix adipiscendi potestas modo fuit. Te. scurra es. Ep. scio.
Te esse quidē hominē militarē. Te. audacter quid uis dicito.
Ep. Quid agis? perpetuom ualuisti? Te. uarie. Ep. qui uarie
ualent,
Caprigenum hominum non placet mihi, neq; pantherinum
genus.
Te. Quid uis dicam, nisi quod est? ep. ut illa respondeas pbe.
Quid herilis noster filius? ualet. Te. pugilice, atq; athletice.
Ep. Voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuntium.
Sed ubi is est? te. adueni simul. ep. ubi ergo st. nisi si i uidulo,
Aut si in mellina attulisti. te. Di te perdant. ep. te uolo.
Percontari, operam da, opera redderetur tibi. te. ius dicis.
Ep. Me decet quidem. te. iam tu autem nobis præturam geris?
Ep. Quē dices dignioré esse hominé hodie Athenis alterū?
Te. At unum a prætura tua epidice abest. ep. quidnā? te. scies,
Lictores duo, duo uiminei fasces uirgarum. ep. uæ tibi.
Sed quid ais? te. quid rogas? ep. ubi arma sunt Stratiphocli?
Te. Pol illa ad hostes transfugere. Ep. arma ne? Te. atq; qui
dem cito.
Ep. Serio ne dicis tu. te. serio ne inquam, hostes habent.
Ep. Aedepol facinus improbū. te. at iā an alii fecerunt idem.
Erit illi illa res honori. ep. qui? te. quia ante aliis fuit.
Mulciber credo arma fecit, quæ in bello habuit Stratiphocles.

Caprinū

Transuolauerunt ad hostes.ep.tum ille pro gnatus tethi,
Sine perdat,alia apportabunt ei Nerei filiæ.
Id modo uidendum,ut materies suppetat scutariis,
Si in singulis stipendiis ad hosteis exuuias dabit.
Te.Supersede istis rebus iam.ep.tu ipe ubi lubet finē face.
Te.Desiste percunctari.ep.loqre ubi ipse ē Stratiphocles.
Te.est caussa,qua caussa mecū ire ueritust.ep.qdnā idest?
Te.Patrē se uiderē nō uolt etiā nūc.ep.quapropter.te.scis.
Quia forma lepida,& liberali captiuam adolescentulam
De præda mercatust.ep.qd ego ex te audio?te.hoc,quod fa
bulor.
Ep.Cur eam emit?te animi caussa.ep.quot illic homo ani/
mos habet,
Nam certo priusq̄ hinc ad legionē abiit domo.ipse mihi
Mandauit ab lenone ut fidicina,quam amabat sibi
Emeretur.id ei ego impetratum reddidi.te.utcunq;
In alto uentust epidice,ex imo uelum uortitur.
Ep.Væ misero mihi,male perdidit me.te.quid istuc? quid/
nam est?ep.quid?
Istā quā emit,q̄ti eā emit? te uili.ep.had ego istuc te rogo.
Te.Quid igit?ep.quot minis?te.tot,q̄dragita mis.ep.id
Adeo argētū?te.ab danista apd thebas.ep.sūpsti fœnore?
Te.Indies minasq; argēti singulas nūmis.ep.papæ.
Te.et is danista aduenit una cū eo,qui argētum petit.
Ep.Di imortales ut ego interii basilice.te.qd iá,aut qd est
Epidice?ep.pdidit me.te.qs?ep.ille,qui arma perdidit.
Te.Nā qd ita?ep.qa quotidie ipse ad me ab legiōe epl̄as
Mittebat.sed taceam optumū est.plus scire satius est,
Quá loq seruom hoiem,ea sapiētia est.Te.nescio ædepol
Quid tu timidus es.trepidas epidice.ita uoltum tuum
Videor uidere cōmeruisse hic me absente aliquid mali.
Ep.Poti ut molest⁹ ne sis?te.abeo.Ep.asta,abire nūc ñ sinā
Te.Quid nūc me retines?Ep.amat ne istam quam emit de
præda?Te.rogas?
Deperit.Ep.degetur coriū de tergo meo.Te.plus te amat,
Quā unq̄ amauit.Ep.iuppiter te pduit.Te.mitte nūc iá.
Nā ille me uetuit domū uenire.ad Chæribolū iussit huc
In proxumū ibi manere,eo est ipse uēturus.ep.quid ita?
Te.Dicā.quia patrē prius cōuenire se non uolt,neq;
Conspicari q̄ id argētū,qd debet dinumerauerit.
Ep.Tu ædepol re es turbulēt⁹.te.mitte me,ut eā nūc iam.
Ep.Hæccine ubi scribit senex,istæc puppis pereundast,pbe.
Te.Quid istuc ad me attinet?uel quo tu intereas mō?
Ep.Quia perire solus nolo.te cupio perire simul
Bñuolēs cū bñuolēte.Te.abi a me in malā rē maxumā
Cū istac conditiōe.Ep.i sane si quid festinas magis.
Te.Nūq̄ hoiem quēq̄ cōueni,uñ abierim lubētius.
Ep.Illic hinc abiit.solus es nunc epidice quomodo
Me expeditum ex ipedito faciā?consilium placet.
Ego primum miser perpuli meis dolis senem,

SARACENVS.

CAPtiuā adolescētulā.Quā tamen illi soror erat. Vtcūq; in alto uentus:Metaphoricos & per q̄dam similitudinē docet mentes hominum sæpe mutari:neq; i proposito consistere:sicuti in naui uelum uento crebro uertit. Id adeo argētum:Subaudi:a quo mutuatus est. Nūmus:melius q̄ nūmis:ut sit sensus p quaq; mina:singulo quoq; die soluit nūmus fœnori. Basilice.Egregie:regie. Degit.Detrahitur:ut annotauit Marcellus testē adducens Plautinū epidicum. Puppis per eūda est:metaphorice puppim posuit p capite:uel partem posuit pro toto:significare uolens sibi oino esse pereundum:si q̄ gesta sunt hero palam fiant. Qui.Procur.Ita enim alloquitur seipsū sibiq; met respondet:ut faciunt:qui in re dubia uersantur:animiq; nō certa sententia ferunt.

VALLA.

PROgnat⁹ theti:natus ut achilles ex nereidum una:quæ thetis dicta:sane cū uxor oceani tethys:quæ latine salacia dicitur a Cice.primam habet longam non aspiratam:secūdam rursus longam aspiratam:in qua y.At nereidum unu; prorsus contra.Nam & prima aspiratur:secūda uacat aspiratione:&.i.habet.Cum salacia est tethyos:uel tethis mittit genitiuum.Cum autem nereis.Tum in his:uel in dis:ut sit ablatiuus tam thetide.q̄ theti:ut hic. Alia apportabunt nerei filię.Homerus namq; docet in illiade:patroclum achillis arma induisse:& exutū ab Hectore:cumq; achilles arma amisisset matrem thetidem a uulcano impetrasse:ut alia fabricarentur:q̄ nereides ad achillem prætulerunt:id ergo tangit. Materies suppetat scutariis.Ligna subueniant eis:qui scuta conficiunt. In singulis stipendiis:in singulis ad exercitum expeditiōibus. Ad hostis exuuias dabit:ab hostibus dispoliabitur. Animi causa:ut se oblectaret. In alto uentus est.Intra mare uentus exoritur. Eximio uelum uortitur.ab imo uelum torquetur:sensus est:ut se rei alicuius obtulerit occasio:ita noua exoritur cupiditas. Id adeo argentum?unde eam pecuniam. Ab danista:ab fœneratore.Danistes enim a græcis & danizo mutuor. In dies:minasq; argenti singulas.Quotquot eunt inquit dies:in singulas minas nūmus debetur. Interii basilice:idest uehementer afflictus sum:quia basilicus:regific⁹ dicitur.

Basilicus quid sit

Videor uidere commœruisse.Merorem indicasse. Potin.possibile ne est. Te perduit.perdat prisca locutio. Ibi manere.præstolari. Pupis pereunda:ego tanquam pupis:qui sarcinas gesto peribo inquit. Miser perpuli.Coegi:astrinxi. Sibi data esse uerba:se falsum esse. Qui libidost.cur tibi placet inquit. Huc concedam:seorsum me conferam:cupiebat enim num de se aliquid loquerentur excipere.

VGOLETVS ET GRAPA.

PAtrem se uidere non uult.ita scriben

dus est uersus:& ex recta sententia: & ex metri necessitate:non senem:ut legit pi?: & Sarracenus item legis metricæ uterq; ignarus. Degetur:diripietur ex Nonio Marcello.

SARACENVS

Em tibi. Diuerterat Stratiphocles apud familiarem chæribolum:ut sodalem sui participaret consilii:& de inueniunda pecunia amici operam experiretur. Si hercle haberem. Subaudiendu; pecuniam traderem. Retulit. Profuit. Quin ædepol. Iustam causam affertur cur operam sua; non commodet amico. Symbolæ. Symbolas pro plagis & uerberibus intellexit:quasi sint dorsi: & scapularum portiones. Missiculabas. Sæpius mittebas. Mem piacularem: idest piaculum pro tuo crimine:& supplicium subire. Est piaculum sacrificium:& pro crimine:& flagitio ponitur. Succidaneum. Vel:q flagris succedere contigat. Sic enim festus dixit succidaneam hostiã a succedendo: quæ secundo loco ducere/tur:uel a succidendo:tergum enim uerberibus ueluti gladio succiditur. Celeriter calidis. Cito adinuentis & sine mora adductis. Ἐδῶ. Habeam recipiã. In pistrinum:Non in pristinum:q subaudiendum ibis. Paccierin:pro patieris ne:

Symbolæ quid sit

VALLA.

Em tibi sũ elocutus. Stratiphocles a chæribullo mutuam dari sibi poscit pecuniam & quoniam chęribulus sibi non esse quod det respondet: ipsum obiurgat stratiphocles:inde epidicum alloquitur:a quo eandem exigit pecuniam. Præter ætatem. Quoniam ætas tua nõ exigit:ut hæc facias. Et uirtutem: qua probaris in militia. Qui in re dubia re iuuat. rem dubiam maxime necessariam dicit in qua impetranda sit salus: in amittenda sit mors. Re iuuat. non uerbis inquit:sed facto prodest. Vbi re est opus: non uerbis: sed facto. Quid igitur retulit. quid attinebat. Te beneficium esse oratione:uerbis uelle bene facere. Irrigatum plagis. ob plagas cruentum. Paratæ iam sunt scapulis symbolę. Vt excipiam inquit uerbera paratæ sunt scapulę paratumq; dorsum. ideo symbolæ: qa ut infligentur aliũde uerbera:ita a scapulis meis excipientur. Ab animo æger fui:idest affectu amoris in ægritudie fui. Lr̃as missiculabas: missiculo iteratio/nem:& rei indicat utilitatem:ob quã mittuntur litteræ. Nam qui:idest cur operam amisi. Id quod facis bene. ad id: quod bene facis:ubi res irrita est. Desipiebam mentis. Desipio & desipisco mentis & mente dicimus. Men piacularem oportet fieri uis ne inquit: ut lua; ipse pœnas pro te:tuumq; purge; flagitium. piare enim purgare:& piaculum purgamentum:piacularis qui purgitat: piacularis

Desipio quomodo construat.

Vt censeret suam argento sese emere filiam.
Is filio suo fidicinam emit, quam ipse amat, quam abiens
Mandauit mihi. sibi nunc ab legiõe alteram adduxit
Animi caussa, corium perdidi. nam ubi senex senserit
Sibi data esse uerba, uirgis dorsum despoliet meum.
At enim præcaue, nihil est istuc plane hoc corrupust caput.
Nequam homo es epidice, quoi tibi lubidost male loqui?
Quoi tu te deseris? quid faciam? men tu rogas? tu quidem
Ante hac aliis solebas dare consilia mutua.
Quid? aliqua reperiundust. sed ego cesso ire obuiam
Adolescenti, ut quid negoci sit sciam? atq; ipse illic est.
Tristis est. huc cum Chæribolo incedit æquali suo,
Huc concedam, orationem unde eorum placide persequar.

Stratiphocles. Chæribolus adolescens. Epidicus.

Em tibi elocutus sum omnem Chæribole iam, atq; admodum
Meum mœrorum, atq; amorum summam edicta/ui tibi.
Ch. Præter ætatem, & uirtutem stultus es Stratiphocles,
Id ne pudet te? quia captiuam genere prognatam bono
In præda es mercatus? quis erit, uitio qui id non uortat tibi?
St. Qui inuident omnes inimicos mihi illoc facto repperi,
At eius pudicitiæ nunq̃ nec uim, nec uitium attuli.
Ch. Iam istoc probiores meo quidem animo, cum in amore temperes.
St. Nihil agit qui diffidentem uerbis solatur suis.
Is amicus est, qui in re dubia re iuuat, ubi re est opus.
Ch. Quid tibi me uis facere? St. argenti dare quadraginta mnas,
Quod danistæ detur, unde ego illud sumpsi fœnore.
Ch. Si haberem hercle. St. nã quid igitur te mihi esse retulit
Beneficũ oratione, si ad rem auxilium emortuust?
Ch. Quin ædepol egomet amore differor. St. malim
Istiusmodi mihi amicos furno mersos, q̃ foro.
Sed operam epidici nũc me emere ꝑtio pretioso uelim.
Quem quidẽ ego hominem irrigatũ plagis pistori dabo,
Nisii hodie prius cõparassit mihi quadraginta minas,
Quam argẽti fuero elocutus ei postremam syllabam.
Ep. Salua res est. bene promitte modo. spero seruabit id
Sine meo sumptu. paratæ iam sunt scapulis symbolæ.
Aggrediar hominem. aduenientem herum suum Strati/phoclem
Salua impertit salute epidicus seruos. St. ubi is ẽ? Ep. adest.
Saluom te gaudeo huc aduenisse. St. tam tibi credo istuc, q̃ mihi.
Ep. Bene ne usq; ualuisti? St. a morbo ualui, ab aĩo æger fui.
Ep. Quod ad me attinuit, ego curaui. quod mandasti mihi,
Impetratum est. emptast ancilla, quod tu te ad me litteras

Missiculabas. St. perdidisti omnem operam. ep. nam qui
perdidi?
St. Quia meo neq; cara cordist, neq; placet. ep. quid retu-
lit mihi
Tantopere te mandare, & mittere ad me epistolas?
St. Illam amabam olim, nunc iam alia cura impendet pe-
ctori.
Ep. Hercle miserust, ingratum esse hominem id quod facias
bene,
Ego quod benefeci, malefeci, quia amor mutauit locum.
St. Desipiebam mentis, quom illas scriptas mittebam tibi.
Ep. Men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?
St. Quid uerba facimus? hoi huic opus est q̃dragita mnis
Celeriter calidis, danistæ quas resoluat, & cito.
Ep. Dic modo unde auferre me uis, a quo trapezita peto?
St. Vnde lubet. nam ni illas ante solis occasũ hodie ελω,
Meam domum tu ne imbites, tu te in pistrinum
Ep. Facile tu istuc sine periculo, & cura corde libero
Fabulare Ioui, tergo nostro sed dolet quom ego uapulo.
St. Quid tu nũc? patieri ut ego me iterimã? ep. ne feceris,
Ego istuc accedam potius periclum, atq; adduciam.
St. Nunc places, nunc ego te laudo. ep. patiar ego istuc qd̃
lubet.
St. Quid de illa fiet fidicina igitur? ep. aliqua reperibitur,
Aliqua ope exoluã, extricabor aliqua. St. plenus cõsilies.
Noui ego te. ep. euboicus miles locuples multo auro potẽs.
Qui tibi quõ istã ẽptã esse scibit, atq; hãc adductã alterã.
Continuo te orabit ultro, ut illam transmittas sibi.
Sed ubi illast, quam tu adduxisti tecũ? St. iam faxo hic erit.
Ch. Quid hic nunc agimus? St. eamus intro ad te, ut hunc
hodie diem
Luculente habeamus. ep. ite intro, ego de re argentaria
Iam senatum conuocabo in corde consiliarium,
Quoi potissumũ indicatur bellũ, unde argentũ auferã.
epidice uide quid agas, ita res subito hæc obiectast tibi.
Nõ enim nunc tibi dormitandũ, neq; cunctandi copiast.
Tibi audendum est. senẽ oppugnare certũ est cõsilium.
Abi intro atq; adolescenti dic nostro herili filio,
Ne hinc foras ambulet, ne ue usq̃ ueniat obuiam seni.

quoq; porta appellatur: ut ait cluati⁹ ex sacro: per quam piaculo soluitur: ut alii quæ piandi: propitiandiq; causa immolantur. ⁋ Subdas succidaneũ idest tuo succedens flagitio: id eni; succidaneum: quod etiam succisiuu; secũdum sequens: Lucilius libro. xxviii. p̃terea hanc successiuam: si quando uoles operam. Super hoc quoq; Plautio uerbo Aulus Gelius succidaneæ aute; inquit hostię dicuntur e littera: per morem compositi uocabuli in i litteram commutata. Nam quasi succedaneæ appellatæ. Quoniam si primis hostiis litatum non erat: aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur: quæ quasi prioribus iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur: & succedebant ob id succidaneæ nominatæ: littera i scilicet tracti pronuntiata. ⁋ Celeriter callidis: Confestim: & astute comparatis. ⁋ Ante solis occasum ἑλω. i. cœpero. ⁋ Ne imbitas: ne subeas: ne ingrediare. ⁋ Tupte. in pistrinum. Tu ipse ito in pistrinum: ubi labores. ⁋ Patierim: an patieris. ⁋ Periculu; potius: subaudi subibo. ⁋ Atque audaciam: audax ero. ⁋ Extricabor aliqua: & extrico & extricor in eadem significatione: ut fabrico & fabricor: est autem extricare: enodare: explicare: & rem inuolutam eximere. ⁋ Iam senatum conuocabo in corde consiliarium. Consultabo inquit mecum: ut argentum tibi cõperiam: & mens mea senatus erit: ibi consilium: & disputatio de inueniendo argento. ⁋ Indicatur bellum: tanq̃ si aduersus hostes sit belligeraturus. ⁋ Certum est consilium. mihi firmu; consilium est: ut sene; adeam periphanem: a quo argentum eliciam. oppugnare dixit certum sibi: ut i eadem permaneret translatione: quod indicatur bellum dixerit.

Extrico & extricor dicitur

⁋ NAM ni illas ante solis occasu; hodie ελω. ita scribẽdus uersus est: & sententiæ congruitate: & metri necessitate: aliter mancus: & claudus esset: qd̃ utiq; Pius: & Sarracenus interpretes lusci non conspexerunt. ⁋ Meam domum tu ne imbites: ego te in pistrinu; dabo: uersus hic procul dubio sic scribi debet: si metri rationi & sententiæ satisfactum uolumus: nec scribendum est. tute: sed ego te: nec supplendum est: ibis: sed ascribendum dabo: nec imbitas legendum censemus: sed imbites pro inhabites: uel introeas: uel imbita: ut codices aliqui habent pro inhabita: uel introi: non autem imbitas: quum ab ito. as: compositum sit imbito: & primæ sit coniugationis: non tertiæ. ⁋ Qui tibi quum istam emptam &cę. istam ex metri necessitate ascribe: & ex codicibus antiquis: & sententiæ congruitate: aliter uersus claudicaret: quod quidem a Pio luscitio commentatore non est perpensum. ⁋ Tibi audiendum est: senem oppugnare certum est consilium: ita legendus est hic uersus: nisi uelimus sententię rectæ poetæ derogare: nam si ita legas: sententia melius quadrabit: & non adeundum: sicut Pius commentator legere uidetur: ut in suorum commentatorum codice scriptum reliquit. ⁋ Quę qdem ędepol est non marita apoecide: ita scribendus uersus. & apoecide adẽdum fuit aduersus integritatem: cui deficiebant pedes duo in fine: & etiam ad sententiæ coherentiam: quod a pio nõ uisum: nec intellectũ est. ⁋ Qui seni exenterẽ marsupiũ: scribendũ est necessitate metri: & non senis qui ut pius legit.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARA CENVS

Efferre quid sit

P Leriq; homines: dum est in itinere epidicus: opportune incidit in herum periphanem & uicinum apodidem non nihil de re uxoria colloquitantes: quos mox suis circumuenit dolis. Commemores: in memoriam reducas: & propterea læteris. Extulisti. Efferre enim ad sepulchrum est. Ita Terenti. Vtinam sic efferamur. Sexta erumna: Notum est apud historicos herculem paratum ad omnia pericula subeunda iussu euristei duodecim labores subiisse: quos singulos enarrat Diod. in quinto. Sextus igitur labor: & erumna fuit: ut aues ex stimphalida palude pelleret: quas cum propter eorum multitudinem uituperare non posset: ingenio superauit. Tabulã enim ęneã parauit: q̃ repcussu ingẽti: quæ sonitu uolucres ad fugam longinquã cõpulit: qua ex re paludẽ ipsam auium molestia liberauit. Quæ nõ maritatast: p marita ta est: nã qui sibi magnas dotes potius q̃ uxores pbas q̃runt: uident pecunias ducere non uxores: qbus maximis dotibus hoies deliniti: ultro uxorib⁹ ãcillant: ut Titi. inqt apud No. & Plau. in asinaria: dotem accepi: ipium uẽdidi.

VALLA.

P Leriq; homines. Apocides senex piphanẽ carpit: qđ mulierẽ bene natã pauperẽ domũ ducere uellet. Pleriq; homines: sicut tu. Cũ nihil refert. cum non interest. Vbi pudendum ẽ. Vbi pudore suffundi debuerũt. Cuj usus ẽ: opus ẽ. Qua ex anastrophe: ut qui cũ qua de re: & similia. Reuereor filiũ: respectum habeo filio: unde reuerentia dictã Iuuen. maxima debetur puere reuerentia. Quam tu extulisti. i. sepelisti. Pudore exequi: exequas: & parentalia facere pudore. Sacrificas illico horcho hostias: inferno imolas statim inquid q uxorẽ tibi eripuerit. Viuendo uincere. qđ illaj uita superaueris. Quæ quidem pol non maritatast: pulchram confirma eẽ pecuniam periphanes: sed non eã: q̃ coniugio uẽit: ob magnã uxoris molestiã.

SARA CENVS

L Iquido auspitio: Prospero: & secundo. Aui sinistra: q̃ bonum portendere solet augurium: ut illud: sæpe sinistra caua prædixit ab illice cornix: at in aulularia locuti de hac re abunde sumus. Exenterem. Ta entera a gręcis dicuntur itestina: unde ex entero ex intestinis aufero. Hirudinem. Sanguisugam.

VALLA.

A Tat tacere. epidicus bonuj aiuj ex cõsilio suo capit occupat senes periphanem & apodicẽ: cõfingitq; multorũ uerbo℞ ambitu multa: ut eo perducat senẽ: quo uult nempe: ut persoluat pecuniã: qua meretrix a stratiphocle adamata redimat. Auspicio aui sinistra. Auspiciuj ab aue inspecta dicitur sicut a garitu auiũ auguriũ: multis autem auibus est a sinistra ratum augurium: ideo aui sinistra. Acutum cultrum habeo: acui inquit cultrum. Senis: qui exeterem marsupium. Vt inquit ex senis marsupio auferam intestina. nempe pecuniam. Entera græce. latine intestina. Exenterare ergo est intestina exhaurire. Me conuortam in hirudinem. Hirudo sanguisuga est: quæ corpori humano affixa non descendit: donec cruoris plena fuerit. Ablaturus igitur pecuniam tanquam sanguinem

Hirudo quid sit

sucturus: se in hirudinem commutaturum ait. & perinde subiungit: atq; eorũ exugebo sanguinem. Exugebo sine l. qa ante cõsonantẽ: uel post consonantem duplicari consona non potest: nisi sit muta cum liquida: ut attraho. Exugebo aũt pro exugã. qa exugeo: qđ nos exugo fere dici mus: ueteres protulerunt.

SECVNDVS ACTVS



Apoecides. Periphanes. Senes duo.

P Læriq; homines, quos quom nihil refert, pudet.
Vbi pudendust, ibi deserit eos pudor,
Quom magis usus est, ut pudeat. is tu adeo es qui des
Quod pudendum fiet, genere natam bono pauperem
Domum ducere uxorem, presertim eam, qua ex tibi
Commemores hanc, quæ domist, prognatam familiam.
Pe. Reuereor filium. Ap. at pol ego te credidi
Vxorem, quam extulisti pudore te exequi.
Quoius, quoties uides sepulchrum sacruficas
Horco illico hostias, neq; adeo iniuria.
Quia licitust eam tibi uiuendo uincere.
Pe. Oh hercules ego fui, dum illa mecum fuit.
Neq; sexta ærumna acerbior herculi, q̃ mihi
Illa obiectast. Ap. pulchra ædepol dos pecuniast.
Pe. Quæquidem ædepol est non marita Apoecide.

Epidicus. Apoecides. Periphanes.

A Tat, tacete, habete animũ bonũ, liquido exeo
Foras auspicio, aui sinistra. acutum cultrũ habeo,
Qui seni exẽterẽ marsupiũ. sed eccũ ipm ãn ædeis
Conspicor Apoecidæ, qualeis uolo uetulos duos.
Iã ego me uortã in hirudinẽ, atq; horũ exugebo sanguinẽ,

SARA CENVS.

¶ SENATI: Pro senatus. ¶ Cluent. Sũt: uel esse dicuntur. ¶ Vt maritus fiat. De stratiphocle adolescente hoc dictũ est: prosecuntur enim cœptum de matrimonio sermonem. ¶ Sub uestimentis habebant retia. Quia dixit eos captabant: & in suam uoluntatem alliciebant. ¶ Deamat. Deauget. Quintilia. Vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei. ¶ Induculam uestem: dixit ab induendo. ¶ Regillam. Est regilla autore. No. uestis a regia dicta: ut Basilica. Varro. Colum procerum fictum leui marmore begillam tunicam defingitur purpura. ¶ Mendiculaȝ. Vel ab eo: quod est mendicus uerbum innouauit quod pauperrimum uestimentum uoluerit denotare: nam cum regillam dixerit: sensus erit accõmodatus: an nobili. s. uel humili fuerit induta uestimento: uel quod potius arbitror: mendiculã dixisse ab eo: quod est mendix: quod ẽ magistratus nomen: ut docemur a festo. ¶ Impluuiatam. Forte cum ironia legendũ impluuia uestis erat: qua sacerdotes per imbrẽ utebantur. Varro. Salium quoq; sereno tpe impluuia amictũ criminabantur: uel forte a colore impluuiatam dixit: est qppe ipluuiatus color dictus a No. qui etiaȝ huius meminit loci: quasi sumato stilicidio ipletus. ¶ Vt istæc facimus uestimentis nomina. Sunt per parenthesim dicta. ¶ Quasi non fundis legerem hunc uersiculuȝ hoc modo: quasi uero fundis exornate multæ incedant per uias: exprobrat enim tpm conditionẽ: & nimios mulierũ ornatus: ut necesse sit in uariorꝫ uestimẽtorum usus nullis parcere ipensis ad uenditionẽ usq; fundorꝫ: & prædioruȝ: quo dicto carpit eos. q tales potius imoderatos: & lasciuos sumptus sufferant: q̃ cuȝ opus sit priæ: uel publicæ rei subueniãt.

Regilla qd sit.

Senati qui columen cluent. Ap. ut continuo fiat
Maritus. Pe. laudo consilium tuum, nam illũ ego audiui
Hærere iuniorem apud nescio quam fidicinam.
Id ego excrucior. ep. Di hercle oẽs me adiuãt, augẽt, amãt.
Ipsi hi mihi dant uiam, quo pacto ab se argentum auferam.
Age nunc iam orna te Epidice, & palliolũ in collũ coniice,
Atq; assimulato quasi per totam urbem hominẽ quæsieris,
Age si quid agis. Di immortales utinam conueniam domi
Periphanem, per omnem urbem quem sũ defessus quærere.
Per medicinas, tonstrinas, in gymnasio, atq; in foro.
Per myropolia, & lanienas, circumq; argentarias,
Rogitãdo sũ raucus factus, pene iñ cursu cõcidi. (nes.
Ap. Epidice. ep. Epidicũ qs ẽ, q reuocat? Pe. ego sũ Periphanes
Ap. Et ego apoecides sum. Ep. & ego quidem sum Epidicus, sed hære, optũa
Vos uideo ambo aduentare opportunitate. Pe. quid reist?
Ep. Mane, sine r̃spirẽ q̃so. Pe. immo adqesce. Ep. aio malest,
Recipiã anhelitũ. Ap. clemẽter qesce, Ep. aium aduortite,
A legione omnes remissi domum sunt Thebis. Ap. sic fctm̃?
ep. Ego ita factum esse dico. Pe. scintu istuc certo? ep. scio.
Pe. Qui tu scis? ep. quia ego ire uidi milites plenis uiis.
Arma referunt. iumenta ducunt. Pe. nimis factum bene.
ep. Tum captiuorum quid ducunt secum? pueros, uirgines,
Binos, ternos, alius quisq;, fit concursus per uias,
Filios suos quisq; uisit. Pe. hercle rem gestam bene,
ep. Tũ meretricũ numerus tantus, q̃ntus in urbe omni fuit.
Obuiam ornatæ occurebant suis quæq; amatoribus. eos
Captabant, id adeo scio, qui maxume animumaduorterim.
Pleræq; hæ sub uestimentis secum habebant retia.
Quom ad portam uenio, atq; ego illã illi uideo p̃stolarier.
Et cum ea tibicinæ ibant quattuor. Pe. qui cum Epidice?
ep. Cum illa, quam tuus gnatus ãnos multos deamat, depit.
Vbi fidemq;, remq;, seq;, teq; properat perdere.
Ea præstolabatur illum ad portam. Pe. uiden ueneficam?
ep. Sed uestita aurata ornam̃ta ut lepide, ut ɔcine, ut noue?
Pe. Quid erat induta? ãn regillam induculam, an mẽdiculã?
ep. Impluuiatam, ut istæc faciunt uestimentis nomina.
Vt impluuium erat induta? pe. quid istuc mirabilest?
Quasi non fundis exornatæ multæ incedant per uias.
Ac tributus quom imperatus est, negant pendi potesse.

VALLA.

¶ SENATI. pro senatus: ut supra quoquo senati columen. ¶ Cluent: perhibentur: putantur: in qua significatione sæpe. Lucretius. Plini. tamẽ ait ueteres cluere in certandi posuisse significatione: unde & clipeum dici uoluerint. ¶ Per medicinas: ubi medellæ conficiuntur: medicinas loca dicit: ubi componi soleant medicamina. ¶ Tunstrinas: ubi capilli attundentur. ¶ In gymnasio: ubi palæstriç cõueniunt. ¶ Per myrropalia: ubi unguentum conficitur. Myrrhon enim latine unguentum & polo uendo. ¶ Et lanias: ubi concisæ carnes uenditantur: & qui uendunt tum lanii. tum laniones nominantur. ¶ Argentarias. Aut ubi argentarii: qui & trapezitæ: aut ubi ex argento aliquid conficitur. ¶ Illi uideo præstolarier: præstolari tibi: & te dicimus. ¶ Annos multos deamat: plurimum amat. ¶ Vbi fidemq;: remq;. Amplificatio per incrementum simulantis magna exageratio. ¶ Vt noue. in nouum modũ. ¶ An regillam. No. Marcel. Regilla uestis diminutiue a regia dicta: ut & basilica Plaut. Quid erat indulta: &c. At festus regillis tunicis albis: & redimiculis: luteis utrisq; tectis sarsum uersum astantibus pridie nuptiarum diem uirgines indutę cubitum ibant honoris causa: ut etiam in togis uirilibus dandis obseruari solet. ¶ Induculam. fecit adiectiuum induculus. la. lum. ab induendo. ¶ Mendiculaȝ: qua magistratus mendix utebatur: nam ut festus inquit mendix apud oscos nomen magistratus est. ¶ Impluuiataȝ: ab impluuio: unde repente cadit pluuia: sicut impluuium. est enim impluuium: quo aqua impluit collecta de tecto. Compluuium: quod de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. ¶ Fundis exornatæ: ita enim inquit mulieres incedunt magna impensa ornatæ: ut fundos etiam uendere necesse sit: ut exornentur.

Mẽdicula quid sit.

VALLA. ℭPENDI. Exolui. ⁋ Tunicam rallam. Nunc diuersa uestimentorum genera longius enumerat: dicta ẽ ralla autore Marcello a raritate: ut a spissitudine spissa. ⁋ Linteolum cęsitium: Purum & candidum a cædendo: φ ita ad candorem perueniat. ⁋ Intusiatam. Est intusium quod corpori inter plurimas uestes adheret: q̄si intuscium. ⁋ Patagiatam. Patagium quoq; aurea chlamis ẽ: quæ pręciosis uestibus immitti solet. ⁋ Caltulam: & crocotulam. Vtrum uestimentum a florũ generibus translatũ a calta: & croco. ⁋ Supparum: Linteolum est fœmorale dictum quod subtus appareat. De his omnibus: uide No. & Varro. ⁋ Ricam. Quam nos sudarium dicimus. ⁋ Bsilicam. Regiam. ⁋ Exoticum. Peregrinum. ⁋ Cymatile: ceruleum: φ fluctuum colorem imitetur. ⁋ Plumatile. Aut clauatum: aut ex plumis factum: ut idem refert Nonius. Clauus enim est uestimenti genus ueluti quibusdam aureis clauis distinctum: qđ a plumarum similitudine plumatile dicebatur. ⁋ Cerinu; A ceræ colore. ⁋ Gerinum cum quadam irrisione: & contumelia iocatur ad illud cerrinum: gerræ enim dictæ sunt nugæ: & ineptiæ. Ideo dicendum gerrę non gerere. ⁋ Laconiu; Quod ueluti à canibus laconibus nomen habere uideatur: quod per irrisionem uidetur exprę̃ssum: nam canes lacones dicti: ut mollossi a regione: hi enim fortes & ualidi: illi ueloces. ⁋ Auctiones. Venditiones per augumentu; publicũ. ⁋ Occepere alię mulieres. Omnia ab epidico conficta sunt ut sene; deducat: quo uult. ⁋ Catum. Astutum uel acute dictum: ita Varro cata dici a sabinis rettulit acute dicta: est enim catus quasi cautus. Ideo catus animal: quod domi domesticum est: quasi cautus dictus uidetur: que; felem proprio uocabulo latini dixere: ut licet ex Plinio itueri. Inde a cato: idest astuto catones dicti. ⁋ Pręstines emendo teneas. Nam telo non ęque opus factost. Lege potius te illo: ut scilicet tu illesis: qui argentum deferas: uel te ipso: hoc enim dolo captus senex nummos traditurus est epidico. ⁋ Damnoso sene. Dicitur damnosus: & qui damnum præbet: & qui dãnum patitur.

Ralla unde dicta

Clauus qd sit.

VGOLETVS ET GRAPA. ℭAT Tributus: duę sunt dictiões: nõ una tantum: ut Pius commentatur.

VALLA. ℭPENDI potesse. exolui posse. ⁋ Tributus maior: hic tributus & hoc tributum. Iuuenales pręstare tributa: clientes cogimur. Tributorum conlationem inquit festus: cum sit alia in capita illud ex censu. dicitur etiam quoddam temerarium: ut post urbem a gallis captam conlatum est: quare. xv. proximis annis census alius non erat. Item bello punico secundo. Marc. Valeri. leuino. Marc. Cl. marcello consu. & senatus: & popu-

His quibus tributus maior penditur, pendi potest.
Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua,
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium.
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
Supparum, aut subminiam, ricam. basilicum, aut exoticum.
Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. gerræ maxumæ.
Cani quoq; ademptust nomen. Ep. qui? Pe. uocant laconiũ.
Hæc uocabula auctiones subigunt, ut faciant uiri.
Pe. Quin tu, ut occœpisti, loquere. Ep. occœpe aliæ mulieres
Duæ post me fabulari inter sese, ego abscessi solens
Paulum ab illis. dissimulabam me harũ sermoni operá dare.
Nec sat exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen
Quem loquerẽtur. Pe. id lubidost scire. Ep. ibi illarũ altera
Dixit illi, qui cũ ipsa ibat. Pe. quid? ep. tace ergo, ut audias.
Postq̃ illam sunt conspicatæ, quam tuus gnatus deperit,
Quam facile, & fortunate illi euenit obsecro mulieri,
Liberare quam uolt amator. quisnam is est? inquit altera,
Illa ibi nominat Stratiphoclem Periphanæ filium
Pe. Perii hercle, qđ ego ex te audio? ep. hoc, qđ actum. egomet post ibi
Cœpi rursũ uorsũ ad illas pauxillatí accedere, (met post ibi
Quasi re truderet hominum me uis inuitum. Pe. intellego.
Ep. Ibi illa interrogat illam, qui scis? qui id dixit tibi?
Quin hodie allatæ sunt tabellæ ad eam a Stratiphocle, eum
Sumpsisse argentum apud Thebas ab danista fœnore,
Id paratum, & sese ob eam rem id ferre. Pe. ego occidi.
Ep. Hæc aiebat sic audiuisse se abs se, atq; epistola.
Pe. Quid ego nunc faciã? cõsiliũ a te expetesso Apoecides.
Reperiamus aliquid callidi, conducibilis consili.
Nã ille qđ aut iá hic aderít credo hercle, aut iá adest. ep. si
Me plus sape, q̃ uos, dederí uobis cõsiliũ catũ, (equom siet,
Qđ laudetis (ut ego opior) uterq;. Pe. ergo ubi. i. Epidice?
Ep. Atq; eam ad rẽ cõducibile. Ap. q istud dubitas dicere.
Ep. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,
Quod plus sapitis. Ap. eia uero age dic. Ep. at ĩridebitis.
Ap. Non ædepol faciemus. Ep. si placebit, utiminor
Consilium. si non placebit, reperitote rectius.
Mihi istic nec seritur, nec metitur. nisi ea, quæ uis, uolo.
Pe. Gratiam habeo, fac participes nos. Ep. nunc occasiost
Faciundi prius, in urbem q̃ aduenit. sicut cras hic
Aderit, hodie non uenerit. Pe. qui scis? Ep. scio, quia
Mihi alius dixit, qui illinc uenit. mane hic hunc ad fore.
Pe. Quin tu eloquere, quid faciemus. Ep. sic faciundũ cẽseo.
Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia.
Quasi q̃ ames tu uehemẽter illã. Pe. quã ad rem istuc refert.
ep. Vt ei præstines argento, priusq̃ ueniat filius,
Atq; ut eam te in libertatem dicas emere. Pe. intellego.
ep. Vbi erit ẽpta, ut aliquo ex urbe amoueas, nisi qđ tua secus
Sẽtẽtiast. Pe. immo docte. Ep. qđ tu ãt Apoecides? (cus
Ap. Quid ego iam, nisi te commẽtum nimis astute ítellego.
ep. Iam tum igitur amota ei erit omnis consultatio

lus in

Nuptiarum, ne grauetur, quod uelis. Ap. ut sapis, & placet.
Tum tu igitur callide iam, quicquid acturus es, age.
Pe. Rē hercle loqre. Ep. reppi & hæc te q abscedat, suspitio.
Pe. Sine scire. Ep. scibis, audi. Ap. sapit hic pleno pectore.
Ep. Opus est homine, qui illo argentum deferat ꝑ fidicina.
Nam te illo nō æque opus factost. Pe. qd iā? Ep. ne te cēseat
Filii cā facere. Pe. docte. Ep. quo illū ab illa prohibeas,
Ne qua ob eam suspicionem difficultas eueniat.
Pe. Quē hoiem iuenieūs ad eā rē utilē? Ap. hic erit optum'
Hic poterit cauere recte, iura qui, & leges tenet.
Pe. Epidice habeas gratiā. Ep. sed ego istuc faciā sedulo.
Ego conueniam illum, atq; adducam ad te quoiast fidicina.
Ap. Illa ne? Ep. atq; argētū ego cū hoc ferā. Pe. qti emi pōt
Ep. Ad qdragita fortasse eā posse emi mimo mias. (mimo?
Verum si plus dederis, referam. nulla in ea re captiost.
Atq; id non decem occupatum tibi erit argentum dies.
Pe. Quidū? Ep. qa. n. mulierē illā alius adolescēs deperit,
Auro opulentus, magnus miles rhodius, raptor hostium
Gloriosus. hic emet illam de te, & dabit aurum, iubeas,
Tace mō, ē lucꝝ hic tibi āplū. Pe. Deos qdē oro. Ep. ipetra.
Ap. Quin tu is itro, atq; huc argētū ꝑmis? ego uisā ad foꝝ.
Epidice eo ueni. Ep. ne abeas prius, q̄ ad te uenero. (ror.
Ap. Vsq; oppiar. Pe. seqre tu itro. Ep. i, nūera, nihil ego mo

lus in ærariu3: qd habuit: detulit. ⁋ Qd annis: quotquot eunt anni noua sibi conficiunt uestimenta. ⁋ Tunicam rallam. Tunicā spissam. a raritate rallam per diminutionē mutato r in duplex l ut dicimus teneꝝ tenellum: rubrū rubellū. Ita a spissitudine spissum. ⁋ Linteolū cesitiū. Cęsitiū linteolū dicitur purū: & candidū a cedendo: qd ita ad candorē perueniat: uel quo oras circuncisas habeat. Plau. in epidico. ⁋ Intusiatā: intusiū est uestimentum: quod corpori intra plurimas uestes adhæret quasi intustium. Varro unum: quod foris: ac palā palla. Alteꝝ quod intus: a quo intusiū: id quod Plautus dicit intusiatā. ⁋ Patagiatā. No. M. patagium aurea chlamis: quæ preciosis uestibus imitti solet. Plau. in epidico. ⁋ Caltulam: aut croculā a colore calte: & croci herbarum. ⁋ Supparū. inquit No. M. est linteū fœmorale usq; ad talos pendens dictu3: qd subtus apparet Plau. in epidico. Varro: indutui alteꝝ: qd subtus: a quo subucula. alteꝝ supra: a quo suparus. ⁋ Aut subminiā: quasi subminutam: quod aliis uestimentis subiceret minuta. ⁋ Ricam. Noni. rica est quod nos sudariū dicimus. Plau. suparum &c. Varro ab eo: quod dimidiam partē retrorsum iacebant ab reiciendo reciniū dictum. Recinium etiam omne uestimentū quadratu3 hi: qui. xii. tabulas interpretati sunt: esse dixere: qua toga mulieres utebantur prætextū clauo purpureo: unū & retiatimini planipedes: quā rem diligenter exequitur sanitra libro secundo de antiqtate uerboꝝ. Ricę autē & riculę uocantur parua recinia: ut palliola ad usum capitis facta. cranii quidā aiunt esse muliebre cingulū capitis: quo pro uita flāminica redimat: at recte appellant uestimenta uirilia: quæ patres liberis suis cōficienda curant honoris causa ita usurpata: quod adstantibus: & in altū texantur. recinium q; ut Pli. & dioscorides sunt authores fruticis: est cicis fœtus: qui croton a grecis dicit: & illi similis bestiola: quę affixa iumētis tandiu perstat: quo ad disrumpatur. ⁋ Basilicū. quasi regificum. ⁋ Aut exoticum. peregrinu3 ita in mustellaria non oēs possunt olere unguenta exotica: sicut tu oles. Verbū enim ipsum græcū est. ⁋ Cymatile: dictū uestimentū: quod cima. atis. unda dicatur: hodie ut opinor cimalotum dicimus. ⁋ Aut plumatile. a plumis inquit No. clauū nomen habuit ob uilloꝝ longitudinē plumæ uideant. ⁋ Cerinū: a colore cęræ. ⁋ Aut gerinu3: quod gestatu facile uestimentū concinū dorso. ⁋ Gerrę maximæ. Deniq; addit interpretatur gerrinū cuncta gerraꝝ. i. ungaru3 nomine uocant. ⁋ Vocant laconū: dixit cani quoq; etiā ademptum est nomen: a canibus ergo lacunibus nomen habuit uestimentum. ⁋ Hęc uocabula auctiones subigunt: ut faciant uiri. Tot inquit renouata: mutataq; uestimenta: totiens mulierum maritosq; subigunt: ut faciant auctiones: est enim auctio ubi uenale propositum fuerit aliquid: & alius alii plus pollicetur augetq; precium. ⁋ Sermoni operam dare. Auscultare quid nam inter se loquerentur. ⁋ Nec satis exaudiebam: non admodum quid dicerent accipiebam. ⁋ Nec sermonis fallebar tamen. Nec tamen inquit me ꝑteribat: quid loquerentur: attendendaq; locutio est fallebar sermonis. ⁋ Quę loquerentur: ad ea quę dicerent. ⁋ Homirum meuis. Ordo uerborum est me retruderet inuitum uis hominum: aut uiolentia: aut multitudo. nam uis utrūq; significat. ⁋ Consilium catum: acutum inquit Varro. ⁋ Ad eam rem conducibile: quod ad exitum possit conducere. ⁋ Mane hic hunc affore. affuturum cras hic tempori. ⁋ Vt enim ꝑstines. emendo præoccupes. ⁋ Hui sapis: interiectio blandientis: ac admirantis. ⁋ Hæc a te: qui abscedat suspicio: ut inquit abste hęc suspicio ammoueat. ⁋ Sapit hic pleno pectore: plenum pectus habet sapitia. ⁋ Nam te illuc non: non est inquit opus te illuc tendere. ⁋ Iura q & leges tenet. Ius aliud priuatum: Aliud publicum. priuatum: ut pactum iuratum: publicum: aut non scriptum: aut scriptum: non scriptum ut mos: consuetudo: naturale: gentium: scriptum: ut ciuile: municipale. Ciuile: quod po. Ro. sciuit. Municipale unius cuiusq; ciuitatis suum. Ciuile rursum: quod aut pretores: aut senatus: quod senatus consultum dicitur: aut senatus decretum: quod plebs: id plebescitum: aut ædeles curules: aliiue sanxere magistratus. Lex a legendo dicta: quod ex multorum consensu lecta sit: ut ait Cice. ut a græcis nomos a distribuēdo: quod ab illis nemo distribuo dicatur. Rogatio quod multorum rogatu: idest interrogatu scita scit. ⁋ Quoiast. fidicina. Cuius est fidicina: ab eo: quod est quis: quæ: quod: uel quid: cuius cuia cuium. Virgi. Cuium pecus: an melibei: ut meus: tuus: suus. ⁋ Posse enim minimo: ut minus dari non possit pretium. ⁋ Occupatum: subaudi datum abste argentum. ⁋ Argentū des: profer: quam dixi pecuniam. ⁋ Vsq; opperiar: assidue expectabo: quoad tu ueneris.

Ralla qd sit.

Rica quid sit.

Cymatile quid sit.

Auctio qd sit.

Iux multiplex.

⁋ CRO cotulam. Varro quoq; legit in uocabulo intusium Cerinum. Nonius hunc locum citans a ceræ colore dictum putat. ⁋ Vt timinor: scribendum est metri necessitate: & sententiæ concinnitate: quia ad duos loquitur: & nō utitor: ut Pius legit: nec sententiæ: nec metri habens rationem.

VGOLETUS ET GRAP.

VALLA. NVllum esse opinor agrum. Cum se uidet epidicus obtinuisse: ut periphanes sit: quã uolebat dinumeraturus pecuniã: uerba h3 plena letitiæ. ⁋ Decutio argentitantũ. e quocũq3 inquit abdito loco aufero: quantũ mihi lubet argentũ. ⁋ Si senex resciuerit: si postea piphanes inaudierit: q̃ admiseri. ⁋ Ne ulmos parasitos faciat. Ne uirgas assistentes: ac adiutrices suæ faciat ultionis. ⁋ Quoi ostendam fidicinã. Cui inquit: non quam promisi: sed aliam ostendam fidicinam. ⁋ Damnoso sene. Nunc passiue dictum damnoso: qui damnum subeat: nam dicimus & rem damnosam: quæ damnum ingerat.

SARACENVS. EXpectando. Quæ contingunt amanti cuncta sera ueniunt: ꝓpterea stratiphocles epidici operam expetens longam execratur moram. ⁋ Exenteror. Crucior: intestinis exinanior. ⁋ Quid tibi. Eloquitur stratiphocles obprobrans sodalis inopiam: & uerba satis docent: ita illud: si hercle habeam: damus cheribolo: & rursus: ue tibi muricidæ hõ stratiphocli. ⁋ Muricide: ignaue: stulte: mures insectando: ut uulgo canicida.

Muricida qui dicat.

ALLA. EXpectãdo: stratiphocles cheribullum alloquitur se excrucians: quod non tam repente redeat epidicus cum pecunia: quam ipse cupiebat: quodq3 porro cheribullus non subueniat: grauiter: molesteq3 fert. ⁋ Atq3 exenteror: intus euacuor. ẽa enim græci entera uocant intestina. Inde uerbum exenterare factum: adolescentisq3 summam ostendit leuitatem. ⁋ Angas te animi. ango me animi: & animo dicimus. sane ango: quod græci ancho: quia g littera media inter c cum aspiratione & c sine ea: ab ango angina fit: quæ a græcis sinanche nominata. ⁋ Ve tibi muricida homo. Mirum est: quod non nulli existimant: muricidam dixisse a muris cedendis: concedi dicatur quippia3: aut occidi: aut uerberibus contundi: non aute3 perforari: aut perfodi: nam si ob hoc furem dicere uoluisset nõ murorum: sed parietum dixisset: sunt eni3 muri: qui ad ea3 rem nihil attinent ut ciuitatum: ut oppidorum. Tales igitur professores parietũ uocat Pla. & latini alii: ꝑterea nimis maledicum uerbum: & scurrile foret sodalẽ furem appellare: quod nomen seruis uilissimis: coquisq3 impingit. Adde quod nequidem iocus esset ut par fuerat in oratione. Voluit itaq3 sodalem suu3 minime magnanimum: sed uilem indicare eũ nominando muricidam: qui mures inflectitur: & occidat: ut uulgo hodie solemꝰ tales nominare canicidas. quod imitatus Persius dixit. An passim sequeris coruos: testaq3: lutoq3. ⁋ Blactis. nugaris.

Angina qd sit.

Epidicus.

NVllum esse ego agrum opinor in agro attico
Æque feracem, q̃ hic noster Periphanes.
Quin ex occluso, atq3 obsignato armario
Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.
Quod pol ego metuo si senex resciuerit,
Ne ulmos parasitos faciat, atq3 usq3 attondeat.
Sed me una turbat res, ratioq3, A poecidi
Quam ostendam fidicinam aliquam conducticiam.
Atq3 id quoq3 habeo. mane me iussit senex
Conducere aliquam fidicinam sibi huc domum,
Dum rem diuinam faceret, cantaret sibi.
Ea conducetur, atq3 ei præmonstrabitur
Quo pacto fiat subdola aduersus senem.
Ibo intro, argentum accipiam ab damnoso sene.

TERTIVS ACTVS.

Stratiphocles. Chæribolus.

EXpectando exedor miser, atq3 exéteror, quo mihi
Epidici blanda dicta eueniant, nimis diu maceror.
Sit ne qd, nec ne sit, scirẽ cupio. Ch. ꝑ illã tibi copiã.
Copiam parare aliam licet, sciui equidem in principio
Illico nullam tibi esse in illo copiam. St. interii
Hercle ego. Ch. absurde facis, q angas te aĩ. St. si hercle ego
Præhẽdero, nũq̃ irridere nos illũ inultũ sinã (illũ semel
Seruõ hoiem. Ch. qd illũ facere uis, St. qd tibi, quoi diuitiæ
Domi maxumæ sunt, nũmũ his nullũ habes, nec sodali tuo
In te copiast. Ch. si hercle habeam pollicear lubens. uerum
Aliquid aliqua, aliquo modo, alicũde, ab aliquibus, aliqua
Tibi spes est, fore mecum fortunã. St. ue tibi murcide hõ.
Ch. Qui tibi lubet mihi male loqui? St. quippe tu mihi
Aliquid aliqua, aliquo modo, alicũde, ab aliquibus, blatis.
Quod nusquast, neq3 ego id imitto in meas aures. nec mihi
Plus adiumenti das, q̃ ille qui nunq̃ etiam natus est.

VGOLETVS ET GRAPA. ⁋ NAM te illo nõ æque opus facto ẽ. Delirabat Pius: quũ hunc locũ cõmẽtaret. legens telo: id qd uel a prandio fecit: uel ab occupatis furore quopiã sensibus. nã: te illo in codicibꝰ antiqs & manu scriptis oibus legit: & sniæ maxie coharetet: ut cuilibet nõ desipiẽti liqre põt. ⁋ Atq3 id nõ decẽ occupatũ tibi erit argentũ dies ita scribi d3 uersus hic ex codi. antiqs ad lrãm: & ex sniæ coherẽtia: & uersus recta rõne: nec scribendũ est decet: ꝓ decem: nec addendũ duos postea: ut idocte: & cõtra sniæ: & metri rõnem corrigit Pius: dicẽs duos addendũ: ut supra ex codicibus antiqs: & in hoc maxie mentiens. ⁋ Murcide hõ: hoc loco Pius isaniens hermolaũ barbaꝝ uiꝝ nrã ætate incõparabilẽ incessit: inquiens illũ pueriliter: & prope socordiose prolabi: & quid tandẽ garriat: ipsemet Pius ignorat: quippe Hermolaus locũ hunc corrigit: & murcide scribendũ asserit: qd inertẽ: & socordẽ significare ex festo inqt: idemq3 Pius ab illo acceptũ refert. qd quandoq3 lectũ sit in Plauto: uel hoc ipso loco: muricida: nõ dissimili significatione ab ea: quam apud græcos habet τοι χωρυ Xoõ: tã clarum est: ut omnes fere codices manuscripti ita propemodum habeant: quos hoc ipso loco taxat Hermolaus: murcide scribendum esse inquiens: quid igitur clamat Pius: imo quid obloquitur: & eius detractione: cuius nomẽ audire nõ meretur: sibi famam querit: ualeat rabiosus hic famæ aucupator: & gloriæ.

Epidicus. Stratiphocles. Chæribolus.

FEcisti officiũ iam tuũ, me meũ nũc facere oportet.
Per hanc curã quieto tibi licet esse. hoc qdẽ iã piit.
Nisi quid tibi hinc in spem referas, hoc oppido politum est.
Crede modo mihi. sic ego ago. sic ægere nostri. proh Di
Immortales mihi hunc diem dedistis luculentum,
Vt facilem, atq; impetrabilem. sed ego hinc migrare cesso,
Vt importem in coloniã hunc hũc auspicio meo cõmeatũ.
Mihi cesso, quom sto. sed qd hoc? ante ædeis duos sodales,
Herũ, & chæribolũ cõspicor, quid hic agitis? accipe hoc sis.
St. Quantũ hic inest? Ep. quantũ satest, & plus satis supsit.
Decem minis plus attuli, q̃ tu danistæ debes.
Dũ tibi ego placeã, atq; obseqr, meũ floccifacio tergum.
St. Nã quid ita? Ep. quia ego tuũ patrem faciã parẽticidã.
St. Quid istuc est uerbi? Ep. nihil moror uetera, & uolgata uerba.
Para, tu ductare, atq; ego follitum ductitabo.
Nam leno omne argentũ abstulit pro fidicina. ergo resolui,
Manibus his denumeraui. pater suã gnatam, quã eẽ credit.
Nunc iterum ut fallatur pater, tibiq; auxilium apparetur,
Inueni iam. nam ita suasi seni. atq; hanc habui orationem
Vt quom redisses, ne tibi eius copia esset. St. euge
Ea iam puella domist, teneo. Ep. nunc cautorẽ mihi dedit
Ad hanc rem Apoeciden. is apud forum manet me, quasi q
Amare te caueat. haud male. iam cautor ipse captust.
Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocauit.
Is adornat ueniens, ut domi extemplo maritus fias.
St. Vno persuadebit modo, si illam, quæ adductast mecũ,
Mihi adempsit Horcus. Ep. uerum nunc ego astutiam hanc institui.
Deueniam ad lenonem domum egomet solus. eũ docebo,
Si quidem ad eum deueniam, ut sibi datũ esse argẽtũ dicat
Pro fidicina, argenti minas se habere quinquaginta,
Quippe ego quas nudiustertius meis manibus numeraui
Pro illa tua amica, quam pater suam filiam esse retur.
Ibi leno caput suum sceleratum imprudens alligabit,
Quasi pro illa argentũ accæperit, quæ tecũ nũc adductast.
Ch. Vorsutior es, q̃ rota figularis. Ep. ego aliquã parabo
Dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit, quæ se
Emptam simulet, quæ senes duo docte ludificetur. eam
Ducet simul Apoecides ad tuum patrem, ut parate
Eam præmeditatam, meis dolis, astutiisq;
Onustam mittam. sed nimis longum loquor. diu me
Estis demorati. hæc scitis, ut futura sint. abeo iam.
St. Bñ ambulato. Ch. nimis est doctus ille ad malefaciẽdũ.
St. Me quidem certo seruauit consiliis suis. Ch. abeamus
Intro hinc ad me. St. atq; aliquanto lubentius, q̃ abs te sum egressus intus
Virtute, atq; auspicio Epidici cum præda in castra redeo.

SARACENVS

FEcisti officium tuum. Recepta a sene pecunia: epidicus iubet illum bono eẽ animo: deinde solus loquitur. ¶ In coloniam commeatũ. Sunt dicta per metaphoram: est colonia colendo dicta: q̃ ad eas mittendas ciues mittantur: commentus autem cibaria sunt: & pro discedendi facultate ponuntur. ¶ Parenticidam. Fuerat olim pœna statuta parenticidis: ut in corium mitterentur insuti cũ simia: serpente: & gallo gallinaceo: & sic tan q̃ in folliculum inclusi in profluentem mittebantur: hocq; pacto interimebãtur. Author est modestinus iurisconsul. hoc quoq; tangit Cice. in rethoricis his uerbis: qui parentem necasse iudicatus erit: is obuolutus: & obligatus corio deuehatur in profluentem. paulopost maleolus iudicatus est matrem necasse: & damnatus statim folliculo lupino os obuolutum est: & soleæ ligneæ pedibus indutę: sensus autẽ est: ita uersabo: ductaboq; tuum patrẽ dolis meis: uti in follem inclusum parenticidam: quod uerbũ non capiens stratiphocles: tanquã subobscurũ inquit: quid istuc est uerbi? ille autem non tritus: nec uulgatis uerbis: sed potius duriusculis: & minus usitatis: uti mauelle se dicit: potuisse enim inquiens dicere paratum ductare: sed maluisse follitum ductitabo: idest tanq̃ in follẽ immissũ pro meo arbitratu uersabo: & agitabo: est follis ut id: quoq; declaretur: genus pilę spiritu inflatæ. Marita lis folle decet pueros ludere: folle senes. ¶ Adempsit horchus. Morietur. ¶ Deueniam ad lenonem. Pulchram commentatur fallaciam epidicus: ut ictu uno periphanem pariter: & apocidem confodiat: nam est lenonem ducturus: qui pecuniam recepisse fateatur pro fidicina: idq; asseuerabit leno: ratus illam esse fidicinam: quam pro filia emerat periphanes. ¶ Vorsutior. Ponitur interdũ uersutus p̃ perito: cuius (ut inqt Cic.) tãq̃ celerrota mẽs uersat. ¶ Parate. Apte: composite.

Parenticidi de qua pena puniebantur.

Follis quid sit.

VGOLETVS ET GRAP.

¶ EA iam puella domist: teneo nunc actorẽ: mihi dedit: ita scribẽdus uersus est: & ex sñiæ concinnitate: & metri ratione: nec opus est de thessala: & pelia fabulosa referre: quę Pius cõmentator & rationis carminis ignarus rettulit. ¶ Docte scribendũ est metri necessitate: & non docta: ut Pius legit.

VALLA.

FEcisti officium iam tuum adiuuit: in hac scæna stratiphoclẽ cũ cheribullo epidicus a periphane afferens pecuniam periphanisq; aperit stratiphocli consilium. ¶ Oppido hoc politum est. Oppido ualde

Oppido qd significet.

dictum olim a ruſticis: qui in annona uili interrogati quanta eſſet: reſpondebant oppido quod ualebat tantum ut oppido ſatis eē poſſit. ⁋ Importem in colinam: ideſt in locum ſuum: quem incolat. ⁋ Nunc auſpicio cōmeatus exercitui commeatus comportatur: quaſi ergo ad exercitum deferat argentum ita loquitur. ⁋ Tergum flocci facio. uerbera: quæ in tergo cudentur meo paruifacio. ⁋ Faciam parenticidam: pro paricida parenticidam dixit: ſenſus eſt ita obuoluam eius caput: ut paricidis fieri ſolet. ⁋ Nihil moror uetera: & uulgata uerba. Nolo loqui inquit: ut alii uulgareſq; omnes: qui paricidam dicunt. ⁋ Paratum ductare. Nolo inquit patrem tuum paratu: ideſt inſtructum eo modo: quo nunc habet ductare. ⁋ At ego follitum ductitabo. folliculare inquit feſtus: pars remi dicitur: quę folliculo eſt lecta: a quo uita follicularis. ſed ad hunc locum id nihil. follitum ergo dicit corio lupino obuolutum: ut paricidis mos ueterum fuit factitare. Cicero ad herennium rhethoricorum libro primo. Qui parentem necaſſe iudicatus erit: is obuolutus: & obligatus corio deuehatur in profluentem. Paulopoſt: maleolus iudicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt ſoleę ligneę pedibus indutæ. ⁋ Iam domiſt puella: hoc eſt puellam: quam ego dixi tibi emendam: iam domi eſt. Sunt codices: qui pelia pro puella habent: ut ſit pelia pro pelias more priſco latinorum: & quemadmodum pelias iaſonem ad aureum uellus rapiendum perdendum exiſtimauit: ita iaſon iuuenis aſtu medeę peliam perdidit: ut ſit ſenſus: ita ego iuuenis igitur perdam patrem meum: qui uoluit amica priuare: quo me nuptiis alligaret: ut pelias Iaſonem ad uelus aureum miſit: quo ſecurus regno potiretur. ⁋ Quę adducta eſt mecum mihi adempſit horchus. Hoc eſt potuerit obtinere: ut uxorem ducam: ſi quam medi duxi mulierem: mihi infernum ſuſtulerit. ⁋ Vorſutior eſt q̄ rota figularis. Magis inquit hominum uertis ingenia q̄ rota ſit uolubilis: qua figuli ad uaſa terrea utuntur conficienda. ⁋ Cum præda in caſtra redeo: quaſi cum hoſtibus conflixerit: eoſq; diſpoliarit: ideo ait: in caſtra redeo. Caſtra dicta ſunt quod in eis caſtretur libido: uelut alii opinantur: quod ibi multa oppida. nempe quotquot tentoria ſint: eſſe uideantur. Nam caſtrum inquit Seruius cum priſciano: oppidum eſt: cuius diminutiuum caſtellum.

Folliculare quid ſit.

Caſtra unde dicta.

SARACENVS.

HOnoris cauſa. Epidicus interea pręcio conductam fidicinam tradit apocidi: ueluti ut a ſe mercatā pecūia eam hero periphani tradat: hoc pacto ſenes ambos: & ſimul fidicinam circunducit: ſuiſq; uerſat dolis: principium autem huius ſcęnæ totum eſt ex morali philoſophia depromptum: inquit eni periphanes: qui ſolus manſerat: ſi homines: q ora in ſpeculo ſæpiſſime intuentur: formoſi ſint: an deformes: ſua ita poſſent corda conſpicere: utiq; non ignorarent q̄lia: & quanta uiuendo commiſiſſent i uerecunda: & idecora: neq; magis aliena q̄ ſua facta damnarent: in hanc ferme ſententiam locutum thalem mileſium: uideo: qui interrogatus quomodo optime & iuſtiſſime uiueremus: ſi quæ inquit in aliis reprehendimus: ipſi non faciamus: nam nihil eſt difficilius dixit homini q̄ ſe ipſum noſce: & contra facilius aliis moneri: & notādum eſt: qd̄ dixit honoris cauſa equū fuit habere ſpeculum. quod a natura quidem non temere datum eſt: uel inuentum: utilitates ſiquidem ab eo q̄ plurimę: & pre cæt'is una hec: ut nos ipſos quales ſimus: noſceremus: nō q̄dem facie: & imagine tantū: ſed moribus: & uirtutibus: id quod idem mileſius thales fieri monet: non eſſe ſcilicet faciem componendam: ſed bonarum artium ſtudiis animum excolendum. Socrates quoq; ſuos diſcipulos hortabatur: ut ſe iugiter in ſpeculo intuerentur: ut ſi quidem formoſi eſſēt: digni ea ſpecie fierent: ſin autē deformes: deformitatem ipſam uirtutibus & eruditione protegerent. ⁋ Ex cruciare animi. Et animo pariter dicimus. ⁋ Me derga. Erga me: interpoſitum eſt d propter hiatum uocalium. ⁋ Diuortunt mores. Nimium inquit inter ſe differre uita: ac moribus: minimeq;

Nota pulchrū dctm



Periphanes. Apoecides. & ſeruos unus.

HOnoris cauſſa, modo homines æquom fuit
Sibi habere ſpeculum, ubi os contemplarēt ſuum,
Sibi qui perſpicere poſſent cor ſapientiæ,
Igitur perſpicere ut poſſint cordis copiam.
Vbi id inſpexiſſent, cogitarent poſtea
Vitam ut uixiſſent olim in adoleſcentia.
Vel quaſi egomet, qui filii cauſſa cœperam
Me excruciare animi, quaſi quid filius meus
Deliquiſſet mederga, aut quaſi non plurimum
Male facta mea eſſent ſolida in adoleſcentia.
Profecto deliramus interdum ſenes.
Fuit hoc conducibile mea ſententia.
Sed meus ſodalis it cum præda Apoecides.
Venire ſaluom mercatorem gaudeo.
Quid fit? Ap. Di. Deæq; te adiuuant. res proſpere,
Omen placet iam, quom omini omnes ſuppetunt
Res proſperæ. ſed tu hanc intro abduci iube.
Pe. Heus intus uos, exite huc aliquis iam foras,
Duce iſtam intro mulierem, concludi uolo.

Atq; audin? Ser. quid uis? Pe. caueſis cum filia mea
Hanc copulari, neq; conſpicere, iam tenes.
In ædiculam ſeorſum iſtæc eat, iube.
Deuortunt mores uirgini longe, ac lupæ.
Ap. Docte, & ſapienter dicis. non nimis poteſt
Pudicitiam quiſq; ſeruare ſuæ filiæ.
Aedepol næ iſtam tempore ſuo gnato tuo
Sumus præmercati. Pe. quid iam? Ap. quia dixit mihi
Iamdudum alius, ſe tuum uidiſſe hic filium.
Pe. Hanc ædepol rem apparabat. Ap. plane hercle hoc quidem eſt.
Næ tu graphicum habes ſeruom, & quanti uis precii.
Pe. Non caruſt auro contra. Ap. ut ille fidicinam
Fecit neſcire prorſus ſe eſſe emptam tibi.
Illam ridibundam, atq; hilaram huc adduxit ſimul.
Pe. Mirum hoc qui potuit fieri. Ap. te pro filio
Facturum dixit rem eſſe diuinam domi.
Ego illic me autem aſſimulabam quaſi ſtolidum,
Quom bardum me faciebam. Pe. immo ita quidem decet.
Ap. Res magna amici apud forum agitur. ei uolo
Ire aduocatus. Pe. ito, atq; ubi erit ocium,
Reuortere ad me extemplo. Ap. continuo hic ero.
Pe. Nihil homini amicoſt opportuno amicius.
Sine tuo labore quod uelis actuſt tamen.
Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negocium
Minus hominem q̃ doctum, minuſq; ad rem hanc callidum,
Os ſublitum eſſet, itaq; me alcatis dentibus
Meus derideret filius meritiſſumo.
Atq; hæc ſtultitiaſt me illi uitio uortere.
Egomet quod factitaui in adoleſcentia,
Quom militabam, pugnis memorandis meis
Eradicabam hominum aureis, quando occœperam.
Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem conſpicor,
Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit?

bus: minimeq; inter ſe couenire meretrices & ingenuæ uirgines: lupa enim pro meretrice dicta eſt: unde lupanar uel diuortunt hę lupæ mores uirgini: ideſt ſeperāt: & quaſi de uia deflectūt: & demutant: & propterea ſua conſuetudine corrumpunt: ſumuntur enī a conuerſationibus mores: ut ꝑclare inquit Seneca. Iuuenalis quoq;: uuaq; conſpecta liuorē ducit ab uua. ⁋ Graphicum. Doctum a pothu graphin: hoc eſt pingere: uel ſcribere: latini gręcos ſecuti linearem picturam graphidem dixerunt. Victruuius de architecto locutus inquit: & graphidos non ignarus: ideſt picturæ. ⁋ Auro cōtra: ſcilicet ſi rependatur. ⁋ Barduʒ. Stultum: & īgenio tardum. ⁋ Allegaſſem. Miſiſſem. ⁋ Os ſublitum eſſet. Fuiſſeʒ deceptus: locutio eſt Pla. per q̃ familiaris. ⁋ Alcatis dentibus. Veluti exertis: & ſublato cachinno palam oſtenſis.

Lupa qđ & uñ dcta

VALLA.

Honoris cauſa. Apocides mulierem ſecum adducens: quā iuſſerat Periphanes ab Epidico deceptus ait: ſe forum tradita muliere: uelle repetere. At Periphanes ſecuʒ letat̃ ratus obtinuiſſe: quod cū epidico conuenerat. ⁋ Si id: hoc eſt ſi contēplatis os ſuum fuiſſent. ⁋ Excruciare ai: & excrucior ai: & animo dicimus. ⁋ Me derga. ad uerſum me. ⁋ Meus ſodalis: ſubaudi apocides. ⁋ Saluum mercatorem ob coemptam puellam mercatorem uocat. ⁋ Exite huc aliquis: hoc eſt exite uos huc: ut aliquis modo hanc abducat. ⁋ Copulari hanc: quam emiſti inquit mulierem: noli committere: ut cum mea iungatur filia: & ne quidem conſpiciat. ⁋ Iā teneſis: pro teneſi uis. ⁋ In ediculā iſtanc ſeorſum ædē ab aditu dictaʒ Varro putat: ideo ſingulariter templum ſignificari. quia unus eſt in templum aditus: ut in plurali templa. At cum plurali tm̃ dicuntur domos intelligimus: quia in domo multi aditus ſunt: multiq; receſſus: ideo ſingulariter diminutiuo ædiculam cameram uocitauit. ⁋ Seorſum ſeparatim. Cur id docet inquiens. ⁋ Diuortunt mores uirgini. Ordo: ac ſenſus eſt: hæ lupæ nempe meretriculæ mores longe diuortunt: ualde impugnant: ualde in diuerſas agunt partes uirgini. ⁋ Sumus præmercati. hoc eſt poccupauimus tempori anteq̃ ipſe mercaretur. ⁋ Ne tu habes ſeruon graphicon. Ne affirmantis aduerbium eſt. ⁋ Graphicum. calidum: aſtutum dicit. ⁋ Et quanti uis præcii: quanticunq; prçcii dignus. ⁋ Mirum hoc quidem potuit fieri. Mirandum inquit eſt: quo pacto id potuerit obtinere. ⁋ Cum bardum me faciebam: bardum tardum dicit: ita ueteres per tranſpoſitionem litterarum. nam græce bardis dicitur tardus: ſed ac litterarum tranſpoſitione: græci quoq; poetæ utuntur ſicut Homerus. βαρδίσοι μενγάροι ἐσανκα λλιτροι χεσι ποοι. Ita Cicero de fato diſputans bardum Socratem dictum ait. ⁋ Os ſublitum eſſet. Futurum erat: ut deciperet. ⁋ Vndantem clamidem: ut milites ſolent glorioſi.

Aedes uñ dicta.

Bardus qs ſit.

VGOLETVS ET GRAP.

⁋ SIBI: qui perſpicere poſſent. ratione metri: & ſententię concinnitate: non ſi id qui: neq; ſi ibi perſpicere: ut indocte refertur: & corrigit Pius. ⁋ Mederga: ſic dicitur. d. littera interpoſita: ut antidhac: & mile alia. ⁋ Lupa meretrix dicitur: ide lupanar locus: ubi habitant ſcortę Iuuenalis: Fęda lupanaris tulit: ad puluinar odorem. ⁋ Sic. deſendum eſt: metri ratione: & ex codi. antiquis: in quibus non eſt. ⁋ Me alcatis dentibus: ita ſcribeñ. cenſemus ex codi. antiquis: & exponendum alcatis: ideſt longis: prominentibus: & ſimilibus labro ferç: quæ alce dicitur: & in hercynia ſilua germanię reperit̃: mulis comparanda: niſi quod adeo propenſum habet ſuperius labrum: ut nihil recedens in poſteriora ueſtigia paſci nequeat: itaq; retrograditur in paſcendo: ne in priora tendens inuoluatur: de qua Ply. lib. viii. cap. xv. diſſerit. ⁋ Meus: addenduʒ fuit ex codi. antiquis: & metri neceſſitate.

SARA CENVS

Caue pterbitas. Miles nunc inducitur mercaturus fidicinam a periphane: quã olim ille suasu serui epidici emerat pro filia: at periphanes eam ratus fidicinã; postremo ab epidico conductã; prçcio ultro annuit. ¶ Duellica. Bellica: uel hostili.

Centones q&uñ dci

¶ Cui cçtones farcias. Prouerbialiter uidetur dictum in eos: qui nimis creduli uaniloqua & inania quçq; suas admittant in aures: dicti sunt cẽtones a uillorum multitudine: sunt eni; stragula grossiora infarcita tomento: uel lana uillis pendentibus.

Stragula q̃

¶ Tuas ferias possidebit: Idest apud te ociabitur: ferias antiqui festas uocabant: & dictæ sunt ab epulis ferendis: & porcorum: & frugum. ¶ Fides. Lyra;. ¶ Ei quç accessere. Idest ea: quæ secum attulit. ¶ Quç intemperiæ. Agnouit nõ eam esse amicam fidicinam. ¶ Nõ nouisse me eam recte amica; posse. Ego potius sic legerem: non nouisse meam rere amicam posse? ¶ Articulati;. Vt minutatim. ¶ Vbi: ubi. Pro ubicunq;. ¶ Frugi epidice. Ad absente; apostrophat: & deinde ad fidicinam conuersus: minimi inquit prçcii. ¶ Athenis atticis. Na; aliç: quoq; hoc nomine dictæ sunt athenç. ¶ Quid nũc? Subaudi fecero: ego ne eam sententia; impune. Aposiopesis subaudiendum est: p mittam: uel sufferam. ¶ Depeculatũ. Publice: palamq; despoliatum & prædatum. ¶ Atq; memineris. Subaudi epidice. ¶ Qui oium legũ atq; iuriu;. Ad illud referẽ dictũ supra: q iura & leges tenet: quod fuit ã epidico ab apocide dictum.

VALLA.

Caue præterbitas ullas çdis Miles dum amicam sua; q̃rit: quod audierat apd periphane; esse: percũctatur ubi nam habitet periphanes: quo inuento cognoscit muliere adducta: nõ esse quam quærebat. Indignatus periphanes phidicinam eiicit domo: & in epidicum grauiter stomachatus est. ¶ Caue præterbittas: idest trãseas: & prætermittas.

Strenior cõpatiuu;.

¶ Nam strenuiori. Priscianus: reliquiq; fere grãmatici aiũt expositiuo habente uocalem ante alteram uocalem non fieri comparatiuũ: inuenimus tamen in usu antiquorum factum: ut hoc loco: & apud plçrosq; alios. Sed istum quem quçris. Hoc illi simile est naucratem: quem conuenire uolui in naui non erat. ¶ Arte duellica. bellica: quia bellum duellum dixere ueteres. ¶ Qui memoret suas: referat recenseat. ¶ Cui centones farcias. Centones uilia dicit cubilia: quæ crassiore tela fieri solẽt nautis: quodq; crassiore filo: ac in transuersum multiplici



Miles. Periphanes. Fidicina.

Caue præterbites ullas ædeis, quin roges,
Senex hic ubi habitat Periphanes platenius?
Pe. Incertus sum. caue. ad me rettulit pedem.
Adolescens si istunc hominem, quem tu quæritas
Tibi commonstrasso, ecquam abs te inibo gratiam?
Mi. Virtute belli armatus promerui, ut mihi
Omnes mortaleis deceat agere gratias.
Pe. Non repperisti adolescens tranquillum locum,
Vbi tuas uirtutes explices, ut postulas.
Nam strenuiori deterior si prædicat
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.
Sed istum, quem quæris Periphanem platenium,
Ego sum, si quid uis. Mi. Nempe quem in adolescentia
Memorant apud reges armis, arte duellica
Diuitias magnas sibi adeptum? Pe. immo si audias
Meas pugnas, fugias manibus demissis domum.
Mi. Polego magis unum quæro, meas quoi prædicem,
Quam illum, qui memoret suas mihi. Pe. hic non est locus.
Quin tu alium quæras quoi centones farcias.
Mi. Animum aduorte, ut quod ego ad te uenio, intellegas.
Meam ego amicam audiui mercatum te esse. Pe. atat
Vunc demum scio ego hunc qui sit, quem dudum Epidicus
Mihi prædicauit militem. adolescens itast,
Vt dicis, emi. Mi. uolo te uerbis pauculis,
Si tibi molestum non est. Pe. non ædepol scio,
Molestum mihi non est, nisi dicis, quid uelis.
Mi. Mihi illam ut tramittas, atq; argentum accipias,
Habeas. Nam quid ego apud te proloqui parem,
Ego illam hodie uolo facere libertam meam,
Mihi concubina quæ sit. Pe. te absoluam breui.
Argenti quinquaginta mihi illa emptast minis.
Sexaginta mihi dinumerentur minæ,
Tuas possidebit mulier faxo ferias,
Atq; ita profecto, ut eam ex hoc exhoneres agro.

ter consuatur

Mi. Est ne empta mihi hæc? Pe. istis legibus habeas licet.
Mi. Conciliauisti pulchre. Pe. heus, foras educite
Quam introduxistis fidicinam. atq; etiam fides.
Ei quæ accessere, tibi addam dono gratis.
Age accipe hanc sis. Mi. quæ te intemperiæ tenent?
Quas tu mihi tenebras cudis? quin fidicinam
¶ VOCAuerit me quis: quis addendũ fuit metri & sententiæ congruitate. ¶ Ni-si quid. Teuropides: qui uerebatur: ne etiam delusus esset in emptione ædium si-monis. cupiens certior fieri: alloquitur si-monem: sed caute: dicens: huc usq; accæ-pisti minas quadraginta: quantum ego scio: a philolachete filio. Vnde ille ꝗ pri-mum respondet: nunquam nummũ: qđ sciam. ¶ Mnas quadraginta: ita scriben-dum est ex uetustis codicibus: & ueritate rei: nam quadraginta dixerat tranio su-perius arraboni datas: & non triginta: & supra etiam teuropides interrogauit a danisco dicens: quadraginta etiam de-dit huc usq; pignori? Quo magis miror plaudium & Sarracenum ineptos inter-pretes hic legere triginta. ¶ Mnas autem scriptum est in codicibus antiquis: & non minas. ¶ Accæpisti iam: quas sciam: & ita metri ratione scribendum est: & ex ue-tustis codicibus. ¶ Multo equidem id mi nus: equidem metri necessitate addendũ fuit. ¶ Nunquam nummum. Nummus a νομισμα uocabulo græco deducitur: una littera addita: ut positura syllaba produ-catur: significat autem nummus generali ter omnem pecuniam. Vnde nummum aureum: argenteum: denarium: quina-rium: uictoriatum dicimus: item assem

Nũmus

nummum libralem: dipondium nummum bilibrem: quotiens tamen nummum simpliciter ponimus: pro denario accipimus: qui erat uigintiquattuor siliquarum. Siliquæ tres scrupulum faciebant: denarius autem uocitatus est: ꝙ hic nummus pro decem libris æris constitutus sit: sicut quinarius pro quinq;: sestertium pro dipondio: ac semis-se. ¶ Quod me absente hic tecum filius: tecum addendum fuit metri necessitate: & sententiæ congruitate. Tu caue quadraginta: hic etiam locus ostendit: quod superius diximus: quadraginta sibi debere: non triginta. ¶ Hæc satis ædificare uolui? Ita scribi debet uersus metri. necessitate: non habeo satis. neq; hic ædificare uolui? ut scribit: & legit plodius: quia uersus non staret. ¶ Nunquid tranio turbat: turbat scribendum est metri necessitate: non turbauit: ut le-gunt plodius: & Sarracenus. ¶ Hęc res sic est: ut narro tibi: ita scribendum est ex codicibus antiquis: & metri necessi-tate: & non: hic est: ut legit plodius. ¶ I mecum hercle: obsecro te una simul ita scribendum est metri necessitate: non i mecum obsecro una simul: quia uersus non staret. ¶ Atq; eadẽ opera hęc tibi narrauero. ita scribendum est necessita te metri: non eadẽq; opera. ¶ Quibus me exemplis: nõ qs me exemplis legẽdum est: quia aliter uersus nõ cõstaret.

Denarius.

VGOLETVS ET GRAPA.

Bucæda

MIsericordias habere oportet tandẽ hoiem. Hic nos principium alterius scenæ esse cẽsemus: q̃ eodẽ tã metri genere constat: trimetro. s. in qua danista introducitur rediens ad philolachetẽ & tranionem: fœnus sibi debitum petiturus. Et dum in uia esset: secum multa uoluens: cogitansq; pecuniam illis mutuatã iam absumptã esse: nec illos habere: unde fœnus soluant: quasi pietate motus dicit: Misericordias profecto habere hominem oportet: postea ad se conuersus: & ad propriam utilitatem respiciens: inqt. ¶ Illi bucedæ erũt potius: q̃ ego sim restio: illi potius bubulis exuuiis cedẽtur: ita. n. bucedam dixisse uidetur: pro eo: qui ceditur scuticis: q̃ boum coriis. ¶ Quã ego sim restio: idest q̃ ego reste me suspendam: restiones etiã pro suspendioso dixit: & qui se reste suspendat: significat etiã restio eum: qui funes facit. ¶ Mane tu: quuȝ hæc diceret Danista incidit in tranionẽ cum teuropide sene incedentem: & cum illo loquentẽ de illo: qui ædes seni ipsi uẽdiderat: quẽ tranionem hic Danista manu apprehendit: inquiẽs. ¶ Mane tu: atq; assiste illico: quasi diceret: exhibe mihi statim fœnus: qd̃ debes. ¶ Molestus ne sis. Tranio respõdet: molestus ne sis: q̃m non es habiturus nũc argẽtũ: facias qd̃ uelis. ¶ Tu solus. es ne solus tu: qui fœnore argẽtũ des? quasi dicat: quũ & alii fœneratores sint: nullus est in exigendo ęque molestus: ut tu. ¶ Cedo fœnus: redde fœnus: fœnus reddite: ita scribẽdum est ex antiquis codicibus: & similiter uersus sequens. ¶ Datis ne fœnus? Date fœn⁹ actutũ mihi: ut Danista instantissime fœnus suum petẽs hæc uerba dicat. ¶ Hic nescit quidẽ nisi fœnus fabularier. tranio loquitur. ¶ Vero te neq; ego tetriorem belluã: ita scribendus uersus est: & nõ ueto te. s. fœnus fabularier: ut plodius garrit. Vero autem aduerbiuȝ est p uere. ¶ Ridisse me unq̃: neq; priorẽ cẽseo: ita scribendũ & hunc censemus metri: & sniæ ratione. ¶ Calidum hoc est: cõtinuata uerba sunt Danistæ ad tranionẽ. ¶ Et si procul abest: urit male: quaq̃ inqt hæc mea uerba pcul sint a te: & non tangãt: urunt tamen: & per interrogationem legẽdũ est. ¶ Quid illud est fœnus? teuropides auditis Danistę & tranionis uerbis: rogat qd̃ fœnus sit hoc: qd̃ petit Danista. ¶ At ẽt sortẽ dabit. Danista interrumpit: anteq̃ tranio respondeat: dicens: quin ẽt dabit sortẽ ultra hoc fœnus: quum pater adueniet peregre: ita enim forte promiserant danistę: se daturos sortẽ in reditu patris: & addendum fuit: at etiam: metri necessitate: & sententiæ cõgruitate. ¶ Illius tibi filius: & fœn⁹: & sortẽ dabit: ita scribẽdũ ẽ: pti ex codi. ãtiqs: & metri necessitate: & sniȩ ɔgruitate. Volebat trãio psuadere dãistæ: ut taceret: pmittens ei: sortẽ: & fœnus breui philolachẽ redditurũ: & nolebat senẽ adhuc intelligere hãc rẽ argẽtariã: neq; declarare danistæ senẽ illũ eẽ prẽ philolachis: uñ uoce sũmissiore ait. ¶ Næ icõ. i. certe ignauę hõ: & nihili.

Inconciliatus.

Incõciliatus dr̃ diuulsus: sepatus: cuius nulla ẽ ẽptio: & q i nulla ẽptiõe sit habẽdus una: & incõciliare ẽ diuellere: & segregare: Plau. i bacchide. Ipse: qd̃ i se fuit: accuratũ hũit: qd̃ posset mali facere in me: icõciliare copias oẽs meas. ¶ Quid nos por. po. ui. altius hoc iã dicit. ¶ Nũ mo. q̃si diceret: adhuc moraris hic: & ñ discedis. ¶ Ille ãtrñ. qn ferã: si qd dat̃: ñ solũ moror: sed ferã ẽt argẽtũ: si mihi datis. ¶ Quis ais tu? Teuro. q audiuit hæc: iterrogat Tra. qs illic ẽ: & qd petit. ¶ Philolachetẽ. g. cõp. fe. Noiauerat aliquo mõ danista philo. uel rogauerat a Tra. ubi is ẽẽt: pp qd̃ motus senex: ac sollicitus de filio: interrogat: cur iste illũ appellet: & addẽdũ fuit ferox metri necessitate: & sniȩ cõgruitate. ¶ Obsecro. h. t. te addi opportuit metri necessitate. ¶ Obtrudi ar. corrupti erãt oẽs codi. hoc loco: & plo. q̃dẽ uisus ẽ aduertisse: ac corrigere cupiisse: sȝ iscita illũ occupãs nõ ẽ passa: scripsit. n. obiici: qd̃ qdẽ uerbũ uersus nullo mõ patit̃: q̃re scribẽdũ cẽsuimus: obtrudi: recta lege metri: & sniæ cõgruitate. Iube iqt Tra. obtrudi. i. inici argẽtũ ob os. i. cõtra os ipurũ huic bellue: danistæ. s. quẽ ẽt supius belluã dixit tetriorẽ. ¶ Iube ho. ar. os uer. eadẽ snia: & declaratio uersus superioris. Et scribẽdũ est homini ex antiquis codicibus: & recta latinitate: non in hoiem: ut legit plodius amens. ¶ Quantillum: rõne metri scribendum est: & non quantullum. ¶ Quid sit genus: qd̃ iprobissimum est.

fœneratores

Danista. Tranio. Teuropides.

MIsericordias habere oportet tandem hominem.
Illi bucedæ erunt multo potius: q̃ ego
Sim restio. mane tu. atq; assiste illico.
Molestus ne sis: nemo dat. age quid lubet
Tu solus credo fœnore argentum datas.
Cedo fœnus. redde fœnus. fœnus reddite.
Datis ne fœnus? date fœnus actutum mihi.
Hic nescit quidem nisi fœnus fabularier
Vero te neq; ego tetriorem belluam
Vidisse me unq̃ neq; peiorem censeo.
Non ædepol nunc me istis tu uerbis territas.
Calidum hoc est. & si procul abest: urit male?
Quid illud est fœnus? Da. at etiam & sortem dabit
Pater: quum adueniet peregre. tr. iam multo prius
Illius tibi filius & fœnus & sortem dabit.
Næ incõciliate: quid nos porro postules.
Vide num moratur? Da. quin feram siquid datur.
Quid ais tu? tr. quid uis? te. quis illic est? quid petit.
Quid philolachetem gnatum compellat ferox?
Sic & præsenti tibi facit conuitium?
Quid illi debetur? tr. obsecro hercle te iube
Obtrudi argentum ob os impurum belluæ.
Iubeam? tr. iube homini argento os uerberarier.
Perfacile ego ictus perpetior argenteos.
Quod illud argentum est? tr. huic debet philolaches
Paulũ. te. quãtillum? tr. quasi quadraginta minas
Ne sane id multum censeas. te. paulum id quidem est?
Audin? uidetur obsecro hercle idoneus
Danista: qui sit genus quod improbissimum est.
Non ego istuc curo. qui sit unde sit. id uolo
Mihi dici atq; id me primum scire expeto.

fœneratores.n.odio habiti sunt:tāq̃ improbi:& alioꝝ bona usuris terētes. Mihi dici:atq; id me primū scire expe to:ita scribendus est uersus metri necessitate additis illis duabus dictiōibus:atq;:& primū:q̄d plo.non aduertit.

Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio.
Tra.Quattuor quadraginta illi debentur minæ.
Dic te daturum ut abeat.te.egon dicam dare?
Tra.Dic.te.ego ne?tr.tu ipsus dic.modo ausculta mihi.
Promitte age inquā:ego iubeo.te.responde mihi
Quid eo est argento factum?tr.saluum est.te.soluite
Vosmet igitur si saluum est.tr.ædes filius
Tuus emit.te.ædis?tr.ædis.te.euge philolachus
Patrizat:& iam homo in mercatum auortitur
Ain tu ædis?tr.aio inq̃.te.sed cuiusmodi?
Tr.Qui scire possum?te.uah.tr.quid est?te.ne me roga.
Tr.Nam quid ita specula claras clamorem merum?
Te.Bene hercle factum.quid eas quanti destinat
Talentis magnis totidem:quot ego:& tu sumus.
Sed arraboni has dedit quadraginta minas:
Hinc sumpsit illi quas dedimus.satin intelligis?
Nam postq̃ hic ædis uiderat:ut dixi tibi:
Continuo est alias ædis mercatus sibi.
Te.Bene hercle factum.Da.heus iam appetit meridies.
Tra.Absolue hunc quæso uomitum.ne hic nos enecet
Quattuor quadraginta illi debentur minæ.
Et sors.& fœnus.tantum est.Da.nihilo plus peto.
Tra.Velim quidē hercle ut uno nūmo plus petas.
Te.Adolescens mecum habe rē.tr.nempe abs te petet.
Petito ab eo cras.Da.sat habeo.si cras fero.

AEdes filius:quū tranio iā in eo esset: ut amplius se tegere nequiret:rogaretq; a teuropide sene:qd factū esset de eo argento:celeritate ingenii nouā fraudē inuenit: r̄ndens emptas ædes quasdam a philolache fuisse illa pecunia:in quibus habitare posset:postea q̃ in suis nō poterat ob monstra:quæ iā tranio ipse seni dixerat sentiri in illis. Patrizat:p̄rem imitatur:more græco dixit patrizat:nā patrissat poti9 latine dicēdum est iuxta prisciani sn̄iam. Etiā homo in mercatum auortitur:& adden̄.fuit metri necessitate. Aio inq̄: aio addendū est metri:& sn̄iæ cōgruitate. Quid ita specula claras clamorē meꝝ: ita scribēdus est uersus ex codi.antiquis: & nō canorē:ut scribit plodius cōtra metri rationē.Sensus est:quid ita clamas tātū q̃ e specula:uolēs.s.monere senē:ut de hac re summissius loq̄retur:ne ab aliis audiretur eorū sermo:tanq̃ negocium huius emptionis sit tenendum secretum & hoc:ut magis ipsi seni psuaderet:uerā eē emptionem:quę prorsus falsa:& nulla erat:und̄ senex iam persuasus inquit. Bene hercle factū:hoc est bene fecit:mercaturā exercere:& emere ędes:qd autē exponit plodius:specula.i.speculare:nūqd filius per peram egerit:quū pulcherrias ædes emerit:somnia sunt:ut legenti illius commēta patere potest. Quid eas:q̄ti destinat:senex ut pote auarus ad pecuniam primu; oculos:& animum intendit & cupit scire quāti ædes ipsas emerit. Destinat:autē pro destinauit:hoc est emit.Nā destinare interdū significat deliberare:assignare:deputare.Vir.Et me destinat aræ. Iuue.q; sedem figere cumis destinet.Interdum significat emere:qd & præstinare dicitur.Luci.Facio ab lenone trib9 ut libertatē milibus destinet.Apuleius.Viginti denariis prēstinaui.Plau.in pseudolo:ut piscīū qcquid est precio prēstinē. Hic uero alius est error ingens:& codicis peruersio ab aliis nō aīaduersa:nec a plo.ac Sarra.intellecta:nō.n.sequitur contextus:ut legūt oēs u;:Danista etiā respicis:sn̄iæ:& uersus rōne.Sed sequitur. Talētis magis totidem: quot ego:& tu sumus.Quū ergo rogasset teuropides:quāti filius ędes emisset:respondet tranio:totidē talentis:quot ego & tu sumus:hoc est duobus:talentū apud antiquos uarii fuit ponderis:duplexq; proprie fuit atticum:& euboicum:& iterū atticum duplex:magnū & paruū:magnū octoginta librarū:& paulo plus:paruū autē sexaginta:ut priscia.inquit:& ex Plauto in hac ipsa comœdia colligitur:nā quū sciret teuropides ex uerbis tranionis duobus talentis emptas ædes simonis fuisse:loquens postea cū Simone ait.Minas quadraginta accæpisti iā quas sciā:deinde subiungit:Minas tibi octoginta argenti debeo:quæ ambæ summæ faciunt cētum uiginti:quarū dimidia est sexaginta. Id tn̄ aduertendū est:teuropiden ibi:uti auarū senem:quū de duobus talentis recte meminisset:declinare ad minore; quātitatē & de paruo talēto loq̄:q̄uis seruus de magno retulisset. Sed arraboni has dedit quadraginta minas.ita scribendus est uersus:ex codi.antiquis:& non:si arraboni:neq; quadraginta:ut legit plo.Arrabo aūt masculini generis est tam apud nos:q̃ apud grēcos:quorū ea dictio est.ἀῤῥαβῶν enim illi dicūt.& significat eam partē præcii:quā damus uēditori:quū aliquid emimus:tanq̃ in fidem:& pignus uēditionis factæ:ne ille alteri rē uēdat. De quo Aul.gellius hęc:Quū tātus inq̄t arrabo penes samnites populi roma.eēt.arrabonē dixit sexcētos obsides:& id maluit:q̃ pignus dicere:qm̄ uis huius uocabuli in ea sn̄ia grauior:acriorq; est.Sed nūc arrabo in sordidis rebus haberi cœpt9 ac multo rectius uidetur arra:qq̃ arram quoq; ueteres sæpe dixerint. Hinc sumpsit illi:quas dedimus:illi addendū fuit:& quas scribēdū:non quasi metri necessitate:& sentētiæ congruitate. Vt dixi tibi:uexari.s.a spiritibus:& monstris. Bn̄ hercle factū.Teuropides loquitur. Heus iā appetit meridies.Danista loquit̄ tranioni:qui superi9 dixerat ei.redito circiter meridiē:& ei memorat iam aduentare meridiē.q.d.solue iam fœnus mihi:& appetit meridies scribendū est metri & sententię ratione:non aperit meridie:ut legit plodius. Absolue hunc quæso uomitum: pręponenda est hic persona traniōis ad senē uertētis sermonē:& suadētis:ut illi Danistę satisfaciat:atq; illū quasi uomitū pecuniarū absoluat. Quattuor q̄draginta illi debētur minæ:sicut superius etiā dixerat:qn̄ dicebat:dic te daturū. Veli quidē hercle:qm̄ lex erat:ut qui plus peteret:q̃ sibi deberet:caderet a cā. Adolescens mecū habe rē.teuropides loquit̄ danistæ:cōstituēs se illi debitorē:& decens:habe rē mecū:hoc ē:petito a me hāc pecuniā. Nēpe abs te petet.tranio loq̄t̄ prio teuripidę dicēs:nēpe abs te petet:deide dāistę:dicēs petito ab eo cras:& ita scribēd9 est uersus. Adolescēs me.h.rē.Tr.nēpe abs te petet:& ñ h;:neq; petit:ut iscite legit plo.sufragātib9 ēt huic nr̄ę lectiōi co.ātiq;

VGOLETVS ET GRAPA.

Patrizat

Destinare

Arrabo

VGOLETVS ET GRAPA.

Danisticus

Mēdacium calidum

¶ MAlū qđ isti. Isti addēdū fuit ex codicibus antiqs: & metri: & sniæ necessitate: loquitur Tranio de Danista. ¶ Danisticū: fœneratoriū: possessiuū est græcum a danista. ¶ Qua in regione. Teuropides interrogat a traniōe: qua in regione filius emerit illas ædes. ¶ Ecce aūt tranio: qui mēdaciū dixerat de emptione ædiū facta: rogatus nunc: qua in regione sint illæ ædes: nescit quid respondeat. Vnde ait: ecce autem perii nihil interim respondens hero roganti: pp qđ teuropides iteꝝ ait dicis ne hoc: qđ te rogo? ¶ Dicā. tranio rn̄det: se dicturū: in qua regiōe sed q̄rere nomē dn̄i tāq̄ oblitus illud sit. ¶ Quid fiet: p qđ fit. ¶ Calidū. Mēdaciū callidū appellat: qđ cito dr̄: dū res exigit: alias si differtur: frigidū uī. ¶ Quicquid di dicūt: quicquid dei dicūt: inquit: & suggerunt i mētē meā: decretū est mihi dicere. ¶ Iā cōmētus. fies? interrogatiue: hoc est repperisti ne adhuc nomen: & domini: & regionis? ¶ Di istū perduint: dii inquit perdāt istū hoiem: cuius nomen nequeo meminisse. ¶ Immo isthanc potius. hoc profert uoce summissiori: & intelligit teuropiden: qui illū aio exagitat nimis. ¶ De uicino hoc proximo: hoc iā altiore uoce respōdet teuropidæ: & dicit: filium eius emisse ędis de uicino hoc proximo. i. a uicino proximo Simone. ¶ Immo peroptimo: scribendū est peroptimo metri necessitate: & sniç cōgruitate: ut respondeat uerbis teuropidę: qui dixerat: non in loco emit perbono: immo iquit peroptimo. ¶ Atq₃ euocato aliquē intus ad te tranio: ita scribēdus ē uersus: & metri: & sententiæ ratione. Intus āt de loco significat: ut hic: & alibi apđ plautum pluries: & etiam apud alios: Interdū etiam in loco significat. Euoca inquit o tranio aliquē ad te de intus: qui mihi has ædes cōmostret. ¶ Ecce aūt nunc iterum. loquitur tranio hærens: ac dubius qđ faciat: quū iam eius technæ sint apparituræ. ¶ Quid nūc. s. faciā? ¶ Nō hercle ego: qđ nūc faciā scio: ita scribēdus uersus est metri necessitate: & sniç cōgruitate. ¶ At hic sūt mulieres: hic scribēdū ē: & nō hic: ex codicibus antiqs. hæc āt est excusatio tranionis: ut mulieres eē dicat in illis ædibus: itaq₃ nescire: an uelint: nolit ue aliquē igredi. ¶ Vtrū eæ uelint. scribeñ. ē: & non utꝝ eē uelint: ut legit plod. ¶ Bonum tu: æquūq₃ oras: tu addēdū fuit metri necessitate. ¶ Ego hic tātisper dum exis te operiar foris: ita scribēdus ē uersus: & metri: & sentētiæ cōgruitate: & ex codicibus antiquis: in qbus scriptū est: dū exis te operiar foris. ¶ Dii te: deæq₃ oēs. trāio flicto ibi teuropide sene discedens: hæc dicit.

Intus

Funditus

¶ Fūditus: penitus: ex toto: aduerbiū est a fundo tractum: ut a medulla medullitus. ¶ Ita mea consilia undiq₃ oppugnas mala: ita obstas undiq₃ & aduersum his meis malis cōsiliis: & dolis. Hic āt alius error est peruersiōis maxie: nō. n. seqt. ¶ Ego illū añ ædis p̄stabat ut scriptū ē i oib₉ codi. sed seqtur ex sniç cōgruitate: & seqla. ¶ Danista ēt respicis: nā postq̄ senex danistę dixerat. Adolescēs mecū habe rē: & ipse rn̄dit. ¶ Sat hēo: si cras fero: teuropides & tranio ibi una loqui cœperūt: & dixerūt q̄cūq₃ suprascripta sunt: Danista uero sp ibi remāserat: nec discesserat illic: nā ut uī: nō ipe Danista dn̄s erat: sed qdā adolescēs: & ut adolescētū mos ē: nō multū ꝑpere res dn̄orum peragere: ibi morā traxerat: usq₃ dū trāio discederet a teuropide pgēs uocatū aliquē foras ab ædibus Simōis ficte ēptis: ut supra: Quē qdē danistā uidēs tranio: & p̄teriēs tetigit manu: fortassę appr̄hēdēs illi mētū: uel malā. ¶ Dāista ēt re. q̄si diceret: qd me adhuc respicis: q̄si debitorē tibi: quū herū meū Teuropi. tibi debitorē tradideri? uñ ille rn̄det. ¶ Mihi mo. ne sis: uerbis tuis. s. ¶ Vide: ut fastidit simia. Simia uerbū ē cōtumeliosū: ac si diceret bellua: iō rn̄det. Dāista. ¶ Mihi sū: sic sū. q. d. si simia sū: mihi sū: & sic sū: qd ad te? libet esse. ¶ Māes tu ne il. hoc ē qđ dixius supra: q pasit₉ illū tetigit: mētiī. n. plo. dicēs i codi. ātiqs scriptū eē: nūeras ne illico: imo māes aptissimis: & claris lr̄is scriptū ē i oib₉ codi. tā māu scriptis: q̄ i p̄ssis. ¶ Qui pasitus sū qdē: hic pponēda est psona traniōis: & hi uersus ita scribēdi sūt: ut diximus: q̄q̄ mancos: mutilosq₃ illos legat plo. ɔtra metricā rōne.

Simia

Tra. Malū qđ isti dii deæq₃ omnes duint.
Ita mea consilia perturbat planissime.
Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius:
Nec minus bono cum iure q̄ danisticum.
Te. Qua in regione istas ædis emit filius?
Tra. Ecce aūt perii. te dicis ne hoc quod te rogo?
Tra. Dicā. sed nomen domini quæro quod fiet.
Te. Age cōminiscere ergo. tr. quid agam nunc iam?
Nisi in uicinū hunc proximū mendacium
Eas emisse ædis dicā huius filium.
Calidū hercle audiui esse optimū mendacium
Quicquid dii dicunt id decretum est dicere.
Te. Quid igitur iam cōmentus? tr. dii istum perduint
Immo istunc potius. de uicino hoc proximo
Tuus emit ædis filius. te. bona fide?
Tra. Siquidem es argentum redditurus: tum bona
Si redditurus non es: non emit bona.
Te. Non in loco emit perbono. tr. immo peroptimo
Te. Cupio hercle inspicere has ædis. pulta dum fores
Atq₃ euocato aliquem intus ad te tranio.
Tra. Ecce autem nunc iterum quid dicam nescio
Iterum iam ad unum saxum me fluctus efferunt
Quid nunc? nō hercle ego quid nunc faciā scio
Manifesto teneor. te. euoca dum aliquē foras
Roga circūducat. tr. heus tu at hic sunt mulieres
Videndum est primū: utrū eæ uelint ne: an nō uelint
Te. Bonum tu æquūq₃ oras. percontare: & roga
Ego hic tantisper dum exis: te operiar foris.
Tr. Dii te deæq₃ oēs funditus perdant senex.
Ita mea consilia undiq₃ oppugnas mala.
Danista etiam respicis? Da. mihi molestus ne sis.
Tr. Vide ut fastidit simia. Da. mihi sum: sic sum
Libet esse. quid id tu curas? manes tu ne illico
Impure parasite? tr. quin parasitus sum quidem.
Da. Ego enim dicam: cibo perduci potes quouis.

¶ Quia

¶ QVia te eratus amat. Quia inqt te amat danista herus tuus æratus: & pecuniosus te ferocē: & supbā facis. Conuitus aūt se simul lacessunt tranio & danista: sed turpitudinē insimulati probri cauta loquutiōe contegunt. ¶ Nū oculi dolēt. i. nū nā mihi inuides? Inuidia. n. plurimū pp oculorū sensum nascit: qa uidētes alterū fortunatiorē illius fortunis dolere solēt: sed qa tranio respōdit cur? uertit danista sermonē in aliā sniam: & inqt. ¶ Quia fumus molestus ē: Solet. n. ēt fumus oculos molestare: & ita per transuersam oblocutionē oīno id itelligit: an mihi iuides? an meū bonū oculis tuis nocet? ¶ Plūbeos nūmos: ac si diceret pecuniæ falsæ sculptor: & hoc: qa danista: & pecuniē mutuatur: fœneratorq;. ¶ Is me suā: uerba sunt tranionis: & nō danistæ: ut corrigit doctus Sarrace. hoc dicit: noui te: & cōuersus ad auditores ait. is danista. s. optat sibi me culcitrulā: hoc ē: cupet me subigere: nec scribēdū ē rus. ut idē Sarra. inaniter expōit. ¶ Si so. sis: danista loqt. ¶ Tibi ob. trāio loqt. ¶ At. t. me. pes. dāi. loqt ñ sēsu: ac tu mecū pessume te geris. s. ñ exhibēdo mihi pecuniā: quā dēs. ¶ Aduersus qso. trāio loquit in hanc sniā: Iā desine habere sermonē de istis rebus aduersus me: hoc ē de re pecuniaria nihil amplius me appelles. ¶ Faciā: rñdet danistæ: nō amplius te appellabo: sed pulsabo fores: ut philolaches. s. uel teuropidē rogē: qui mihi argentu; reddant. ¶ Heus ecqs: uidēs tranio illum pulsare uolētē: cœpit clamare: & q̄si uocare: qui in domo essent: ut exirent ad propellēdū danistā: fores uerberare uolētem: uñ dāista & ipse clamās inqt. ¶ Ecqs huc exit: atq; aperit: deīde secū ait. Nemo hic qdē foras exit: ut eē addecet: nā ianitores solēt in limine ædiū cōsistere: & rñere aliquid rogātibus. Tu; addit. ¶ Sed eo magis cauto ē opus: sed pfecto inqt mihi cautio est: ne qsq̄ huc exeat: q me mulctet male: uñ illinc danista recedere cœpit. ¶ Sequit aūt hic: nō: Quid tibi uisum ē hoc mercimonii: ut in oībus codicibus scriptū ē: nō enim snia cohæreret: & oīa pposterа irent: sed sequitur. ¶ Fuge optume: eccū dominus ædiū foras. Fuge inquit tranio danistæ iā: ut diximus: inde recēti. postea secū ait. ¶ Optume eccū. Ecce inquit cōmodū Simo dominus ędiū: de quibus hero meo uerba feci: exit foras: ad quem ibam: ut uiderem: si Teuropides illas inspicere poterat. ¶ Huc concessero: huc inquit tranio paulū diuortā: ne me uideat. ¶ Dū in senatū cōsilii in cor cōuoco. i. dū cogito: quo illū sermōe aggrediar. ¶ Igit tū accedā: ita scribendū est metri necessitate: & ex codi. antiquis: in qbus itur tū accedā legit. Et sic finis ē hu⁹ scenę.

Tr. Ferocē facis: qa te æratus amat. Da. nū oculi dolent?
Tr. Cur? da. qa fumus molestus est. tr. tace sis faber
Qui cudere soles plumbeos nūmos. da. non potes
Tu cogere me ut tibi maledicā. tr. noui te
Is me suam quidem pol optat culcitrulam.
Da. Si sobrius sis: male non dicas. tr. tibi obtēperem
Quū tu mihi nequeas? da. at tu mecū pessume.
Tr. Aduersus quæso hercle abstine iam sermonem
De rebus istis. da. faciam & pultabo fores.
Tr. Heus ecquis hic est, maximā qui his iniuriam
Foribus defendat. da. ecquis huc exit: atq; aperit?
Nemo hinc quidem foras exit, ut esse addecet
Neq̄ homines ita sunt. sed eo magis cauto est opus
Ne quisq̄ huc exeat qui me multet male.
Tr. Fuge. optume eccum dominus ædium foras
Simo progreditur ipsus. huc concessero
Dum mi senatum consilii in cor conuoco
Igitur tum accedam huc: quando qd agā inuenero.

QVINTVS ACTVS.

Tranio. Teuropides. Lorarii.

QVi hō timidus erit ī dubiis rebus, is nauci nō erit.
Atq; equidē, quid id eē dicā uerbū nauci, nescio.
Nā herus me postq̄ rus misit, ut filiū suum accersere
Ab illo per angiportum ad ortum nostrum clāculū
Ostium. qđ in angiportu est orti, patefeci fores.
Eaq; eduxi omnē legionem, & mareis, & fœminas.
Postq̄ ex obsidione in tutum eduxi maniplares meos.
Capio consilium, ut senatum congerronem conuocem.

QVi hō. Oīfariā detecta tranionis fallacia: sidiq; ipse turbabit hic a teuropide: illic a danista: sed ī tāta rex angustia positus aium nō submittet: qn a cōstitutis insidiis deflectat. ¶ Nauci nō erit. i. nō puifaciēdus: nec nihili reputād⁹: de quo uerbo Fes. pſa. ¶ Per angiportu; . de quo mētio abūde supra fcā. ¶ Omnem legionem. s. sodalium & conuiuarum.

SARACENVS.

QVi hō timid9 erit. Theuropides dū traniōi parat isidias: iubetq;: qs emisse filiū suū aiebat ædes adire: ac eorū fores pulsare: quo a simōis seruis cōphēderet tranio isidias aiaduertēs: i arā pfugit: quo se redderet tutiorē. ¶ Is nauci nō erit: nō erit iqt puifaciēdus diximus nauci supius: qd ueteres appellarit. ide adiectiuū fcm hic & hęc & hoc nauci: ut mācipi: & neomancipi. uelut tradit Pris. ¶ Eduxi oēm le. i. cōuiuax multitudinē. ¶ Ex ob. q̄si uero exercitus obsessus eēt: atq; interclusus: ita loquitur: i qua permanens similitudine. ¶ Eduxi. inquit manipulares meos. q. d. milites sub meo merentes manipulo. ¶ Senatum congeronem conuocem. ut nugatorum inquit senatum congregem.

VALLA.

q Vi hō timidus erit ī dubiis rebus: uersus ē tetrameter brachicatalecticus: septē ɔstās pedibus. Trāio lętícia plenus īducit exultās: qa dolis suis: & senē teuropidē multifariā eluserit: & nūc demū ɔtubernales adolescētes cū scortis ex ędib⁹ ipius teuropidę: quē p certo h; fraudes ipius didicisse i aliu; tutū locum traduxerit. ¶ Nauci ñ erit. Nauci: ut i uocabulario nro dixius: mēbranula ē i medio nucis iugulādis: uel nucle⁹ oleę: aut putāen nucis: & iterdū p nihil accipe: ut si dicas: tu es nauci. i. nihili: ñ p ea mēbranula: ut nucleo: aut putāine accipit: tanq̄ si diceret: hō timidus i dubiis reb⁹ ñ ē ulli⁹ pcii: ñ ualet cassā nucē: aut oleę nucleū: q̄ ullissima sr. ¶ Ab il. pāg. ad or. no. clā. s. prexi: iui. ¶ Ostiū: qđ i āgiportu ē orti: patefeci fores: ɔstrue sic: patefeci fores ei9. s. ostii: qđ ostiū ē i āgiptu orti.

VGOLETVS ET GRAPA. Nauci

SARACENVS

¶ QVOniã. Vel qa: uel postq̃. ¶ E senatu segregãt. Nõ admittũt ad colloquiũ: sʒ iter se secreto loquũt. ¶ Verti rẽi meo foro. De mea re agi: & in meã ceruicẽ cũcta ruere. Cõtra limẽ astate. ¶ Alloquit̃ seruos: & lorarios: ut signo dato in tranionẽ irruãt. ¶ Talẽtis a magnis. Errãt ꝑfecto: q opinant̃ simonẽ loq hoc loco: puto sine cõtrouersia potius tranionẽ: tãq̃ rursus a teuropide iterpellatum: q̃ta pecunia ędes filius emerit: magnis ergo talentis dixit: qa ut supra rettulimus talentũ multiplex erat sed cuius fuerit põderis talẽtuʒ magnũ ex Pla. clare liq̃t ẽẽ .lxxx. libraꝝ: qd̃ et Serui. uĩ affirmare: dixit .n. supra Pla. q̃tuor q̃draginta illi debẽt̃ minę: duo talẽta signans. ¶ Quot ego: & tu sumus. Hoc itulit per iocũ ingens: duo tm̃ talento esse persoluẽda. ¶ Nã postq̃ ædis uiderat .s. spiritibus: & laruis uexari: uel lege uendiderat. ¶ Heus iã aperit meridies. trãio supra danistæ mãdauerat: ut rediret ad meridiẽ pecuniã recepturus: cuius rei memor uidẽs danistã r̃dire. Iã meridiẽ aduẽtasset dicit: ꝑpterea conuersus ad teuropidẽ mãdat ꝑsolui debituʒ: pulchre ergo & elegãter absolue uomitũm: dixit .i. reddas: quod redditurus es. ¶ Nempe abs te petit: Scilicet debitum solutũ iri. ¶ Callidum. Astute adinuentum. ¶ Bona fide: Cuʒ ironia: nam sciebat cuncta tranionẽ mentiri. ¶ Dii istum ꝑdiunt .s. patronum ædiũ: cuius nomen fingit non recordari: postea imurmurans dicit: imo istunc potius .s. teuropidẽ: & deinde tanq̃ redierit in memoriã: uicini inquit ædes emisse filiũ: omnia nanq̃ ista a plauto cum decoro posita sunt: ostendens animum seruile meticulosum & in ambiguo positum: uaria captantẽ cõsilia. ¶ Pulta fores: Hoc dicit: ut possit tranionẽ a loco dimouere: & in illum manus iniicere. Qui præ metu non audebat appropinquare. sed ubi terno legitur legẽdum Tranio. ¶ Ad unum saxũ fluctus efferũt. Translatio ab his q̃ pta: q facturi sunt naufragium. ¶ Quid agat. Vl̃ potius quid agas. ¶ Docte: astute: & q̃ secunt̃: Verba potius sunt teuropidis & illi magis accõmodata q̃ Traniõi: q̃rebãt .n. illũ dolo cape: ꝑpea dicit se dissimulatuꝶ quicq̃ scire: consiliũq; suũ nolle palã facer. ¶ Mittã lineã. Ac dixisset paulati me isinuabo: q̃ sit linea docet Geometrę: ẽ .n. corpus unius tm̃ dimẽsiõis lõgitudis .s. q̃ fit ex pũcto ꝓtracto: q̃ si geminet̃ alteꝶ facit corpus duarũ dimensionũ lõgitudinis: & latitudinis q̃ duplicate ita ut duæ subiectę sint: & duæ superpositæ solidum efficiẽt corpus: longũ: latũ: & profundum. ¶ Pollicitus est dare quæstioni. Vel inquisitiõi: & examini: uel controuersiæ: ac defensioni. ¶ Mãcipio. Vẽditiõis iure. Quęstioni accipere seruos. Senex seruos accerserat: ut tranionem caperent: & uinciret: quã captionẽ facile ꝓuidit Tranio:

Talentum cuius ponderis sit.

Absoluere uomitũ qd sit.

Linea qd sit

Quem quom uocaui, atq; illi me e senatu segregant.
Vbi ego uideo rem uorti in meo foro, quantum potest
Facio idem, quod plurimi, quib' res timida aut turbida est.
Pergont turbare usq;, ut quod sit, cœpit conquiescere.
Nã scio quidẽ nullo pacto iã esse posse clã senem.
Sed quid hoc, q̃ foris concrepuit proxuma uicinia?
Herus meus hic quidẽ est. gustare eius sermonẽ uolo.
Te. Illic uos itra limẽ astate, ut quom extẽplo uocẽ,
Continuo exiliatis, manicas celeriter connectite.
Ego illum ante ædeis præstabo ludificatorem meum.
Quoius ego hic ludificabo coriũ si uiuo. tr. res palã est.
Nunc te uidere melius est quid agas cũ illoc tranio.
Te. Docte atq; astute mihi captandust, ubi huc aduenerit.
Non ego ita extẽplo meũ ostendã sensum. mittã lineã.
Dissimulabo me horũ quicq̃ scire. tr. o mortalẽ malũ.
Alter hoc athenis nemo doctior dici potest.
Verba illi non magis hodie quisq̃ q̃ lapidi potest.
Aggrediar hoĩeʒ. appellabo. te. nũc ego ille huc uẽiat uelĩ.
Tr. Si quidẽ pol me q̃ris, adsum præsens p̃senti tibi.
Te. euge tranio quid agitur? tr. ueniunt ruri rustici.
Philolaches iã hic aderit. te. edepol mihi opportũe aduẽit.
Nostrũ ego hũc uicinũ opinor esse hoĩem audacẽ, & malũ.
Tr. Qui dũ? te. q negat nouisse uos. tr. negat? te. nec uos sibi
Nũmũ unq̃ argẽti d̃disse. tr. abi ludis me, credo, had negat.
Te. Imo ædepol negat ꝑfecto, neq; ædeis philolachi
Vendidisse. tr. eho an negauit sibi datũ argentũ obsecro?
Te. Quin iusiurandũ pollicitus est dare, si uellẽ, mihi.
Neq; se hasce ædeis uendidisse. neq; sibi argentũ datũ.
Dixi ego istuc idem illi. tr. qd ait? te. seruos pollicitust dare
Suos mihi omnes quæstioni. nugas nunq̃ mihi
Aedepol dabit. tr. dat ꝑfecto. te. q̃n illũ ius cõueniam.
Mane experiar, ut opinor, certũ est. tr. mihi. hoiem cedo.
Te. Quid si igit' ego accersã hoĩes? tr. factũ eẽ iã oportuit.
Vel hoiem iube ædeis mãcupi poscere. te. imo primũ uolo
Quæstioni accipere seruos. tr. faciũdũ ædepol censeo.
Interim ego hãc arã occupabo. te. qd ita? tr. nullã rẽ sapis.
Ne eni illi huc confugere possint, quæstioni quos dabit
Hic ego tibi præsidebo, ne ulla interbitet quæstio.
Te. Surge. tr. minie. te. ne occupassis obsecro arã. tr. cur? te.
Quia .n. id ita maxũe uolo, illi istoc cõfugiãt sine. (scies.
Tanto apud iudicẽ hunc argenti condẽnabo facilius.
Tr. Quod agis, id agas. qd tu porro uis serere negociũ?
Nescis q̃ meticulosa res sit ire ad iudicem?
Te. Surge dũ huc. ẽ cõsulere igitur quidã, qd̃ tecũ uolo.
Tr. Sic tñ hinc cõsiliũ dedero, nimio plus sapio sedens.
Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.
Te. Surge, ne nugar, aspice dũ ɔtra me. tr. aspexi. te. uides?
Tr. Video. huc si quis intercedat tertius, pereat fame.
Te. Qui dũ? tr. qa nihil q̃sti sit. mali hercle ãbo sumus.
Te. Perii? tr. qd tibi ẽ? te. dedisti uerba, qui tandẽ probe
Me emunxti? tr. uide sis satine recte nummi huic affluunt.

te. imo etiam cerebrum quoq; omnẽ e capite emũxisti meo.
Nam omnia malefacta uostra reperi radicitus.
Non radicitus quidem hercle, uerum etiam eradicitus.
Nunq̃ ædepol hodie inultus destinauerim tibi.
Iam iubebo ignem, & sarmenta carnufex circundari.
tr. Ne faxis, nam elixus esse, q̃ assus solea suauior.
te. Exempla ædepol faciam ego in te. tr. quod placeo exem plum expetis.
te. Loquere quoiusmodi, quom hinc abibam, reliqui filiũ?
tr. Cum pedibus, manibus, cũ digitis, auribus, oculis, labris.
te. Aliud te rogo. tr. aliud ego nunc tibi respondebo.
Sed eccum tui gnati sodalem uideo huic incedere
Callidatem. illo præsente mecum agito, si quid uoles.

nio: qui cum illos uidisset aram sacram occupauit: & tanquam in tutissimum locu; se receperat. ¶ Interbitat: Interuenit. ¶ Setere negocium: Idest litem & controuersiam incohare. ¶ Quæsti: ut domi: & tumulti sicut notat Dona. ¶ Dedisti uerba. Nunc iratus teuropides ostendit: se delusum a seruo. ¶ Emũxti probri. Est emũgere nares purgare: & quandoq; emunctum dicimus pecuniis exhaustũ: ut emũxi argento senem dixit Teren. probrum autẽ flagitiu;: & scelus: & pro ignominia metaphorice ponitur: ut hoc loco: probri: idest cum probro: cum ignominia: & dedecore. ¶ Emũxi he;. Legas emũxti: pro emunxisti. ¶ Iam iube ignem: & carne; carnifex circundari: Lege re; hoc modo: iam iubeo ignem: & sarmenta carnifex circundari. Sunt enim sarmẽta uirgulta uitium abscisa superuacua. Quę facile ignem suscitant. ¶ Cuiusmodi reliqui filium: idest morigeratum bene institutum: tua autem causa repperi malis moribus contaminatum.

Emũgere quid sit

Sarmẽta q̃

¶ QVOniam eum uocaui. quoniam pro postq̃ Donatus exponit. ¶ Verti rem in meo foro: idest litem in me resolui: & humeris meis imponi. ¶ Contra limen astate. simonis seruos admonet: ut instructi maneant ad tranionem cõprhendendum. ¶ Manicas celeriter connectite. manibus uincula iniicite. ¶ Talentis magnis. diximus nãq; talentu; magnum paruum & medium esse. ¶ Hinc sumpsit: quas uidemus: a danista: quas cernimus. ¶ Iam appetit meridies: idest aduentat: ita Liuius: iam uer appetebat. ¶ Absolue hunc q̃so uomitum. Euome tandem hanc tuam indignationem. ¶ Quam danisticum. Nullum inquit genus hominum est magis tetrum planeq; perniciosum q̃ fœneratorũ genus. Danisticum enim fœneratorium dicit. ¶ Quid igitur iam commentus: iam in memoriam reuocasti? Comminiscor enim commentus sum: tam recordor q̃ confingo significat. ¶ Aliquem intus a te tranio. uoca inquit quempiam uerbis tuis. ¶ Ante ædis præstabo. pro foribus sistere faciam. ¶ Cum illoc: subaudi theuropide. ¶ Meum ostẽdam sensum. aperiam quid sentiam. ¶ Mittam lineam. quasi piscium captator: in quos linea mittitur. ¶ Verba illi. subaudi dare non magis potuerit quispia;: q̃ si ad lapides uerba habeat. ¶ Suos mihi omnes quęstioni. ut ex his potissimum q̃reretur: uerum nec ne id sit. ¶ Mancipio poscere: idest ut mancuparentur planeq; obligarentur: quid mãcipium a nexo distet supra abunde dictum. ¶ Imo primum uolo. quandoq; primus ordinem inquit. Pris. significat sicut secundus & tertius. Cuius aduerbium primum & primo quandoq; superlatiuum: cuius positiuum pridem: & comparatiuum prior & deriuatiuũ nomen primates: ut optimates dicimus: sicut a prima significatione primæ primarum: ut intelligantur partes. Ci. in bruto. Ex his Cotta & Sulpitius cum meo iudicio tum omniu; facile primas tulerunt: & iterum erat excellens iudicio uulgi: & facile primas tenebat. ¶ Hic ego tibi præsidere: presidem me esse uolo. ¶ Interbitat: Interueniat. ¶ Ne ocubassis: pro ne occubueris. ¶ Quã meticulosa res sit: idest referta metu: ac formidine. Quasi a meticula: quod in usu uerbũ non est: dicimus meticulosum. ¶ Intercedat tertius: inter te & me. ¶ Pereat fame. peribit inquit fame quia nec a te: nec a me quicq̃ indipisci possit. ¶ Cerebrum quoq; omne: ne capite emũxisti meum. Eduxisti inquit e capite meo cerebrum: ita ut effluat. ¶ Inuito subaudi mihi. ¶ Destinabit tibi: subaudi filius destinare absolute positum deliberare significat. Iuue. Laudo tamen uacuis quod sede; figere cumis: destinet. Transitiue autem mittere idem. Destinat hoc monstrum cymbræ: liniq; magister: Pontifici summo. ¶ Iube igne; & sarmen: idest sarmentum. Fere enim in mentum facientia ueteres in en proferebant. munimen munimentũ: monumen monumentum: testamen testamentum: uestimen uestimentum: calciamen: calciamentum. ¶ Exempla ædepol faciam ego in te: ita te inquit castigabo: ut aliis facile exemplo esse queas. ¶ Huc cedere. pro concedere.

VALLA. Qm̃ p post q̃.

Comiscor qd significet.

Destinare quid sit

¶ QVEM quum uocaui: quem senatum postq̃ uocaui: ita enim scribendum censemus: & non: quoniam conuocaui: ut fere habent codices. ¶ Atq;: idest statim. ut Virgilius atq; illum in præceps pronorapit alueus amni. ¶ Illi me e senatu segregant: illi loquuntur inter se: non admittentes me ad suos sermones. ¶ Vbi ego uideo rem uerti in meo foro. Ita scribendus est uersus metri ratione: idest quum aduerto rem ad me attinere: & in ceruicem meam omnia declinare: & sic quasi ante tribunal meum causam actitari: quia ego sim: scilicet ad quem pertineat iudicare: & mihi consulere. ¶ Vt quod fit: cœpit conquiescere: ita scribendus uersus est metri necessitate: & sententiæ congruitate. ¶ Vt: idest donec. id quod fit cœpit ad quietem: & tranquillitatem peruenire. ¶ Clam senem: clam cum actiuo & ablatiuo construitur. ¶ Sed quid hoc: ꝙ foris concrepuit: ita scribendus uersus est: absq; est: metri necessitate. ¶ Gustare eius sermonem uolo. Ita scribendus & hic uersus est: & delendum ego metri ratione. ¶ Gustare autem pro sub auscultare positum est. ¶ Illic uos intra limen astate: ut quum extemplo uocem. Ita scribendus uersus est: & non illico contra limen astate illic: ut legunt plodius: & Sarrace. interpraetes contra metri rationem: & sententiæ congruitatem. Teuropidæ sermo est ad lorarios seruos Simonis: quos locat intra limen ædiu; Simonis: ornatos loris: & manicis ad uinciendum tranionem: quem sperat se bonis uerbis illuc adducturum: donec ipsi exiliant: & illum compræhendant: ac uinciant. Manicæ dicuntur uincula manuum. Virgilius manicas: atq; arcta leuari: uincla iubet Priamus: sicut pedicę pedum uincula sunt. Idem. Tu; gruibus pedicas: & rętia ponere ceruis. Hic autem sequitur: non talentis magnis: ut scriptum est in omnibus codicibus: sed. ¶ Ego illum ante ædis præstabo ludificatorem meum: ego inquit præstabo uobis illum: idest adducam: & tradam uobis hic ante ædis: nec scribendum est præstolabor: ut corrigit insulsissimus plodius interpręs contra metri rationem: & codicum omnium ueterum: & nouorum scripturam. ¶ Nunc te uidere melius est: quid agas cum illhoc Tranio. Do-

VGOLETVS ET GRAPA. Atq; p statim

Gustare.

Manicæ.

ãe:atq; aſtute mihi captãduſt:ubi hoc aduenerit. Iſti duo uerſus ita ſcribi debent:& metri ratione:& ſententiæ con
gruitate:quos omnino corruptos:& confuſos præterierũt:duo rudes interpretes plodius:& Sarracenus:ut pote nõ
intellectos:hic ſenſus eſt:loquẽte Tranione ad ſe ipſum:o Tranio:audis:quæ dicat:nunc melius eſt:ut uideas: quid
cum illo agas:ideſt quomodo te erga ipſum geras:& ab illo non plectaris. illa enim duo uerba cum illhoc. quæ erãt
in ſecundo uerſu debent ſcribi in primo poſtea loquitur Teuropides ſenex dicens: docte:atq; aſtute mihi captãdu
eſt:quum huc aduenerit hic Tranio ſceleſtus. ¶ Non ego ita extemplo continuata uerba ſunt teuropidę dicentis: ſe
non oſtenſurum tranioni ita ſubito: quid in pectore habeat:ſed miſſurum lineam: quo in loco plodius garrit mo

Linam mittere.

re ſolito:intelligens lineam hamatam dicere: a ſimilitudine illius qua piſces capiuntur: immo potius mittam lineã:
cenſemus illum dicere:per metaphoram a pictoribus:qui ubi pingere aliquid uolunt:lineam prius umbræ cuidam
ſimilem mittunt:per quam ipſi picturam dirigant:ſed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprçhendi poteſt de pi
cturæ futurę. ¶ O mortalem malum. Tranionis uerba ſunt audientis hic Teuropidæ uerba:& deridentis:ac dicen
tis:o mortalem malum:ac ſi diceret:o hominem aſtutum:& qui ſe doctiſſimu; athenis putat:quemq; ego dolis me
is inſcitiſſimum:& excordem comprobo. ¶ Verba illi. Totum hoc a Tranione prolatum eſt:uerba inquit non ma
gis quiſq̃ huic tam docto ſeni dederit:q̃ lapidi: ac ſi diceret lapis eſt:& ſe doctum cenſet. ¶ Quam lapidi poteſt:ſcili
cet dare:nam non conueniunt Simoni hæc uerba:ut ait plodius. ¶ Aggrediar hominem. Tranio continuans ſermo
nem ſuum:ſe illum appellaturum ait:& dum ſe mouet illum alloquuturus: Teuropides inquit. ¶ Nunc ego ille huc
ueniat uelim:nunc inquit optarem illum Tranionem ſceleſtum huc uenire: dum lorarios paratos habeo. ¶ Siqui
dem Tranio loquitur:offerens ſe Teuropidæ hero. ¶ Adſum præſens:ita legendum eſt: ſententiæ congruitate:&
non id ſum:ut fere habent codices:& plodius legit. ¶ Euge tranio:quid agitur. Ecce q̃ blande Teuropides Tranio
nem appellat: ſicut ſupra ſe facturum dixerat:quum ait:docte:atq; aſtute mihi captanduſt:ubi huc aduenerit:&c.
¶ Veniunt uiri ruſtici. reſpondet Tranio: qui reminiſcitur ſe miſſum fuiſſe uocatum philolachem:quem ruri eẽ ſe
ni dixerat:& dicit ruſticos rure uenire:hoc eſt philolachem:qui ruſticatus ſit iam aliquot dies:ruri autem pro rure
poſuiſſe uidetur:niſi potius rure ſcribendum ſit q̃ ruri. ¶ Noſtrum ego hunc uicinũ:ecce q̃o mittit linea;: ut ſuperi
us dixit ſe miſſuꝝ. ¶ Neq; ędis philolachi uendidiſſe: ita ſcribendus uerſus eſt:& non neq; ſe haſce ædis metri rõne.
¶ Eho an negauit:an addendũ fuit ex codi. antiqs:& ſniæ concinnitate. ¶ Neq; ſibi argentũ datum:ſubaudi eẽ: non
aũt aſcribe metri rõne. ¶ Dixi ego iſtuc idẽ illi:eſſe datũ argentum. ſ. ¶ Nugas unq̃ mihi:oñdit Teuropides ſe loq de
Simone: q nugas nunq̃ ſibi dabit:ſed intelligit de Tranione ibi pñti:quaſi dicat: ego illum ita plectam:ut nugas nõ
mihi fruſtra dederit:& qa dicit nunq̃ dabit:rñdet ueterator Tranio ad hoc dicens. ¶ Dat pfecto:uidetur. n. dicere:
q Simo dat profecto ei nugas: ſed intelligit de ſe q̃ſi dicat: dat pfecto tibi nugas tranio. ¶ Quin illum in ius inueni
am. Eiuſdẽ tranionis uerba ſunt dicentis:ſe citatuꝝ in ius Simonẽ:& expertuꝝ mane contra eum legẽ:modo eũ re
periat. ¶ Quid ſi igitur. Teuropides iã propinquans domui Simonis quærit modũ:quo ſine ſuſpicione Tranionis
euocare poſſit ſeruos:qui eum uinciant: unde quũ Tranio dixerit:ſe conſtituiſſe legẽ experiri:& in ius uocare Simo
nem: reſpondet:quid ſi igitur ſeruos illius uoce;:ut ab eis interrogare poſſis:& diſcere:quæ illis teſtibus probare ue
lis in iudicio. ¶ Factum eſſe iam oportuit. Tranio loquitur:quaſi dicat:fac ut libet:quid tantum moraris:iam feciſ
ſe debueras. ¶ Vel hominem iube ædis mancipi poſcere:ideſt uel ſi ędes Simo habere intẽdit:eas a te emat:& ſic po
ſcat eas ſibi mancipi. Mancipi res appellauit antiquitas: q manu captibiles alienari poſſunt:& emptione mancipi:ſi
ue mancupi acquiri dicuntur:quę manu capi poſſunt:ac ſi diceremus mancipi rem:ideſt emi bilem:& quę emi poſ

Mancipi:

teſt. Manceps autem emptor appellatur: q manu ſublata authorem ſe emptionis aſſerit. Et inde mancipia dicuntur
ſerui:ancillæq; empticiæ:quaſi manu ſublata empta:uel q manu ab hoſtibus capta eſſent. ¶ Immo primu; uolo: pi
perabat Teuropides:ut quod maxime prætendebat:ſerui exilirent ad compræhendendum Tranionem. Ille autẽ
qui hoc iam prçuiderat:aram ſibi quandam ibi uicinam animo oculis propoſuerat:in quam confugeret:ne caperẽ
tur:quod ſenex non aduerterat. Interim ego hanc aram occupabo: dum ſenex properat uocatum ſeruos:audit Tra
nionem dicentem:interim ego hanc aram occupabo:unde reſtat:dicens. ¶ Quid ita? ideſt cur occupare uis aram?
ſciebat enim ſe tum demum illum habere non poſſe:ſi aram occuparet:quia non licet ad aram confugientem ui ex
trahere. ¶ Nullam rem ſapis:tam ſceleratus erat Tranio:ut ad omnia:& uerba & facta prompta haberet: nihil ſa
pis inquit o Teuropidæ:quaſi diceret:credebas fallere me:& uinciri facere: at ego plus ſapio:quia mihi caui: ne id
faceres:ſed aliam rationem adducit:ut adhuc ſenem ludificet: & ait:ego prçſidebo tibi hic in hac ara:& curabo qd
maxime in re tua eſt:ne illi ſerui Simonis:quos quæſtioni:ideſt examinari tradere uelle ais:ſint tibi quçſtioni:ideſt in
quiſitioni:& ſic ludit in nomine quçſtio. ¶ Quos dabit:dabit ſcribendum eſt ex codi. antiquis:& ſententiæ congrui
tate:quia ſubauditur Simo:iuxta illud:quod ſupra dixit. Seruos pollicituſt dare ſuos mihi omnes q̃ſtioni:& nõ da
bis:ut corrigit plodius amens. ¶ Præſidebo autem ſcribendum eſt ex codi. antiquis recto ſenſu:nec opus eſt ſubaudi
re uolo:ut ait plodius inſulſus. ¶ Ne ulla interbitet quçſtio:plodius hic ſe prorſus rudem:& ignauiſſimum oſtendit:
litteratorum:codices antiqui habent. præſidem bone interbitat:quis adeo eſt cecus:& ſomno obrutus: ut plodius?
qui neſciuit elicere ex his tribus dictionibus: p̃ſidebo ne interbitat:& interbitet ſcribendum eſt:non interbitat: ſi lati
nitati mere inſeruire uolumus:& addendum:ulla: metri neceſſitate. ¶ Ne occupaſſis obſecro aram. Tr. cur: Te. ſci
es. Ita ſcribendus eſt uerſus: metri & ſententię ratione:quæ eſt:ut Teuropides Tranioni dicat:ſed uoce quadam hu
mana:& ſuadenti ſimili:ac blandienti:ne uelis obſecro occupare hanc aram:bono aſpectu. Cui Tranio reſpondet:
Cur? & prçponenda eſt perſona Tranionis. ¶ Scies. prçponenda eſt hic perſona Teuropidę dicentis:ſcies quur uo
lim a te aram occupari:Plodius autem ſcopulis:& freto ſurdior:atq; incudibus obtuſior: legit armati cur ſient: aſſe
rens codices priſcos ita habere:& mentitur in ſuum caput:habent enim codices antiqui arma curſies:ex quibus inge
nii nr̃i facillitate deprçhẽdimus arã. cur. ſies. ſcribi debuiſſe:cũ interpoſitiõe pſonaꝝ:ſup quo nedũ doctiſſimos lit
teratoꝝ:ſed ipſũ quoq; plodiũ iudicẽ cõſtituimus. ¶ Quia eni id ita maxie uolo: hçc ẽ ratio:quã adducit Teuropi
des: ppter quã nolit arã a Traniõe occupari:ut ſerui illi. ſ. quos q̃ſtiõi accçpturus ẽ: poſſint:ſi uoluerint ad eã arã au
fugere:quia tum ſe magis ſuſpectos reddent: & tanto facilius Simonem condẽnabit argenti negati apud iudicem.

¶ Quod

¶ Quod agis:id agas. Tranio loqtur agas inqt:quod agis.i.fac quod facis:& ꝑseqre:quod cœpisti. ¶ Quid tu porro uis serere negocii:quid uis litē incohare:ex qua multū tibi negocii erit:¶ Nescis q̄ meticulosa res sit:nescis inquit tranio:q̄ sit res timoris plena ire ad iudicē:uidetur qdem tranio cōsulere hero teuropidæ:ut potius de plano uideat cōponere cū *Simone*:q̄ ire ad iudicē.sed non simplex est eius oratio:na; id illi significare uult sed occulte:nolle se discedere ex ara:ne sibi eundū sit ad iudiciū ipsius Teuropidæ:a quo puniat. ¶ Surge dum huc. Teuropide instat:ut Tranio surgat ex ara:& ad se eat:fingens hēre nescio qd:quod cū eo consulat:sed ille dolosus oīa intelligens respōdet. ¶ *Sic* tn̄ hinc consiliū dedero:q̄si dicat.Dic modo qd uelis:dabo ego tibi consiliū etiam hinc:sedens in ara:nam & plus sapio sedens.Et ex locis diuinis dant consilia firmiora. ¶ *Surge*:ne nugare. Teuropides adhuc instat:ut surgat:& ait. ¶ Aspice dū contra me. Adnutans.s.ei:& signum ondens beniuolentiæ.ille uero cautus rn̄det. ¶ Aspexi:ego inqt te aspexi satis. ¶ Vides:Teuropides signum iteꝝ aliquod ei facit:& dicit uides:cui rn̄det Tranio.Video:quasi dicat:qd ni uideo: ¶ Huc si qs intercedat tertius:pereat fame:Sumus inqt ambo tu & ego:tam fraudulenti:& ueteratoriæ calliditatis ꝑpollentes:q̄ si quis interueniret:q nos eludere uellet:procul dubio periret fame:quia nihil nobiscū lucraretur:q̄sti aute; pro q̄stus dixit:ut tumulti. ¶ Perii:hic tandē Teuropides aperte loquitur:& iratus delusum se a Tranione dicit. ¶ Dedisti uerba.i.fraudasti:& elusisti me. ¶ Qui tandē probe:qui me ꝓbe emunxisti:probe eni scribendu; est ex codi.antiquis:& recta snīa:non probri:ut legit plodius:exponens q probri.i.quanto probro contra oēm rectam grāmaticam. ¶ Videsis:satine recte nūmi huic affluunt:Ita scribendus est uersus:partim ex codi.antiquis partim ex snīę congruitate:quę est hæc:ut quū teuropides dixisset emunxti me:emungere aūt non ad nasum tantū tergendum ptinet:sed ēt ad marsupium:queadmodū uisus est teuropides in hoc significatu accæpisse:licet tranio dicat per irrisionē quanda;:ꝑfecto recte loqris:uide q̄ huic nummi bene affluunt:ut ab eo accipi possint:quasi dicat:qūo potui te pecunia emungere:si nullā habes: ¶ Immo ēt cerebrū quoq; omnē e capite emunxisti meo. Ita scribendus est uersus ex codi.antiqs:& metri ratione:imo inquit senex:non marsupium tantū:sed cerebrū quoq; mihi e capite emūxisti:& cerebrū omnem masculino gn̄e protulisse uꝛ:ut alibi nasum neutro. ¶ Non radicitus quidem hercle:ueꝝ etiam eradicitus:hic uersus addēdus fuit ex uetustis codicibus:ubi ludere uꝛ in duobus illis uerbis:radicitus:& eradicitus. ¶ Nunq̄ ædepol hodie inultus destinaueri tibi:nunq̄ profecto inqt ego hodie destinauerim:& cōduxerim tibi lorarios:inultus.i.qn de te supplicium sūmam:nā si legis neq̄o te hinc inuitū abstrahere:ara; hāc oēm igne circundabo:& sarmentis:teq; intus cremandū curabo:legendū est autem inultus:& destinaueri metri ratione:& snīæ congruitate. ¶ Iam iubebo ignē:& sarmenta carnifex circundari. Versus ita omnino scribendus est metri necessitate.& sententiæ cōcinnitate:& non:iam iube ignē:& carnem:ut legit plodius:multis ambagibus:& stultiloquiis dicens:se legere canē pro uinculo ferreo:& per aliam non illepidā lectionem:iube ignē:& acapna circundario furor hominis:q̄ se ille interdum euehit:tollitq; ultra hominis sensu;. ¶ Ne faxis. Ludit adhuc illum Tranio:dicēs:ne adduci huc ignem:& sarmenta iubeas ad me torrendum:quia elixus melior:q̄ assus esse soleo. ¶ Exemplum pessis:quia exempla pro pœnis accipiuntur:& dixerat teuropides:exempla ædepol faciam ego in te:hoc est pœnis te multabo:& exempla etiam sunt:quę ad aliorum imitationē sumuntur.ludit iterum tranio in dictione illa exemplū:& ait:scio cur exemplum habere cupis de me:quia tibi placeo. ¶ Cuiusmodi:idest q̄ bene moratum & institutum:ille autem deludens respondet:non ad mores:sed ad membrorum compositionem. ¶ Video huc icedere:ita scribi debet ex codicibus antiquis:& metri necessitate:& sententiæ congruitate:non:uideo hic cedere:ut legit plodius. ¶ Calliditatem.Et non callidamantem legendum est:ut alias diximus.

Callidates adol. Teuropides senex, Tranio Ser.

Bi somnum sepeliui,oēmq; obdormiui crapulam,
Philolaches uenisse mihi suū pegre huc dixit prēm
Quoq; mō hoiem aduenientē seruos ludificat⁹ siet.
Ait se metuere in conspectum illius accedere.
Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,
Qui a patre eius conciliarem pacem.atq; eccum optume,
Iubeo te saluere.& saluos,quom aduenis Teuropides

Me. Ecquid tu de odore possis, siquid forte olfeceris,
Facere coniecturam? captum sit collegium augurum.
Age dum odorare hanc quam ego habeo pallã quid olet,
Vt summum olfactare abstines? pe. uestimẽtum muliebre.
Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.
Me. Olfacta igitur hinc penicule lepide, ut fastidis? pe. decet.
Me. Quid igitur? qd olet responde. pe. furtũ. scortũ. prãdiũ.
Me. Nunc ad amicam defetur hanc meretricẽ erotium.
Mihi, tibi, atq; illi iubebo iam apparari prandium.
Inde usq; ad diurnam stellam crastinam potabimus.
Pe. expedite fabulatus. iam fores ferio. Me. feri
Vel mane etiam mille passum commoratus cantharum.
Placide pulta. Pe. metuis credo, ne fores samiæ fient,
Me. mane mane obsecro hercle abse ecca exit. Pe. o solẽ uides
Statim ut occæcatust præ huius corporis candoribus?

Erotium. Peniculus. Menæhmus subreptus.

ANime mi Menæhme salue. qd ergo extra nũerũ es mi/
Me. Idẽ istuc aliis ascriptiuis ad legionem solet. (bi

cadaueribus sumpta similitudo. hoc est quando parandæ sunt epulæ. ¶ Dies quidem iam ad umbilicum: idest ad meridiem iam perductus est: ut umbilicus medium corporis tenet animaliũ. ¶ Dimidiatus mortuus. dimidia par te præteriit: & ea mortuus: quia qui mortui abierunt. ¶ Mihi num obloquære: idest quæ tibi aperiam secreta dete ges. ¶ Oculum effodito mihi per solum. Erue mihi inquit oculum funditus. ¶ Si ullum uerbum faxo: si tuum faci nus detexero. ¶ Ab lenonino cauo: idest ubi lea in cauerna est: ob uxorem enim hoc dicit. ¶ Captum quod sit colle gium: ut iam cum collegis magistratus decretum sit ferto sententiam. ¶ Abstine summum olfactare. noli plurimũ odorari. ¶ Agedum odorare oportet. Et odoro & odoror in eadem significatione dicimus. Horat. in epodo. proie ctum odoraris cibum. ¶ Spurgatũst nasum: hic quoq; nasum neutro genere. ut alibi Plau. ¶ Illutibili. qui lauari nõ queat adeo tetro. ¶ Cõmoratus cantharum. expecto inquit: ut uinum afferatur in cantharo. ¶ Ne fores samiæ fi ent. Quasi uero inquit fores sint fictiles: ut uasa samia me clementer pulsare iussisti. ¶ Ab se ecca exit. nullo citante amica uenit. ¶ O solem uides. solem enim obtuentes obtutum amittimus.

Odore & odorare

ANime mi menæchme. Erotium: ut pro foribus astare menæchmum amasium uidit: ipsum inuitat: ut in grediatur. Menæchmus palam uxoris suæ erotio tradit. ¶ Aliis ascriptiuis ad legionem. Illis inquit: qui necdum ascripti sunt: fieri hoc solet extra numerum aliorum assistant forisq; ex pectent: ut tu: ac si dicat tibi non hoc agitur: qui iam scriptus es: hoc est mihi familiaris.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ CAptum sit collegium augurum: augurum: addendum est ad uersus integritatem: & sententiæ: nec omittendus ullo modo: ne claudicet: atq; uno pede mutilus incedat: quod pius interpres cæcus non uidit. ¶ Olfacta ex priscis co dicibus: & non dic facta: ut inquit Pius: & male: ac cum nulla sensus concinnitate. ¶ Decet: peniculus loquitur: respõ dens ad id: quod menæchmus dixerat: ut fastidis: quasi dicat: decet fastidum: te iubentem me olfacere uestimentum mulieris: neq; est continuatus sermo menæchmi qui dicat: decet uxorem despoliare: ut uane: & ruditer legit & ex ponit Pius. ¶ Metuis. ex codicibus antiquis: & uersus necessitate; & non subaudiendum erit uereris: ut Pius commẽ tatur rationis uersus ignarus.

¶ CAPVD

APUD te prælium. Non dixit prandium: ne discederet a metaphora prælium autem id erit: ut statim subdit po tādi certamē. Tu es legio. Facit amicā legionē: ad quā ascribi cōcupiscit. Adiudicato: eligas oportet: quē malue ris: q tecū cubet. Vt. Idest q̄tum. Male: Valde. Interim neqs. Sēsus est: & si te dicas uxorē odio hr̄e: nō potuisti tn̄: qn in eius grām istud indueris uestimentum. Erosa. Legerē rosam: blādit. n. adolescēti: qui sibi adeo pulcher ui deret: ut illū cæteris oibus p̄ferat amatoribus. Nā si amabas. Oñdit magis illā cēsendā esse meretricē q̄ amasiā: nam amasiæ pati nō p̄nt amatorē penes esse qppiā: qd alterius sciant esse mulieris. Mordicus. Dētibus. Sustine hoc. s. uestimētum: quo magis se exui cupit q̄ suauiari: hoc autē iō dicit: ut magis denotet suū i uxorē odiū. Sanus nō es. Refert ad corpus: qa non salutaue rat. Ab hyppolita sub cingulū. Dio do. in. iii. retulit hystoriā: q uulgata p totū orbē uirtute amazonū mulieru: herculi semeles: ac iouis filio ab eury steo mādatū fuisse tradit: ut hyppoli tæ amazonis baltheū ad se ferret: qua ex re illato amazonibus bello: acieq; p fligato eoꝝ exercitu uictā hyppolitā cū balteo cœpit: quo p̄lio fuit amazo nū regnu deletū: de qbus idē author plura meminit: deq; eoꝝ gestis rebus in scythia: totaq; asia: adeo ut nō solū uicinas gētes: s magnā europæ asieq; partē subegerint: gens hæc apud ther modōta fluuiū primū fuit: de quibus meminit ēt strabo diffusius in duode cimo: quas (ut idem refert) alii alizo nas: alii amazonas uocauere. Glan dionicā. Dicunt glandia in parte illa colli: ubi iugulū est. Laridū. Quasi late aridum Macrobio. Pernā. De qua illā alibi. Sinciput. Cōmendat ex sue sinciput: qd est capitis pars āte rior: ut occiput posterior. Aut poly mēta porcina. Dicunt polymēta por coꝝ testiculi: cū castrant a policie uez stimētoꝝ dicta: qd similiter: ut illa cu rent: ut Fes. author est: cōmendabant ista oīa in cœnis: ut refert Pli. in eo ca pite: ubi de sue loqtur: inqt. n. hinc cē soriaꝝ legū paginę: iterdictaq; cœnis abdomina glādia: testiculi: uuluæ: sin cipita uerria. Mensam miluinā: ra pacē. Mereā. Pro uelim demereri: & mihi condonari.

SARA CENVS.

Amazonū uirtus

Polymenta q̄ dicantur

Ego istic mihi apparari iussi apud te prælium.
Hodie aliud feci. næ uterq; pro ilio potabimus.
Vter ibi melior bellator erit iuuentus cantharo.
Tua legio est. adiudicato cum utro hanc noctem sies.
Vt ego uxorem mea uoluptas, ubi te aspicio, odi male.
Er. Interim nequis quin eius aliquid indutus sies.
Quid hoc est? Me. induuiæ tuæ, atq; uxoris exuuiæ, rosa.
Er. Superas facile, ut superior sis mihi, q̄ quisq; qui imperat.
Pe. Meretrix tantisper blanditur, dum illud qd̄ rapiat, uidet.
Nam si amabas, oportebat iam nasum abreptum mordicus.
Me. Sustine hos penicule. exuuias dum facere, suauium uolo.
Pe. Cedo. Me. sed obsecro hercle salta sic cū palla postea.
Pe. Ego saltabo? Me. sanus hercle ñ es. Pe. ego ne, an tu magis?
Me. Si non saltas, exi igitur. nimio ego hanc periculo
Surripui hodie meo animo, ab Hippolyta subcingulum
Haud Hercules æquæ magno unq̄ abstulit periculo.
Cape tibi hanc, quom una uiuis meis morigera moribus.
Pe. Hoc animo decet animatos esse amatores probos,
Qui qdem ad mendicitatem se properent detrudere.
Me. Quattuor minis ego emi istanc anno iam uxori meæ.
Pe. Quattuor minæ periere plane, ut ratio redditur.
Me. Scin quid uolo ego te accurare? ero. scio. curabo q̄ uoles.
Me. Iube nobis tribus apud te prandium accurarier,
Atq; aliquid sitomentorum de foro obsonarier.
Glandulam suillam, laridum, pernam itidem, aut sinciput,
Aut polimenta porcina. aut aliquid aliud ad eum modum,
Madida quæ mihi apposita mensam miluinam suggerant,
Atq; actutum. Ero. licet ecastor. Me. nos prodimus ad forum.
Iam hic nos erimus. dum coquitur, interim potabimus.
Er. Quando uis ueni. parata res erit. Me. propterea modo.
Sequere tu. Pe. ego hercle uero te & seruabo. & te sequar.
Neq; hodie ut te perdam, meream deum diuitias mihi.
Er. euocate intus Cylindrum mihi cuoquom actutum foras.

IVSSI apud te p̄lium. qa erotium exercitus fecit mētionē menæchmus: in eadem persistit similitudine: ut prā dium prælium uocet. Vterq;. para sit9: & ego. Vter ibi melior bellator erit iuuētus cāntharo. In allegoria ad huc permanet inquiens: inspiciemus uter nostrum sit fortior ad cantharum expugnādum: parasitus inq̄ sit nepo tor maior: an ego. Tu es legio adiudicata. Tu mihi loco legiōis eris: & lata de te sn̄ia est: ut hac nocte cu uiro sis. Ne qs nō potes. Quin eius: subaudi uxoris. Quid hoc est iduuię tuę: atq; uxoris exuuię. Quia palā menęchm9 uxoris iduerat erotiū pcñctat: qd ipse iduerit: uxorēq; exuerit. Vt supior sis mihi q̄ qsq: q iperat. Tāti iqt te facio: ut nullū: q cū ipio sit: tātisfaciā. Nasum abreptū mordicus. si ut ais: eā ames p̄rope ad osculandū debuisti furore: ut abripes nasū morsu. Exuuias facere. i. me exuere hāc palā: quā tu sustuleras. Ab hyppoli. subcin. hyppolita ama zonū regina a theseo superata est: ablato eius ēt subcigulo: a qua ēt a se cōpssa hyppolitū accepit filiū: q uirib9 postea est appellatus. Haud hercules. Herculē dicit subcingulū sustulisse: quē plærīq; thesea aiunt: sed mirādū nō est: iuer tūt. n. sæpe noia poetæ Castora p̄ Polluce: & pollucē pro castore. Herculē p̄ Theseo: & theseū pro hercule ponēdo. Emi istoc anno uxori meę. subaudi pallā. quā tibi trado. Glādionicā suillā. suis inqt carnē q̄ gladio cōstet: qd sit glādiū supra cñsum. Aut sinciput. Aialis capitis ps añrior sinciput: ut posterior occiput. Aut pulmēta por. hoc est e porco pulpas. Madida. subaudi sapore aliquo iurulēto. Mēsā mil. sug. i. mēsā refertā faciāt tā bōis cōdimētis ut ab oibus rapi cupiāt: ut rape milu9 solet. Mereā deoꝝ di. noli deoꝝ nūero cē ut te amittā: hocq; prēdio caream.

VALLA.

Virbius dicatur

EGO isthic mihi apparari iussi: isthic scribeñ, ē ex codi. antiqs: & recta grāmaticę rōne: & nō istuc: & hodie ex

VGOLE TVS ET GRAPA.

pungendum uti superfluens. Quæ Pius interpres inscius nō uidit. ¶ Hodie aliud feci: næ uterq; pro illo potabimus ita uersus scribendus est & metri necessitate: & sniæ: quæ est ut dicat: se hodie aliud prçliū fecisse: cū uxore. s. deinde addit. næ. i. certe uterq; potabimus pro illo p̄lio a me gesto: & næ scribēdū est. ex antiqs codicibus: & sensus cōcinnitate: non neq;: ut Pius insanus iterpres scribit. ¶ Tua legio est: ex codicibus antiqs: sensus cōformitate: & metri necessitate. Nequis: & non ne duis: ut corrigit Pius: & inscite admodum: tum ex codicibus antiquis: tum uero ex sniæ cōcinnitate. ¶ Rosa scribēdum: & nō o rosa: ut ait Pius: citans codices defecatos: in qbus scriptum sit: o rosa: & mentitur: imo pure scriptum est: exuuiæ rosa. ¶ Imperat scribēdu; est ex sniæ cōcinnitate: id. n. significat. apud me pluris te donis tuis reddis quocūq; imperatore. hoc est te magis amabilem facis: q̄ quisq̄ imperator: nec legendū est impetrat: ut Pius legit inscitus. ¶ Meo animo: & non meo qdem animo: ut legit Pius: nā quidem superfluit & metri ratione in uersu esse non pōt. ¶ Quum una uiuis: & non quando una uiuis: nam metri ratio non patitur: quādo: qd tamē Pius insulsus interpres legit. ¶ Atq; aliqd uersus iste superior apponi debet. ex codi. antiquis manu scriptis. ¶ Glandulam ex codicibus antiquis: & non glandionicam. ut ait Pius: nullibi auditum. & contra metri rationem: quæ glādulam: & non glandionicā patitur.

SARACENVS. SPortulā cape. Sportas dici uult Noni. aut a sparto q̄si sparteas aut ab asportādo. Salu. e inuris carnes sportis dimittebāt: dr̄ sportula paucorū dierū cibus: congiariūq; ad pp̄lm sportula dr̄: Iuue. quāto celebret sportula fumo: dicunt̄ ēt sportæ: & sportellæ nummoru; receptacula: testatur pedianus. ¶ Defiat. Desit.

VALLA. SPortulā cape. Erotiū obsonatū cylindrū coquum mittit. itaq; ait sportulā cape: atq; argētū. ¶ Sporta. a grçcis fames dr̄. uas a latinis noiat̄: qa ex sparto herba cōfectum: ex qua sane herba hodie quoq; funes fiunt. **Sporta qd sit** Veteres ēt: ut sæpe apud Iu. sportulā dixere cōgiariu;: qd romæ pp̄lo distribuebat̄. Forte qd primo sportulis asportaret̄. ¶ Neq; defiat: idest desit. Virgi. Lac mihi nō æstate nouum: nec frigore desit.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ Sportæ: spoltullæ: sportellç nūmū sunt receptacula: Auctor Asonius Pedian⁹ li. ii. Verrin. ¶ Fūgit̄. m. cū actō.

SARACENVS. NVlla est uoluptas. Inducit̄ in scena mençchm⁹ ille aduena: q prius sosides diceba tur cu; seruo messenione: is q̄ritādo amissū fr̄e; mençchmū plures pagrat urbes: & tādē epidānū uenit. ¶ Maior nō dicā dolo: Lege: maior nō dicā: & ad illud refert̄: nulla est uoluptas maior: & deīde lege addo nō dolo: id qd sequētia uerba manifestāt: addit. n. hoc unū: q̄ cū hoies terrā uideant: quæ fuerit eorū p̄ria. ¶ Massilienses. **Massiliēses qui** Sunt pp̄li narbonensis galliæ: massiliam græci phocēses cōdiderūt: quondā fœderata ciuitas fuerat pp̄lo roma. de massiliēsibus meminimus in cassina. ¶ Græciā exoticā. i. externa;: & pegrinā: eā. n. italiæ p̄te dicit: q quōdam magnā græcia uocitata ē. ¶ Qui faciat. Qui idicet. ¶ In scyrpo nodum quæris. **In scyrpo nodū q̄ris** Ita locutus. Terē. Plau. imitatus sensus est difficultates: & ipedimenta: q̄ris: ubi non sunt: scyrpus palustris herba leuissima de qua supra. ¶ Dictū

Erotium meretrix. Cylindrus coquus.

SPortlā cape atq; argētū. eccos treis nūmos hēs. (satis
Cy. Abeo. Er. abi atq; obsoniū affer, trib⁹ uide qd sit
Neq; defiat, neq; supsit. Cy. quoiusmōi hoies erūt?
Er. ego & Menæhmus, & parasitus eius. Cy. iā isti sunt decē.
Nam parasitus hominum octo munus facile fungitur.
Er. elocuta sum conuiuas. cæterum cura tu, esse.
Cy. Cocta sūt. iube ire accubitū. er. redi cito. cy. iā ego hic ero.

SECVNDVS ACTVS.



Menæhmus Sosides. Messenio seruus.

NVlla est uoluptas nauitis Messenio
Maior meo animo, q̄ quom illi ex alto procul
Terram conspiciunt. Mes. maior non dicam dolo,
Quamsi aduenieus terram uideas, quæ fuerit tua.
Sed quæso quamobrem nunc epidannum uenimus?
Iam quasi mare, omneis circuimus insulas.
Me. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.
Mes. Nam quid modi futurum est illum quærere?
Hic annus sextust, postq̄ rei huic operam damus.
Istros, hispanos, massilienseis, illyricos,
Mare superum omne, græciamq; exoticam,
Orasq; italicas omneis, quas adgreditur mare,
Sumus circumuecti. si acum credo quæreres,

VALLA. facessas datū çdis caueas malo. Legendū & discaueas malo. ¶ Viaticati. Diu peregrinati a uiatico: quod dicitur qcquid itineris causa comparatur. ¶ Palpatores. Blanditores.

NVlla est uoluptas. Sosides: qui menæchmus aduena cum mesenione seruo in epidānum puenit: deq; ciuitatis natura inter se collocunt̄: subdolam esse gētem ait mesenio multitudinem meretricum. ¶ Non dicas dolo. ne dolus in uerbis esse uideat̄: nam inqt si terrā uideas quæ tua sit: erit qd tu dicis: magna uoluptas: atq; singu laris.

atq; singularis. ⁋ Nunc epidamnum uenimus. Fest. epidamnum dyrrhachium dici segesta: quæ nunc appellatur oppidum in sicilia est: quod uidetur æneas condidisse præposito ibi egesto: qui eam egestam nominauit: sed præposita est ei littera: scilicet ne obscœno nomine appellaretur: ut factum est in maleuento: q; beneuentum dictum est: & in epidamno: quod usurpatur dyrrachium. ⁋ Iam quasi mare: subaudi circuimus. ⁋ Græciamq; exoticam: idest peregrinam. nam italiæ pars illa ad mare ionium olim magna gręcia dicta est. Ouidius. Itala nam telus græcia maior erat. Cur autem ita ostendit inquiens. Venerat euander magna cum classe suorum. Venerat alcides clarus uterq; genus. ⁋ In syrpo nodum quęris. hinc sumpsit Terentius. hoc in aulularia expositum quid sit. ⁋ Facessas datum: idest semoueas: nec mihi aduerseris: quia non tuo hoc fiet modo. ⁋ Viaticati hercle admodum prouiso: idest cum ego inspicio loculos: ītueor satis nos uiaticos: idest in uia multum impendisse a uiatico uiaticor nouauit uerbum. ⁋ Palpatores plurimi blanditores. ⁋ Cedo dum. dum syllabica adiectio est. ⁋ In epidamno dias: idest dederis mihi dānum in epidamno: si ut dicis a damno nomen habet.

Epidamnū quid

Bñuētū unde dictum

Acum inuenisses, si apparet tam diu.
Hominem inter uiuos quæritamus mortuum.
Nam inuenissemus iam diu, si uiueret.
Me. ergo istuc quæro certum qui faciat mihi.
Qui sese dicat, scire eum esse mortuum.
Operam præterea nunq̄ sumam quærere.
Verum inter uiuos nunq̄ desistam exequi.
Ego illum scio, q̄ cordi sit carus meo.
Mes. In scyrpo nodum quæris, quin nos hinc domum
Redimus. nisi si historiam scripturi sumus.
Me. Dictum facesse elatum, & discaueas malo.
Molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. Mes. hem
Illoc enim uerbo esse me seruom scio.
Non potuit paucis plura plane proloqui.
Verumtamen me nequeo continere quin loquar.
Audin Menæhme, quom inspicio marsupium
Viaticati hercle admodum æstiue sumus.
Næ tu hercle opinor nisi domum reuorteris.
Vbi nihil habebis, geminum dum quæris, gemes.
Nancq; epidamnea natio est hæc ita hominum.
Voluptarii atq; potatores maxumi,
Tum sycophantæ, & palpatores plurimi
In urbe hac habitant, tum meretrices mulieres,
Quæ nusq̄ perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen epidamno inditum est,
Quia nemo ferme huc sine damno diuortitur.
Me. ego istuc cauebo, cedo dum mihi huc marsupium.
Mes. Quid eo uis? Me. iam abste metuo de uerbis tuis.
Mes. Quid metuis? Me. ne. mihi damnū in epidāno duas.
Tu magnus amator mulierum es Messenio.
Ego autem homo iracundus animi perditi.
Id utruncq;, argentum quando habebo, cauero.
Ne tu delinquas, ne ue ego irascar tibi,
Mes. Cape atq; serua. me lubente feceris.

Viaticor unde

⁋ EXOTICam græciā: eam partem Italiæ significare uidetur quæ magna græcia dicitur. Vnde Ouidius: Itala nam tellus græcia maior erat: Exoticum enim aduenticium ex græco ἔξω quod extra significat. In mostellaria: Non omnes possunt unguēta olere exotica. ⁋ Acus βελονη fœminini gn̄is. Acus ακυρον neutri generis significat purgamentum frumenti. ⁋ Ergo istuc quæro certum: qui faciat mihi. Pius Plauti. impius interpres nihili facit: ubi non intelligit: saltum facere: & plautinos sensus obscuros relinq̄re: sed huiusmodi interpres nō pluris faciendus est q̄ cassa nux: quod enim omnes intelligunt: interprete non eget: sed quod ab omnibus non intelligitur. Scribēdus est igitur hic uersus: ut nos scripsimus: addita illa uoce certum ex codicibus antiq̄s metri necessitate: & sensus concinnitate: nec relinquendus est claudus: & obscurus: ut Pius ipse fecit. ⁋ Elatum: idest arrogans: & superbum: & non datum: contra rationem carminis: ut exponit Pius: & male. ⁋ Nācq; epidamnea natio est hæc ita hominum: ita scribi: & legi debet hic uersus. si metricæ rationi consultū uolumus: nō ut Pius interpres legit: natio epidānia: nā ita est hæc hoīum.

VGOLETVS ET GRAPA.

Exoticum quid

SARACENVS

BEnē obsonaui. Hic fiunt delusiones maxie menęchmus aduena creditur menæchmus ciuis. ⸿ Nō hercle uero. Ironicos dictū. ⸿ Tuū pēniculum: Ita potius legendum arbitror: q̄ meū: ut emendauimus. ⸿ Eccū in uidulo. Dictum est supra a pēne pēniculū deduci: pēnis enim & pro cauda: & pro mēbro uirili ponit̃. dicit ergo penniculū suum: hoc est uirile mēbrū habere saluū in uidulo. & hic ē locus maximus: nam ille de penniculo parasito loquebat̃: est uidulus tesqua: seu reticulū: & simile qs uis: & pro subligaculo ponit̃. ⸿ Numero. Idest nimiū cito: id quod authoritate ueterꝝ dici cōprobauimus in amphytrione. ⸿ Porci ueniunt sacri. Corrigēdum est: porci uenēūt sacres: sunt. n. porci sacres a Varrone dicti: q sacrificāt̃ ad alicuius piaculū: inqt. n. fere ad q̄ttuor mēses a māma nō disiūgūtur: agni: hędi: tres porci duo eqs: qm̄ puri sunt ad sacrificiū: ut imolēt̃: oli appellati sacres. quos appellat Pla. cū ait: q̄ti sūt porci sacres. Cyathisso: poculū præbeo: uel uina in poculū subministro: cyathus. n. puulū est poculū: & acetabuli mēsura: ut Pli.

Porci sacres qui

VALLA.

BEne obsonaui. Cylindrus coquus rediens domū cū obsonio ꝑ foribus meretricis menæchmum peregrinum cū mesenione seruo uidens: ratus ciuem menæchmum: ut domum ingrediatur monet. is miratur. hominēq̧ irridet. ⸿ Videon: an uideo. ⸿ Eccum: ecce eum. ⸿ In uidulo saluum fero. Admonuimus supra pēnem membrum uirile dixisse ueteres: & caudā: unde diminutiuum pēniculus: quem se in uidulo habere: idest in saculo dixit seu in subligaculo. ⸿ Numero huc aduenis: idest cito uł rationabiliter: ita nanq̧ supra locutos ueteres oñdimus. ⸿ Ipsi na. deo mihi rñde: rñde iqt mihi: pinde: atq̧ si deo maxio optio rñdeas: hoc ē ex ai snia. ⸿ Quibus hic ꝓtiis porci ueneunt sacres. Varro in rebus rusticis fere ad quattuor menses a māma nō disiungunt̃ agni. hedi tres. porci duo equis: quoniā puri sunt ad sacrificium: ut imolentur olim appellati: sacres quos appellat Pla. cum ait: quanti sunt porci sacres sic boues altiles ad sacrificia publica saginati dicūtur optimi. ⸿ Iube te piari: purgari qa insanis. ⸿ Coriandrus: & coliandrus: & coriandrus dicitur sæmen satis notum. ⸿ Sępissime cyathisso: idest cyathos administro. ⸿ Perdiunt. perdiderint: afflixerit. ⸿ Quamuis ridiculus est: q̄uis quantumcūq̧. ⸿ Quod te urget scelus: quo scelere cōtaminatus.

VGOLETVS ET GRAPA.

⸿ BOnum anteponā prandiū pran-

Cylindrus. Menæhmus. Sosides. Messenio.

BEne obsonaui. atq̧ ex mea sententia
Bonum anteponam prandium pransoribus.
Sed eccum Menæhmum uideo a tergo meo,
Prius iam conuiuæ ambulant ante ostium,
Quā ego obsonatu redeo adibo atq̧ colloq̄r. Menæhme salu(os sis.
Me. Dii te amabunt quisquis es. scis quis ego sum?
Cy. Non herele uero. ubi sunt conuiuæ cæteri?
Me. Quos tu conuiuas quæris? Cy. parasitum tuum.
Me. Meum parasitum? certe hic insanus est homo.
Mes. Dixtin tibi esse hic sycophantas plurimos?
Quem tu parasitum quæris adolescens? Cy. tuum
Peniculum. mes. eccum in uidulo ego saluom fero.
Cy. menæhme numero huc aduenis ad prandium.
Me. Nunc ipso naturæ deo mihi responde
Adolescens. quibus hic pretiis porci ueneunt
Sacres, sinceri. nummum unum en a me, accipe
Iube te piari de mea pecunia
Nam ego quidem insanum esse te certo scio,
Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es.
Cy. Cylindrus ego sum. non nosti nomen meum?
Me. Seu tu Cylindrus, seu choriendrus, perieris.
Ego te non noui. neq̧ nouisse adeo uolo.
Cy. est tibi menæhmi nomen tantum, quod sciam.
Me. Pro sano loqueris, qui me meo appellas nomine.
Sed ubi nouisti tu me. Cy. ubi ego te nouerim,
Qui amicam habeas heram meam hanc Erotium?
Me. Neq̧ hercle habeo, neq̧ ego te, quis homo scis. scio.
Cy. Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissime
Cyathisso apud nos, quando potas? mes. hei mihi
Quom nihil est, qui cum illi homini diminuam caput.
Me. Tun cyathissare mihi soles? qui ante hunc diem
Epidamnum nunq̄ uidi, neq̧ ueni. Cy. negas?
Me. Nego hercle uero. Cy. non tu in illisce ædibus.
Habitas? me. dii illos homines, qui illic habitant perduint.
Cy. Insanit hic equidem, qui ipse maledicit sibi.
Audin menæhme? me. quid uis? Cy. si me consulas,
Nūmum illum. quem mihi dudum pollicitus dare,
(Nam tu quidem hercle certo non sanus satis
Menæhme, qui nunc ipsus maledicas tibi.)
Iubeas, si sapias, porculum afferri tibi.
Mes. Tu hercle insanus hō es multum & odiosus mihi.
Cy. Solet iocari sæpe mecum illo modo,
Quamuis ridiculus est, ubi uxor non adest
Me. Quid ais tu? Cy. quiduis inquam? satin hoc, quod uides,
Tribus uobis obsonatus, an obsono amplius
Tibi, & parasito, & mulieri? Me. quas mulieres,
Quos tu parasitos loquere? Mes. quod te urget scelus,
Qui huic sis molestus? Cy. quid tibi mecum est rei?

Ego

Ego te non noui,cum hoc quem noui,fabulor.
Me.Non ædepol tu homo sanus es,certo scio.
Cy.Iam ergo hæc mandentur faxo.nihil morabitur.
Proin tu nequo longius abeas ab ædibus.
Nunquid uis?me.ut eas maxumam in malam crucem.
Cy.Ire hercle melius est te intro.atq; accumbere.
Dum ego hæc appono ad uolcani uiolentiam.
Ibo intro,& dicam te hic astare erotio.
Vt te hinc abducat potius,q̃ hic adstes foris.
Me.iam ne abiit ille?ædepol haud mendacia
Tua uerba.mes.exterior sis.obseruato modo
Nam istic meretricem credo habitare mulierem,
Vt quidem insanus ille dixit,qui hinc abiit modo.
Me.Sed miror qui ille nouerit nomen meum.
Mes.minime hercle mirum.morem hunc meretrices habent.
Ad portum mittunt seruolos,ancillulas,
Si qua peregrina nauis in portum aduenit,
Rogitant quoiatis sit,quid ei nomen siet,
Post ille extemplo se applicant,agglutinant,
Si pellexerunt,perditum amittunt domum.
Me.Sane censeo.mes.nunc in istoc portu stat nauis.
Abs qua cauendum est nobis,prædatoria.
Me.mones quidem hercle recte.mes.tum demum sciam
Recte monuisse,si tu recte caueris.
Me.tace dum parumper,nam concrepuit hostium.
Videamus qui hinc egreditur.mes.hoc ponam interim.
Adseruatote hæc sultis nauales pedes.

foribus: hic uersus ita scribi debet: nec addenda sunt illa uerba: adibo: atq; alloquar: quãdoquidem superfluũt: neq; ulla metri: neq; sententiæ ratione hic apponi possunt: ut Pius Plauti rudis cõmentator apposuit. ¶ Prius iam conuiuę. Isti tres uersus ita scribi: & inseri debent contextui: neq; dimitti: aut mutili in eo poni: ut fecit Pius ignatissimus interpres: nulla habita metricę legis: codicum ueterum: & sententiæ ratione. ¶ Sacres sinceri: nũmum unũ en a me accipe: uersus hic ita scribendus est metri necessitate: & sententię concinnitate: nec dimittenda sunt illa uerba: unum en. aliter. n. uersus non staret: quod Pius interpres arrogans nõ aduertit: truncũ interim legẽs uersum. ¶ Nam ego quidem insanũ. ego quidem scriben. est metri necessitate: & non equidem ut Pius legit contra metri ipsius rationem: cui. v. tantum pedes essent: quũ sex debeãtur: quod a Pio cõmẽtatore nõ est uisum. ¶ Quicum illi homini. i. cum quo. & ita addendum est: cum: metri necessitate: nam quinq; tantum pedibus constaret uersus: cui sex debent: & neq; hoc a Pio interprete uisum ẽ. ¶ In illisce ædibus scribe: addita prepositione in: & metri necessitate: & grãmaticę obseruatione: non. n. dicimus: tu habitas illis ædibus: sed in illis: q̃ utiq; Pius imperitus non aduertit absq; p positione legẽs. ¶ Tu hercle insanus homo es multum & odiosus mihi: ita scribendum uersum hunc cẽsemus. ut metricæ rationi: & sententiæ cõcinnitati factum sit satis: nec sic dimittẽdus est mutilus absq; uoce illa: insanus. & interpositione coniunctiõis: & quæ etiã in codicibus antiquis est: ut fecit pius interpres plauti fœdus. ¶ Quod te urget scelus: qui huic sis mol. hic ꝓponi debet persona Messenionis pro domino suo contra cylindrum uerba faciẽtis: & illum increpantis: ꝙ molestus sit hero suo: & scribendum est sis: a uerbo sum: & nõ scis a uerbo scio. ¶ Quid tibi mecum est rei: & hic præponi debet Cylindri persona: & non Menæchmi: ut Pius scriptum reliquit: nullum sententię tenens ordinem: neq; intellectum.

¶ Exterior sis. Pro extra sis: & contineas te. ¶ Adglutinant. Coniungunt ab eo: quod gluten: uel glutinũ quod græci collam uocant. ¶ Pellexerunt. Suis blandiciis attraxerunt. ¶ Nauis prædatoria. ¶ Instar piratarum sunt meretrices: cum homines suis illecebris aggrediuntur: prædantur: diripiunt. ¶ Hoc ponam. Pro deponam onus. s. qđ forte gestauerat. ¶ Nauales pedes. Nautas dicit: uel itineris comites: & pedes pro pedites: uel forte nauales pedes remos intellexit: sed ubi hæc legitur: hos legendum esset.

¶ HAEC madebũt: quę inquit pro obsonio attuli: iam elixabuntur. ¶ Proin: pro proinde. ¶ Ad uolcani uiolẽtiã: ad flãmã ignis: ut coquant. ¶ Haud mẽdacia. ab eo ꝙ ẽ hic & hæc & hoc mẽdax mẽdacia dixit. ¶ Cuiatis sit. Qua de gente: antiq; dictũ cuiatis pro cuias: ut sæpe supra. ¶ Extemplo se applicant: adiungũt. ¶ Agglutinant. adhærescunt. ¶ Si pellexerunt. in suam adduxerunt sententiam. ¶ Nauis prędatoria. mulier meretricula tanq̃ nauis prędatoria. ¶ Hoc ponam interim. hoc inquit marsupium deponam.

¶ Hæc mandentur. Cylindrus dicit: ego faciam: ut hæc opsonia cito comedantur.

SARA CENVS. Glutinũ qđ sit
VALLA. Mendaciũ unde dictũ
VGOLETVS ET GRAPA. SARACENVS

Erotium. Cylindrus. Menæhmus. Sosides. Messenio.

Sine fores sic.abi.nolo opperirier intus,para,
Cura tu qđ opust. Cy.fiat.er.sternite lectos.incẽdite
Odores.mundicia illecebra animo est amantium.
Amanti amœnitas malo,sed nobis est lucro.
Sed ubi nam est ille,quem coquos mihi ante ædeis esse ait.

Sine fores sic: aptas. s. & patẽtes. Sine fores: sic abi uolo operiri. Exiẽs domo erotiũ: ut itro adducat menæchmũ ipm: deide alloqt̃ tãq̃ cognitũ quã prio auersatur: menæchmus deniq; cedit: ac intro sequit̃ mulierẽ. ¶ Sine fores sic. Erotiũ suos alloqtur: uultq; fores sic aptas pmitti. ¶ Volo opiri. libet mihi expectar̃. ¶ Intˀpa. subaudi: q̃ patu necaria sũt. ¶ Sternite le. pate iqt ad discũbedũ lectos. ¶ Mũdicia illece. aĩo ẽ amãtũ. res iqt mũdę aias amãtũ allicĩt. ¶ Amãti amœnitas malo. i. malũ affert.

¶ EROtiũ exiẽs Menæchmũ aduenã abloquit̃ tanq̃ notum: qui prius meretrice aduersatus demum intro uadit.

Penetrari pedem. Prandi pelliones. VALLA. VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS.

Domus qđ significet

Cantharu/lę quę sint

Phrygiões qui dicãtur

Directum quid sit

¶ Eccũ uideo. Quẽ opinabatamatorẽ. ¶ Nostræ domi. Et domus mi. & domus mus: ut lectus us. & lectus ti. domus tñ secundæ sitũ significat: ut sum domi: quartæ autẽ ædificiũ: ut tectum domus: estq; priscũ græcorum uerbũ: unde adhuc œcodomo ædifico significat: quia domus dicit ædificiũ. ¶ Qui cũ. i. cũ quo. ¶ Neq; haud. ¶ Duę negatiões hoc loco magis negãt. ¶ Qui hic in hãc urbẽ. Loqui debet messenio. ¶ Mage. Pro magis. ¶ Cui malo. Lege. (malũ) qđ separatim legendũ est: ut sępius monuimus. ¶ Qui. Rursus q p quo. ¶ Extergẽtur baxeæ. i. crepidę calciamenta: péniculũ aũt nunc intelligit p spõgia. ¶ Cantharino ritu. cantharidæ uermes sunt: qui oriũt ex erucis fici: piri: pini: & caninæ sentis: ut tradit Aristo. Plin. ponit cantharidas inter uenenata: q(ut ex ipo Plau.) stare dicunt oculis hiantibus: quid si potius leporino ritu legas: nã lepores: ut testatur Pli. oculis patẽtibus dormiũt. ¶ Quasi supellex cellionis. Dicẽdũ pellionis: sunt pelliões: qui pelliceas uestes conficiunt: cõsuũtq;: ab ista. n. pellium simul consutarũ: & coniũctarum similitudine dicit nauẽ fabrefactam: nam trabs trabi: & lignũ ligno cõnectitur: supellectiles ergo pellionũ pelles sunt. ¶ Et iterũ pynthia. Dicendum pythia: & rursus ubi lyparo dicẽdum olympia: sicut ante nos uidit hermolaus: & est legere apud hystoricos. ¶ Ne mæ uxori. Ex uerbis mulieris ipse didicerat de menæchmo altero: deq; palla surrepta: propterea simulat eundem esse menæchmũ. ¶ Manes. Expectas. ¶ Ad phrygionem: dictũ est in Aulul. phrygiones dictos esse a phrygibus: qui primi dicunt artẽ intertexendi exercuisse: ut author. No. Plini. quoq;. ¶ Abduc istos: quos adduxerat comites. ¶ Tabernã diuersoriã. Ad quam homines diuertũt ex itinere. & dr taberna a tabulis: qbus tegebatr: uñ taberna cła tecta castrẽsia. ¶ Peri tibi. i. cã tua. ¶ Ducit lẽbũ. Vtit cõmoda translatione: nã uelut nauis ducit post se alligatũ fune lẽbũ minorem: sic meretrices trahũt hoies suis illecebris post se. ¶ Directũ. Cruci affixũ dixim⁹: nunc deuictũ: captũ: & pditũ interp̃tamur: expunximus aũt ex hac scæna errores cõplures: ubi pſertim interlocutores extra suũ ordinẽ uagabuntur: qui prius omnem obtenebrabãt intellectum.

VALLA.

Vltro qđ sit

¶ QVI mihi ẽ usui. utilitatẽ affert. ¶ Item huic ultro fit: itidem a me fit ipsi. De loco nãq; aduerbium: ut cũ dicim⁹: ultro citroq;. Est ẽt ultro: qđ sponte

Atq; eccum uideo, qui mihi usui est. & plurimum
Prodest. item huic ultro fit ut meret, potissimus
Vt nostræ domui sit. nunc eum adibo atq; ultro alloquar.
Animule mi menæhme cur uideo te stare hic foris?
Fores quoi pateãt magis, q̃ domus tua, dom⁹ quom hæc tua sit?
Prandiũ, ut iussisti, hic curatũ, ubi lubet, ire accubitum licet.
Me. Qui cũ hæc mulier loqt'? er. equidẽ tecũ. me. qd mecũ tibi
Fuit unq̃, aut nunc est negocii? er. quia pol te unũ ex omnibus
Venus uoluit me magnificare, neq; id immerito tuo.
Nam, ecastor solus bene factis me florentem facis.
Me. Certo hæc mulier aut insana, aut ebria est Messenio.
Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.
Mes. Dixin ego istæc hic solere fieri. folia nunc cadunt.
Præ ut si triduum hoc hic erimus, tum arbores inte cadent.
Nam ita sunt hic meretrices omnes ellecebræ argentariæ.
Sed sine me dũ hãc cõpellare. heus mulier tibi dico. er. qd est?
Mes. Vbi tu hunc hoiem nouisti? Er. ibidẽ, ubi hic me, iam diu
In epidamno. Mes. in epidamno. qui huc in hanc urbem pedẽ
Nisi hodie nunq̃ intro tetulit? er. eia delicias facis
Mi menæhme. quin amabo is intro: hic tibi erit rectius.
Me. Hæc equidem ædepol recte appellat me meo mulier noie.
Nimis miror, quid hoc sit negoci. Mes. oboluit marsupium
Huic istuc, quod habes. me. atq; ædepol monuisti probe.
Accipe dũ hoc. iã scibo utrũ hæc me mage amet, an marsupiũ.
Er. eamus intro ut prandeamus. Me. bene uocas tñ gratia est.
Er. Cur igitur tibi me iussisti coquere dudum prandium?
Me. ego ne te iussi coquere? er. certo tibi & parasito tuo.
Me. Quoi, malum, parasito? certe hæc mulier nõ sana est satis.
Er. Peniculo. Me. quis is est peniculus? qui extergent baxeæ?
Er. Scilicet qui dudum tecum uenit, quom pallam mihi
Detulisti, quam uxori surripuisse aiebas tuæ.
Me. tibi pallam dedi, quam uxori meæ surripui? sana ne es?
Certe hæc mulier canterino ritu astans somniat.
Er. Qui lubet ludibrio habere me, atq; ire inficias mihi,
Facta quæ sunt? me. dic quid est id quod negem quod fecerim?
Er. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris. me. iam nunc nego
Ego quidẽ. neq; unq̃ uxorẽ habui, neq; habeo, neq; huc unq̃
Postq̃ sum natus, intra portam penetraui pedem.
Prandi in naui. inde huc sum egressus. te conueni. ecce rem.
Er. Perii misera. quã tu nũc mihi nauẽ narras. me. ligneam
Sæpe tritam sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
Quasi supellex pellionis, palus palo proxumus est.
Er. Iam amabo desine ludos facere. atq; i hac mecum simul.
Me. Nam quem mulier alium hominem, non tu me quæritas.
Er. Non ego te noui Menæhmum Moscho pro gnatum patre,
Qui Syracusis perhibere natus esse in sicilia,
Vbi rex Agathocles regnator fuit. & iterum pythia,
Tertium olympia, qui in morte regnũ Hieroni tradidit.
Me. Nũc heroas haud falso mulier prædicas. mes. proh iupiter
Nunc istæc mulier illinc uenit, quæ te nouit tam catæ.

Me. Hercle opinor pernegari non potest. mes. ne feceris.
Peristi, si intrassis intra limen. me. quin tu tace modo.
Bene res geritur. assentabor quicquid dicet mulier.
Si possem hospitium nancisci. iam dudum mulier tibi
Non imprudens aduersabar. hunc metuebam ne meæ
Vxori renunciaret de palla, & de prandio.
Nunc quando uis eamus intro. er. etiam parasitum manes?
Me. neq; ego illum maneo neq; floccifacio. neq; si uenerit
Eum intromitti uolo. er. ecastor haud inuita fecero.
Me. Sed scin quid te amabo ut facias impero? er. quid uis mô?
Me. Pallam illam quam dudũ dederã, ad phrygionẽ ut deferã,
Vt reconcinnetur. atq; ut opera addantur, quæ uolo.
Er. Hercle quin tu recte dicis. me. eadem ignorabitur,
Ne uxor cognoscat te habere. si in uia conspexerit.
Er. ergo mox auferto tecum quando abibis. me. maxume.
Er. eamus intro. me. iam sequar te. hunc uolo etiam colloqui.
Eho Messenio accede hec. mes, quid negocii est susciri?
Quid eo opus est? me. scio, ut me dicas tanto nequiorem.
Habeo prædam. tantum incœpi operis. & quantum potes,
Abduc istos in tabernam actutum diuersoriam.
Tu facito ante solis occasum ut uenias aduorsum mihi.
Mes. Non tu istas meretrices nouisti here. me. tace inquã, mihi
Dolebit, non tibi. si quid ego stulte fecero.
Mulier hæc stulta. atq; inscita est. quantum perspexi modo.
Est hic præda nobis. mes. peri. Me. iam ne abis. Mes. peri. tibi
probe.
Ducit lembum dierectum nauis prædatoria.
Sed ego inscitus, qui hero me postulem moderarier.
Dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi.
Sequimini, ut quod imperatum est, ueniam aduorsum tẽpori.

sponte significat: unde ultroneum: idest spontaneum. ¶ Ire licet accubitum. Licet tibi accũbere. ¶ Folia nũc cadunt: principium exiguũ: sed maiora consequentur. ¶ Tetulit: nunq̃ inlit pedem in hanc urbem inquit: nisi nũc modo. ¶ Eia delicias facis: idest nos deludis. ¶ Oboluit marsupium huic. Hæc inquit olfacta pecuniam est. ¶ Accipe dũ. syllabica adiectio dum. ¶ Hęc me mage amet: nouero inquit marsupium: ne an me magis amet. ¶ Cui malum. id malũ aduerbium: ut sępe. ¶ Qui extergentur bases. i. cauda: qua cathedrę purgãtur sordibus. ita nãq; basis a gręcis dicit sicut & hedra. i. sedes: unde cathedra & exhedra ponitur pro basi: inde figurę illę platonicę elementorũ a philosophis sæpe memoratæ icosahedron dodecahedron octahedrõ. nam terra cubicã habere figurã perhibetur. ¶ Cãtharidum ritu. Venenosa animalia cantharides sine alis lethalia. nam alę medentur. ¶ Ire inficias: ire cõtra id: quod factum est. ¶ Sępe tritã. subaudi longa nauigatione. ¶ Sępe fixam: subaudi clauis: ubi rimas admiserat. ¶ Quasi supplex celionis: qui primus perhibetur rusticis instrumẽta cõparasse. ¶ Regnum hieroni tradidit: qui in secundo bello punico regnauit: cui coniunctissimus fuit archimedes prestantissimus geometres. ¶ Tã cate, tã acute. Catum enim acutũ Varronis sententia dixerunt ueteres. nã apud Enium. iam cata signa fere sonitũ dare uoce parabant. Cata cuta: hoc. n. uerbo sabini dicunt: quare catus ęlisextus: non ut aiunt sapiens: sed acutus: & quod est tunc cœpit memorari simul cata dicta accipienda acuta dicta. ¶ Vt reconcinetur. Quam dederas inquit pallam uxoris tuæ: uelim reconcinandam deferas ad phrygionẽ. ¶ Heo mesenio: uocantis aduerbium. ¶ Susurra: summisse loquitur: ne mulier intelligat. ¶ In tabernam actutum diuersoriam. Domũcula omnis meritoria: q̃ tabulis consterneretur antiquitus taberna uocata est. Aliquando etiam pro diuersorio ponitur: nam diuersorium: ubi diuertunt uiatores quiescẽdi cã. Ci. in. ii. retho. Quare cum in quãdam tabernam diuertissent: simul cœnare: & in eodem loco somnum capere uoluerunt: cœnari discubuerunt ibidem Caupo autem: & quæ secuntur ad omnem itaq; ambiguitatem ammouẽdam tabernam dixit meritoriã. ¶ Ducit lẽbum dierectũ. i. morti destinatum: ut sæpe supra. ¶ Dicto me emit audientem: idest obedientem dictis suis.

Terrę figura

Catus quis sit

¶ CANterino: & non cantharidum: ut. G. merula: neq; cantharino: ut Pius: & uterq; inscite: & contra metri rationem scripsere: hoc autem ex codicibus antiquis: recta lege carminis: & sententiæ concinnitate: quãdo notum est: cãterios equos uidelicet stantes dormitare: ac somniare: ut Plyn. lib. x. c. ultimo testatur. ¶ Pellionis: & non celionis. ut Pius exponit: nullibi: ut puto; lectum: neq; ad sententiam prorsus faciens: nam ita codices antiqui habent: & sententiæ optime congruit. quia quemadmodum pelles pellibus assutę uestes pelliceas faciunt: quarum artifices pelliões uocantur: ipsorumq; ea suppellex est: ita pali palis iuncti nauim facere uidentur: pellionis uocabulo usus quoq; est lampridius in Alexandro Seuero his uerbis. braccariorum: linteonum: uitreariorum: pellionum: plaustrariorũ. ¶ Iterum pythia: tertium olympia ex Hermolao barbaro: & subaudiendum uicit. ¶ Heroac. & non heroes scribendum est ex lege carminis: ubi pes est amphitry. aliter tres syllabę longæ essent huic carminis generi nõ conuenietes. ¶ Mulier metri necessitate: & sententiæ congruitate: non mulieri. ¶ Haud inuita ex codicibus antiquis: & sententiæ conformitate. ¶ Phrygiones dicuntur: qui acu uestes pingunt. Ply. lib. viii. Pictas uestes iam apud Homerum fuisse unde triũphales natæ. Acu facere idęi phryges inuenerunt inde Phrygiones appellati sunt. Titinius Barbato Phrygio sui primo: bene opus sciui. Reliqui acus: aciasq; hero: atq; herę naturę. Var. Cosmoterine phrygio: qui puluinar poterat pingere solier urgebat.

VGOLETUS ET GRAPA.

Catei

TERTIVS ACTVS.

Peniculus Parasitus.

PLus trigita annis natus sum, quom ego interea loci
Nunq̃ quicq̃ facinus feci peius, neq; scelestius,
Quam hodie, quom in cõtioné mediá me imersi mi
Vbi, Dii, mihi menæhmus se subtraxit mihi. (ser.
Atq; abiit ad amicam credo. neq; me uoluit ducere.
Vt illum Dii omnes perduint, qui primus cómentus est
Contionem habere, quæ homines occupatos occupat.
Nanq; ad eam rem ociosos homines decuit deligi,
Qui nisi adsint, quom citentur, census capiant illico.
Ad forum est hominum indies, qui singulas escas edunt.
Quis negoci nihil est. qui esum neq; uocantur, neq; uocant.
Hos oportet concioni dare operam, atq; comitiis.
Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,
Quoi tam credo datum uoluisse, q̃ me uideo uiuere.
Ibo etiam num. relliquiarum spes animum oblectat meum.
Sed quid ego uideo Menæhmum? cum corona exit foras.
Sublatum est conuiuium ædepol uenio aduorsum tempori.

Menæhmus Sosides. Peniculus.

POtin ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe
Lepideq; concinnatam referam tempori?
Non faxo eam esse dices, ita ignorabitur.
Pe. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio
Vinoq; e poto, parasito excluso foras.
Non hercule is sum, qui sum, ni hanc iniuriam,
Meq; ultus pulchre fuero. obseruabo quid agat
Hinc primum. post hunc hominem adibo. atq; alloquar.
Me. Pro dii immortales. quoi homini unq̃ uno die
Boni dedistis plus, qui minus sperauerit?
Prandi. potaui. scortum accubui, atq; abstuli
Hanc, quoius hæres nunq̃ erit post hunc diem.
Pe. Nequeo quæ loquitur exaudire clanculum.
Satur nunc loquitur de me, & de parti mea.
Me. Ait hanc dedisse me sibi, atq; eam meæ
Vxori surripuisse, quoniam sentio
Errare, extemplo, quasi res cum ea esset mihi,
Cœpi assentari, mulier quicquid dixerat,
Idem ego dicebam. quid multis uerbis opust?
Minore nusq̃ bene fui dispendio.
Pe. Adibo ad hominem. nam turbare gestio.
Me. Quis hic est, qui aduorsum fit mihi? Pe. quid ais homo
Leuior q̃ pluma, pessume, & nequissume,
Hominis flagitium, subdole, ac minimi pretii?
Quid de te merui, qua me caussa perderes?
Vt surripuisti te mihi dudum de foro?
Fecisti funus absenti me, prandio.
Cur ausus facere, quom ego ea, qua tu eras, eram?
Me Adolescens quæso quid tibi mecum est rei?
Qui mihi maledicas ignoto insciens? an tibi

SARA CENVS.

PLus trigita ãnis. Quęrimoniã cõtinet scæna parasiti: q iprãsus excludit: & dũ & amissum menæchmũ q̃ritat: offendit alterum. ¶ Singulas escas edũt: Vno uictitãt prandio. ¶ Etiã nũ. Hac locutiõe utit̃ sæpe Plini. & celsus semel q̃tũ meminerim Vir. pro tñ ponit̃: uel præterea. ¶ Cũ corona. Nã sertis coronati cõuiuabant̃: ut relatũ est supra.

VALLA.

PLus triginta annos natus sũ. Peniculus secũ q̃rit̃ parasit⁹: quod menæchmũ amiserit: itaq; se recipit: ubi pmissũ cõuiuiũ. ¶ In cõcioné mediã. i. mediã hoium multitudinem: ubi cõcio erat. ¶ Vbi egomet: subaudi me subtraxi. Qui primus cõmẽtus est cõcionare. Cui primo in mẽtẽ uẽit facere cõcionẽ: concino & cõcinor: ut assentio & assentior. ¶ Cũ citent̃. i. aduocant̃. ¶ Census percipit̃. Censu mulctant̃. ¶ Affatim ẽ hominũ in dies. Quottidie inquit multa sunt hoibus oblata negocia. ¶ Atq; cõmiciis: ubi suffragiis creantur magistratus. ¶ Credo datũ noluisse. i. existimo a menæchmo dari noluisse. ¶ In corona. ¶ Quoniam coronati discũbebãt ueteres. ¶ Venio aduorsum tempori: uenio per tp̃s inquit obuiã menęchmo.

Cõcino & concinor

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ NANq;: scribendũ est sententiæ congruitate: & ex codi. antiquis: in quibus scriptum est. Nam ad eam rem.

SARA CENVS.


POtin ut. Loquit̃ menæchm⁹ aduena ad erotiũ mulierẽ super palla concinnanda: qua mulier elusa est: & simul prãdio: sed ludifient ludificabiles cũ pennículo parasito: qui autumabit illum menæchmũ ciuẽ patronũ suũ. ¶ Adibo ad hoiem. Loquit̃ parasitus. ¶ Turbare. Turbas: & molestias inferre. ¶ Fecisti funus prãdio. Idest sepeliuisti: & in uentrẽ recondidisti prãdiũ. ¶ Cui ego: quę eras hera. Ex uerbis istis nõ uideo ullũ haberi posse sensum: menda & omnino manifestaria legerẽ sic: cui ego: qđ eras eram uel cum ego: quo eras erã: significare uolens: uel: semp: ut amicos uixisse unanimes. uel simul: & in eodẽ loco semper affuisse: neq; alterũ ab altero secessisse. ¶ Nõ sanũ sinciput. Est sinciput ps capitis anterior. ubi uiget sensus cõmunis: quæ pars quotiens læditur: uel aliquo afficitur nocumento: hoies ea uidere uidétur: quæ uera nõ sunt. ¶ Occisa sit hęc res. Perdita. s. & desperata. ¶ Cinædos. salutatores: & pãtomimos.

Sinciput quid sit,

POtin ne: ut qescas. Menęchmus ab erotio exiens ipsam alloquitur: docẽs se satis cõmonitum: quid super palla faciẽdum uideretur: quam dederat ad phrygionem deferẽdam. ¶ Refferã tẽpori. Dicimus tempori: tempore: & per

tempus

Malam rem uis pro maledictis dari postea?
Pe. Eam quid est? ædepol te dedisse intellego.
Me. Responste adolescens quæso quid tibi nomen sit?
Pe. Etiam derides, quasi nomen non noueris?
Me. Non ædepol ego te, quod sciam, unq̃ ante hunc diem
Vidi, neq; noui. uerum te hortor quisquis es.
Si æquom facias, ut mihi odiosus ne sies.
Pe. Non me nouisti? Me. non negem, si nouerim.
Pe. Menehmæ uigila. Me. uigilo hercle quidem, quod sciam.
Pe. Tuum parasitum non nouisti? Me. non tibi sanumst
Adolescens sinciput, intellego. Pe. respondeas.
Surripuisti uxori tuæ pallam istanc hodie?
Atq; dedisti Erotio? Me. neq; ego uxorem habeo, neq;
Ego Erotio dedi, nec pallam surripui.
Pe. Satin sanus es? occisa est hæc res. non ego
Te indutum palla exire uidi istinc foras?
Me. Væ capiti tuo. omnes cinedos censes nunc, quia tu es
Tun me indutum fuisse pallam prædicas?
Pe. ego hercle uero. Me. non tu hinc abis quo dignus es?
Aut te piari iubes homo insanissume?
Pe. Nunq̃ ædepol quisq̃ me exorabit, quin tuæ
Vxori rem omnem iam, gesta ut sit, eloquar.
Omnes in te istæc recident contumeliæ.
Faxo haud inultum prandium comederis.
Me. Quid hoc est negocii? satin ut quenq; conspicor,
Ita me ludificant? sed concrepuit ostium.



Ancilla. Menæhmus. Sosides,

MEnæhme orare ait te multum erotium.
Vt hoc una opera ad aurificem deferas,
Atq; huic ut addas auri pondo unciam
Iubeasq; spinther nouom reconcinnarier.
Me. Et istuc, & aliud, si quid curari uolet
Me curaturum dicito, quicquid uolet.
An. Scin quod hoc sit spinther? Me. nescio, nisi aureum.

tp̃s. Nõ faxo eã eẽ dices. Ordo ẽ faxo dices: eã nõ eẽ: tã iqt imutabit ut tu ipsa sis dictura eã nõ eẽ. Cuius. subaudi pallę. Hæres nũq̃ erit. nõ cõsequet mulier. Minore nusq̃ bñ fui dispẽdio. Sẽsus ẽ nusq̃ bñ habui: ubi min⁹ mihi fuerit dispẽdiũ. Fecisti fun⁹: sepeliuisti meũ prãdiũ: me abñte. Nõ sanũ est tibi adolescens sinciput: nõ sanũ cerebrũ sinecdoticos: cũ sit sinciput ps capitis anterior. Occisa sit hæc res: hæc res sane perierit. Occisum a necato distigui qdã uoluerũt ut inqt Fest. q alterũ a cedẽdo: atq; ictu fieri dicũt: alterum sine ictu: itaq; i nũmę põpilii regis legib⁹ scriptũ eẽ si hoiẽ fulmib⁹ occisit: ne supra gẽua tollito: & alibi: hõ si fulmine occisus ẽ: ei iusta nlla fieri op3. Noni. ãt hũc Plautinũ citãdo locũ ait iterfici: & occidi ueteres ẽt i inanimãtia posuisse. Piari iu. piaculo subiici. In te istęc reci. dãno tibi cedent.

Occisus a necato q̃ũo distinguat

HINC primũ post hũc hoiẽ adibo: atq; alloq̃r ita scribẽdus ẽ uersus: si mõ rõnẽ disciplinę & legis metricę hẽre uelimus: nec sic dimittẽdus: ut q̃ttuor tm̃ pedib⁹ gradiat: ut pi⁹ stolidus interp̃s fecit: scribẽs: hoiem post adibo atq; alloq̃r. Atq; abstuli: addẽda ẽ cõiũctio: atq;: ad uersus itegritatẽ. q solis qnq; pedib⁹ icedẽt cõtra eiusce metri rõnẽ. Prãdi. Priscian⁹ li. viii. Quid uerbis opust: addẽdũ ẽ opust ad sensus: & uersus itegritatẽ id qđ Pi⁹ nõ aspexit. Quũ ego ea: q̃ tu eras erã: ita ẽ scribẽdus uersus pañi ex codi. ãtiqs: pti ex sẽsus & uersus itegritate: & ñ quũ ego: q̃ eras erã: ut corrigit Pi⁹ legis hui⁹ carminis ignarus. Vt mihi odiosus: ita legendus uersus ẽ cũ dictiõe illa: ut: ad uersus itegritatẽ: q qdẽ solis qnq; pedib⁹ cõsistẽt. Nõ tibi sanũ: ita scribẽd⁹ uersus ẽ: & ex codi. antiqs addẽdũ tibi: ẽ q; uersus hypermeter: cui. s. abũdat una syllaba i fine: qđ fit quũ sequens uersus a uocali icipit. ut ẽt in illo Virgilii. aut dulcis musti Vulcão decoqt humorẽ. Et foliis undam. t. sp. a.

VGOLETVS ET GRAPA.

MEnæchme amare. Corrigo orare: & sẽsus uerior. Vna opera. Vt. s. palla ad phrygionẽ đferat: & spiter recõcinet: dr̃ spiter armillę genus: quo utebãt mulieres brachio sũmo sinistro: ut Fest. Priscia. quoq; đ gñibus inqt: spiter qđ acrochieriõ: aut fibulã i humeris: aut armillam significat: & plautũ testẽ citat.

SARACENVS.

Spinter qđ sit

MEnæchme orare ait. Ancilla exiens ab erotio cõmonet menæchmũ: ut spintrẽ recõcinnãdum prębeat cum palla. Vna opa: eadem uia.

VALLA.

SPINther iqt Priscia. li. v. qđ ακρο χεριον: aut fibulã i humeris: aut armillã sigñat. F. uero Põp. sic: Spither armillę gen⁹: quo mulieres utebãt brachio sũmo sinistro. Spitheres Laertio diogene li. ii. dñr cometę q̃ ueluti scitillę uibrãt ab aere. σπινθηρ latie scitilla. Maxius Alubard⁹ i lib. q iscribit γεφυρα sic dic σπινθηρ αρσενικος οκεραυνος.

VGOLETVS ET GRAPA. Spinther

SARACENVS
Armarium quid sit


¶ EX armario. Est armarium: i quo uel libri: uel alia domus necessaria reponunt. ¶ Tinniebas. Palã iactaueras: ẽ tñ ꝓprie tinire sonare: ide dcã sunt titinabula. ¶ Armillas. Quę ornamẽta sunt brachiorũ in circulorũ formã: armillas dicit Festus ex auro q̃s uiri militares ab iperatorib⁹ dõati gerũt: dcãs esse existimãt: ꝙ antiq humeros cũ brachiis armos uocant: uñ arma ab his depẽdẽtia sunt uocata. ¶ Inauris ornamẽta sũt fœmiarũ inaures ab antiqs appellatę: q̃ ab autorib⁹ pẽdebãt pforatis. Fest⁹ memorat genus iaurĩũ stalagmiũ dictũ fuisse allegãs cæciliũ: ex aure eius stalagmiũ domi hẽo: qđ ẽt ostẽdit Plau. in pœnulo: qd iã: qa incedũt cũ anulatis aurib⁹: hęc.n. ornamẽta: q̃ gerunt effigiẽ anulorũ i isula cypro: creta: & aliis plerisq locis græci ẽ nr̃is tpibus adhuc uisunt. Pli. in oriẽte qdẽ: & uiris ne dũ fœminis aurũ gestar: eo loci dec⁹ fuisse tradidit. ¶ Spathalia. Et ista quoq ornamẽta sũt a spathe ddu cta. ẽ.n. spatha: ut author theophrastus ẽ: ramus palmę cũ frõdib⁹: a Pli. quoq: herodoto: ac Iulio poluce iti/dẽ edocemur: spathẽ dici ramusculũ palmæ. ¶ Sodes. ꝓ si audes. ¶ Da a te. Notanda locutio est: ac dixisset de tuo prætium exolue. ¶ Veniãt. Reddantur: & afferantur.

Spathalia quę dicant

An. Hoc est quod olim clanculum ex armario
Te surripuisse aiebas uxori tuæ.
Me. Nunq̃ hercle factum. An. non tu meministi obsecro?
Redde igitur spinther, si non meministi. Me. mane.
Imo equidem memini. nempe hoc est, quod illi dedi,
Istuc. ubi hercle armillæ sunt, quas una dedi?
An. Nunq̃ dedisti. Me. nam pol una dedi die.
An. at te accurare dicit. Me. accurabitur.
Hæc palla, & spinther faxo referantur simul.
An. amabo mi menæhme in aureis da mihi
Faciunda pondo duum nummum stalagmia.
Vt te lubenter uideam, quom ad nos ueneris.
Me. Fiat, cedo aurum. ego manu pretium dabo.
An. Da sodes abs te. post reddidero tibi.
Me. Imo cedo abste. An. ego post tibi reddam duplex.
Me. Non i abeo. An. at tu quando habebis, tum dato.
Nunquid me uis? Me. hæc me curaturum dicito.
Vt quantum possit, quãq liceat, reueniant.
Iam ne abiit intro? abiit. obtrudit fores.
Dii me quidem omnes adiuuant, augent, amant.
Sed quid ego cesso, dum datur mihi occasio?
Tempust abire ab his locis lenoniis.
Propera menæhme. fer pedem. confer gradum.
Demam coronam. atq abiiciam ad leuam manum.
Vt qui sequantur, hac me abiisse censeant.
Ibo & conueniam seruom si potero, meum.
Quo pacto pugno præfregisti brachium.
Py. Quid brachium? Ar. illud dicere uolui, femur.
At diligenter hic eram. pol siquidem
Connisus esses, per corium, per uiscera.
Perq; os elephanti brachium transmitteres.
Py. Nolo istæc hic nunc. Ar. ne hercle operæpretium quidem
Mihi id enarrare, tuas qui uirtutes sciam.
Venter creat omneis has ærumnas, auribus
Peraudienda sunt, ne dentes dentiant.
Et assentandum est, quicquid hic mentibitur.
Py. Quid illuc quod dico. Ar. hem scio quid uis dicere,
Factum hercle. memini fieri. py. quid id est? Ar. quicquid est.
Py. Habes tabellas? Ar. uis rogare, habeo & stilum.
Py. Facete aduortis tuum animum ad animam meam.
Ar. Nouisse mores me tuos meditate decet,
Curamq; adhibere, ut præuolet mihi, quo tu uelis.
Py. Ecquid meministi? Ar. memini centum in Cilicia,

VALLA.

PROpter uirũ.iuxta eũ: q uiget uiribus. In cãpis curriculis. cõmẽticia hæc uerba oia. bumbomatides. a strepitu uocabulũ hoiem uult uideri magnũ in cuius cõgressũ uenerit. Clutũ.s.p. clutum græci κλυτον dicunt: uñ accepta præpositione fit inclytus. In staridis arohidis erat impator. Mẽtita hæc oia:& cõmẽticia: ut ẽt clãculũ idicat parasitus. solent.n. mẽdaces: qui coargui nolũt: q̃ nusq̃ sunt: aut fuerũt: noia cõfingeř. Sũmus neptuni nepos. Home. nãq; ut a ioue reges: ab apolline uates: ita a neptuno fortes ducit uiros. Difflauisti. In ptes diuersas iecisti. Aut pẽniculũ tectoriũ.i. caudã q̃ tectoria.i. parietũ icrustatiões expoliunt. Festus Põ. pẽnẽ caudã uocabãt: uñ & offã porcinã cũ cauda offã pẽnitã dicebãt. hinc & pẽiculos dictus: qbus calciamẽta tergenť: qđ de caudarũ extrẽitate fiũt. Me mãcu. da. Fuũ me illi cõstituã ei:q mihi oñderit stultiorẽ hoc milite. Si unũ epi. edã apud illũ esuriens isane. Varro cũ hũc iterptet locũ: ut nũc scriptũ est: ita ait. Si unũ epityra æstuet: epityrũ uocabulũ est cibi: quo frequẽtius sicilia q̃ italia usa: id Plau. uæhemẽter uellet dicere isane dixit: qđ isani oia faciãt uæhemẽter. qđ ãt sit epityrũ cato docet inqẽs: epityrũ: album: nigrũ: uariũq; sic facito ex oleis albis: nigris: uariisq; nucleos eiicito: sic cõdito. cõcidito ipsas addito oleũ: acetũ: coriandrũ: cyminum: fœniculũ: rutam: mentham in orculã condito: oleum supra stet: ita utitor. Venter creat: hæc secũ parasitus. Dẽtes dentiant: in ore concutianť. Vt præuolet mihi. Vt meus mea tuos sensus antecedat.

Epityrum quid sit

VGOLETVS ET GRAPA.

VBI Bombomachides. Hermolaus barbarus castigationũ Plinianarũ libro. iiii. ab Pylade in hac emendatione dissentit: sic scribens. Fuit enim (inquit) uicus Nemeæ Bembina unde Nemeus leo a poetis Bembinites dictus. Panyasis δέρμα τε θηρίου βεμβινήτα λέοντος. Sed in Plautino milite: ubi dicitur Bũbomatides clutũ instar. Cogitẽt legentes. an emendandum sit. Bembinatidis belluæ instar: hoc est Nemeęi leonis instar.

SARACENUS ℂIN ficlo latroniæ. Vt alia libere mentitur: ita locum: qui nusq̃ est confingit: ut mendaces solent sibi inuenire: ut magis ei credatur: loca nominat aliqua: quæ noscantur. ⁋ Sardis: Asiæ ciuitate. ⁋ Offa. Cibus. ⁋ Quid in cappadocia. Ad huc magis incipit assentari: & pariter hominem sua uanitate deludere. Ni hebes. Nisi aciem obtusam habuisset. ⁋ Here. Pro heri. ⁋ Quam decet: q̃tum conuenit: & apta: & compta uidetur: decet quãdoq; impersonale est: quandoq; habet personas. & numeros. Ouidi. ista decent humeros gestamina nostros: idest conueniunt & apta sunt. ⁋ Latronibus. Satellitibus. Varro nomen hoc habere posse inquit latinã etymologiam: ut latrones quasi laterones dicantur: quia assistunt lateri. Fes. tamen a latria: idest seruitute: ut sint latrones: quasi seruientes: at nunc uiarũ obsessores dicuntur: q̃ a latere adoriantur: uel q̃ latenter insidientur: ex græca tamen etymologia deducitur latrocinari: pro eo quod est mercede militare: ut apud Plautum inuenies: latrocinatus est annos decem: pro eo: quod est militauit.

Decet psonale & ipersonale

Et quinquaginta centum in siclo latrones.
Triginta sardis, sexaginta macedones.
Sunt homines, tu quos occidisti uno die.
Py. Quanta istæc hominum summa est. Ar. septem millia
Py. Tantum esse oportet, recte rationem tenes.
Ar. At nullos habeo scriptos. sic memini tamen.
Py. Aedepol memoria optuma est. Ar. offa emonet.
Py. Dum tale facies, quale adhuc assiduo edis,
Communicabo te semper mensa mea.
Ar. Quid in cappadocia, ubi tu quingentos simul
Ni hebes machæra foret, uno ictu occideres.
At pedites tibi reliquia erant, si uiuerent.
Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt,
Pyrgopolynicem te unum in terra uiuere
Virtute, & forma, & factis inuictissimis?
Amant te omnes mulieres, neq; iniuria,
Qui sis tam pulcher, uel here ille quæ pallio
Me depræhendere. py. quid here dixerunt tibi?
Ar. rogitabant, hic ne Achilles est inquit tibi?
Imo eius frater inq̃. illarum altera
Ergo mecastor pulcher est inquit mihi,
Et liberalis. uide cæsaries quam decet.
Næ illæ sunt fortunatæ, quæ cum isto cubant.
py. Ita ne dicunt tandem? Ar. quæ me ambæ obsecrauerint,
Vt te hodie quasi pompam illac præter ducerem.
py. Nimia est miseria, pulchrum esse hominem nimis.
Ar. Molestæ sunt, accedunt, orant, obsecrant
Videre ut liceat. ad sese accersi iubent.
Vt tuo non liceat dare operam negocio
py. Videtur tempus esse, ut eamus ad forum.
Vt in tabellis quas consignaui hic heri
Latronibus ego denumerem stipendium.
Nam rex Seleucus me opere orauit maxumo,
Vt sibi latrones cogerem, & conscriberem.
Regi hunc diem mihi operam decretum est dare.
Ar. Age eamus ergo. py. sequimini satellites.

VALLA. ℂIn siclo latroniæ. & homo cõmenticium: notum autẽ est siclum quid pendeat: sed hic pro proprio nomine loci ponitur ad pondus nihil pertinens. ⁋ Offa monet. offam pro cibo posuit cuĩ sit tumefactus in iure panis: unde illud prouerbium: nescis quid distet inter os & offam. ⁋ Vt illę: subaudi mulieres. ⁋ Here: pro heri. ⁋ Quasi pompam: nõ negocii alicuius causa: sed ut ut pompam ageres tecum multos comites adducendo: nam pempo cũ aliquo fastu mitto est: unde põpa. ⁋ Latronibus: idest stipendiariis. Virgilius fixumq; latronis: impauidus frangit telum. ubi Seruius inquit latronis uenatoris: & est græcum: nam λατρεύειν dicunt obsequi. moris autem erat: ut hos imperator: & circa se haberet: & primos mitteret ad omne discrimẽ: unde nunc dicit latronis telo fixũ leonem: quia etiã uenatores operas suas locare consuerũt. Var. tamẽ dicit hoc nomen posse habere etiã latinam. etymologiam: ut latrones dicti sint quasi laterones: quia circa latera regũ sunt: quos nunc satelites uocant. una tamen est significatio Plau. in pyrgopolinice ostendit: quid sint latrones: stipendiũ: unde stipendiarii a stipe: ut iquit. Varro: quod pusilla pecunia in arculis obstipetur. nã latrunculus est quo in alea ludimus: qui & calculus nominatur. Ouidi. siue latrocinii sub imagine calculus ibit. Fac pareat uitreo miles ab hoste tuus. Iu. nec tessellæ: nec calculus ex hac materia: latrones quoq; Ouid. latrunculos uocat: Cautaq; non stulte latronum prǽlia ludat. ⁋ Latrones cogerem. Congregarem in unum adducerem. ⁋ Sequimini satelites milites mei: unde & satelitium dictum.

Pẽpo qd sit

Latrũculus qui

VGOLETVS ET GRAPA. ℂET factis inuictissimis scribendum est ex ueteribus codicibus: & sententiæ cõcinnitate meliori: q̃ factis inuictissimis: ut Pius interpres legit. Vide ex codicibus antiquis. Dicunt ex codicibus antiquis. quin potius: aiebant ex antiquissimo: in quo scriptum est: ita ne aliena tandem. ⁋ Vt te ex codicibus antiquis: & sententiæ integritate. ⁋ Miseri animi est ex codicibus antiquis. ⁋ Accedunt: orant: obsecrant. sententiæ concinnitate: & metri necessitate.

Mihi

Mihi ad enarrādum: Plura narraturus pallestrio iducit: quę nō aguntur in comœdia: sed tanq̄ pcedētia edocet: ut facilius oē fabulæ argumētū inotescat: ex Plautinis uerbis dn̄a notat iter comitatē & benignitatē: ut sit comitas in dicēdo: in auscultādo beignitas. ¶ Ephesum. Ubi agi comœdia uideret. est ephesus ciuitas asiæ: ibi dianæ clarissimū tēplū: de quo ifra: qđ amazones asia potitæ cōsecrasse tradūt. ¶ Stercoreus. Imūdus. ¶ Valgis. itortis. Neui⁹ apd Noniū: ualg⁹ ueternosus gēib⁹ magni talis turgidis. Sublinit os: Decepit fefellit. — SARACENUS.

Mihi ad enarrādum. Cognita superius per militē & parasitum militis inani gloria: pariterq; amentia: quo in prima comœdię frōte oblectatus populus: ad quæ sequunt: esset attētior iā palestrio: quę ad comœdiā ptinent: reliquā cōmemorat. ¶ Est comitas. i. lenitas: un̄ comitas sit. Cic. docet pro lucio balbo inquiens: erat accusatoris iterptatio indigna responsione: qui ita dicebat comiter esse cōmuniter: quasi uero priscum aliquod aut insolitū uerbū iterptaret: comes bēigni faciles: suaues hoies esse dicūtur: qui errāti comiter mōstrat uiā benigne non grauate: cōiter qdē certe nō cōuenit. ¶ In festiuo loco comœdię. festiua. n. sunt: quę de milite antecesserunt. ¶ Alazon græce: halazonia. n. iactantia dicit latinę. ¶ Stercoreus: fœtidus ut stercus. ¶ Ait sese. hoc amphibologicos dictū p duos accusatiuos: est. n. q̄tū in ipsa orone mulieres: ne sectent militem: an miles mulieres: sensus tamē est pspicuus: nam ait a mulieribus sese plurimū desiderari: & appeti. ¶ Quaq̄: pro quacunq;. ¶ Vagis suauiis: non certis: atq; stabilibus. ¶ Athenis atticis si quidem: ut ait. Var. tres fuerunt athenæ. ¶ Qui ē amor cultu optimus: quem colamus quia mutuus. Insinuat sese in gratiam se cōciliat. ¶ Opiparisq; obsoniis. lautis inquit conuiuiis. ab opum enim copia dicuntur opipara. ¶ Vbi primum euenit. Quam primum oblata est occasio. ¶ Sublinit os: fallit: decipit matrē puellæ. ¶ Compegit in nauem: in nauem intrusit: atq; cōclusit. ¶ Prius pii libertatem amisi. — VALLA.

Allazonia quid sit

Naupactus

Insinuat se

SECVNDVS ACTVS.

Palestrio seruus.

Mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,
Si ad auscultandum uestra erit benignitas.
Qui autem auscultare nollet exurgat foras,
Vt sit ubi sedeat ille, qui auscultare uolt.
Nunc qua assedistis causa in festiuo loco,
Comœdiæ huius, quam nos acturi sumus,
Er argumentum & nomen uobis eloquar.
Alazon græce huic nomen est comœdiæ,
Id nos latine gloriosum dicimus,
Hoc oppidum ephesus est. miles meus est herus,
Qui hinc ad forum abiit gloriosus, impudens,
Stercoreus, plenus periurii atq; adulteri.
Ait sese ultro omnis mulieres sectarier,
Is est derisui, quaqua incedit, omnibus.
Itaq; hic meretrices labiis dum ducant eum
Maiorem partem uideas ualgis sauiis.
Nam ego iamdiu apud hunc seruitutem seruio.
Id uolo uos scire quomodo ad hūc deuenerim
In seruitutem ab eo, quoi seruiui prius.
Date operam. nam nunc argumentum exordiar.
Erat herus Athenis mihi adolescens optumus.
Is amabat meretricem macte Athenis atticis,
Et illa illum contra, qui est amor cultu optumus.
Is publice legatus Naupactum fuit.
Interim iuit hinc miles. forte athenas aduenit.
Insinuat sese ad illam amicam heri mei,
Occœpit eius matris culpa pariter, &
Vino, ornamentis, opiparisq; obsoniis.
Itaq; intumum ibi se miles apud lenam facit.
Vbi primum euenit militi huic occasio,
Sublinit os illi lenæ matri mulieris.
Quam herus meus amabat. nam is illius filiam
Compegit in nauem miles clam matre sua.
Eamq; inuitam huc mulierem in ephesum auehit.
Ego quantum unus possum, mihi nauem paro,
Vbi amicam herilem athenis auectam scio.
Inscendo, ut eam rem Naupactum ad herum nunciem.
Vbi sumus prouecti in altū, sicut uolunt,
Capiunt prædones nauem illā, ubi uectus fui.

¶ NVNC qua assedistis causa: ita legendum est ex codicibus antiquis: recta lege metri: & sententiæ congruitate. non assedi: ut Pius interpres legit. ¶ Comœdiæ huius: quam nos acturi sumus: & hic ita uersus est scribendus nisi metri cum iambici trimetri legem rescidere uelimus: & uersui quattuor pedes tantum reddere: ut fecit Pius legens: comœdiæ quam acturi sumus: quum sex debeantur pedes. ¶ Hoc oppidum ephesus est: miles meus est herus: ita est scribendus uersus hic: & metri: & recte grāmaticæ ratione: nō autem ephesum scribendū: nec absq; uerbo illo est: ut fecit Pius insulsissimus. ¶ Vbi primum euenit militi huic occasio: ita scribendus uersus est ex antiquis codicibus: recta lege metri: & sententiæ concinnitate: & non ubi primū euenit militi: absq; aliis duabus dictionibus: ut legit Pius iterpres ignarissimus: cōtra legē metri. cui quattuor tantum pedes essent. cōtraq; codicū antiquorū litterā: & sniæ pfectionē. ¶ Ille qui me cæpit: scribendū est: & nō ille me cæpit solū: absq; relatiuo qui: nā uersus nō cōsisteret: & sentētiæ uerba non quadrarent: & tamen Pius ita legit. — VGOLETUS ET GRAPA.

SARACENVS — Glaucoma quid ſit

¶ILLE me cœpit: ſcilicet prædo. ¶ Addit. Appoſuit præfecit. ¶ Glaucomam. Dixerunt græci id uicium eſſe oculorum: quod nos: Cornelio celſo authore: oculorum ſuffuſiones appellamus: conſtat id uiciu; eſſe eius humoris: qui chriſtallinus appellatur: in glaucum colorem mutati: hanc ægritudinem Ariſtoteles in libro de animalibus dicit: potius ſiccitatem oculorum: & iccirco magis ſeneſcētibus euenire: oculi namq;: ut corpus reliquum: ſenectute ſiceſcūt: hoc ideo uitium dirimit a lucioſitate: ut hoc ſit ex ſiccitate: illud uero ex humoris copia: quapropter minoribus natu potius accidit: quorum cerebrum humidius eſt. ¶ Duarum fert imaginem: nam in domo militis: & in uicini domo comparebit: ita ut duæ mulieres eſſe uideantur.

Prius perii, q̃ ad herum ueni, quo ire occœperam.
Ille qui me cœpit, dat me huic dono militi.
Hic poſtq̃ in ædeis me ad ſeſe duxit domum,
Video illam amicam herilem, Athenis quæ fuit.
Vbi contra aſpexit me, oculis mihi ſignum dedit,
Ne ſe appellarem, deinde, poſtq̃ occaſio eſt,
Conqueritur mecum mulier fortunas ſuas.
Ait ſeſe Athenas fugere cupere ex hac domu.
Seſe illum amare meum herum, Athenis qui fuit.
Neq; peius quenq̃ odiſſe, q̃ iſtum militem.
Ege quoniam inſpexi mulieris ſententiam,
Cœpi tabellas, conſignaui clanculum
Dedi mercatorem quoidam, qui ad illum deferat
Meum herum, qui Athenis fuerat, qui hanc amauerat,
Vt is huc ueniret. is non ſpreuit nuncium.
Nam & uenit, & is in proxumo hic diuortitur
Apud ſuum paternum hoſpitem, lepidum ſenem.
Itaq; ille amanti ſuo hoſpiti morem gerit.
Noſq; opera conſilioq; adhortatur, iuuat.
Itaq; ego paraui hic intus magnas machinas.
Qui amantes una inter ſe faciam, ut conueniant,
Nam unum conclaue, concubinæ quod dedit
Miles, quo nemo niſi ea ipſa inferret pedem.
In eo conclaui ego perfodi parietem.
Qua cōmeatus clam eſſet hic huic mulieri.
Et ſene ſciente hoc feci. is conſilium dedit.
Nam meus conſeruos eſt homo haud magni pretii.
Quem concubinæ miles cuſtodem addidit.
Ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis,
Glaucomam ob oculos obiiciemus, eumq; ita
Faciemus, ut quid uiderit, non uiderit.
Et mox ne erretis, hæc duarum hodie uicem
Et hinc, & illinc, mulier fert imaginem.
Atq; eadem erit. uerum alia eſſe aſſimulabitur.
Itaq; ſublinitur os cuſtodi mulieris.
Sed foris concrepuit hinc a uicino ſenis.
Ipſe exit. hic ille eſt lepidus, quem dixi, ſenex.

VALLA. — Fortuna uerbū medium — Additus quid ſit

¶ILLE me cepitur: e prædonibus quidem. ¶ Ne ſe appellarem: ne alloquerer. ¶ Fortunas ſuas: ſuos caſus. ſua infortunia. nam & in bona parte quandoq; capiuntur: ut cum Cæſar in commētariis de geſtis in galliis ait: milites fortunas ſuas nempe bona alicubi collocaſſe. ¶ Ex hac domu. e familia militis. ¶ In proximo hic diuortitur: nempe periplectomeni domo. Veteres ſui hoſpitis. ¶ Magnas machinas: magnas inſidias: ab oppidorum oppugnatione ſumpta tranſlatione: quorum mœnibus ſubruendis machinæ admouentur. ¶ Facerent conuenientias: idest conuenticula: ut ſeſe in q̃ poſſent conuenire: ac colloqui. ¶ Vnū conclaue. Porticum unam cum camera. ¶ Qua commeatus: ſubaudi parte cōmeatus tranſitus. ¶ Sene ſciente: periplectomeno. ¶ Cuſtodem addidit. adiunxit. ſeruius autē interpretatur additum inimicum: ut nec teucris addita iuno: uſq̃ aberit. ¶ Facticiis fabricis. confeſtis atq; ſimulatis. ¶ Glaucomam ob oculos obiiciemus Celſus in ſexto. Nonnunq̃ autem nimiū ſub hac curatione exciſa cute euenit: ut oculus non contegatur. idq; interdum etiam alia d̃ cauſa fit glaucophthalmos græci appellant: in quo ſi nimium palpebræ deeſt: id reſtituere curatio poteſt. Ariſtoteles de animalibus: ægritudines etiā oculorum utrorumq; indiciū faciunt. glaucoma enim ceſiis potius accidit luſcioſitas nigris: eſt autē glaucoma ſiccitas potius oculoru; itaque ſeneſcentibus potius euenit: nam oculi quoq; ut reliquum corpus ſenectute ſicceſcūt. luſcioſitas uero humoris copia eſt. ¶ Duarum hodie uicem: nempe ſuam: & ſororis.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶AD ſeſe ex codicibus antiqs & uerſus neceſſitate ſcribendū eſt: & nō unico ſe tantum. ¶ Et is proximo: is addendum eſt ex codicibus antiquis: & metri neceſſitate: quod Pius nō uidit: relinquens uerſum mutilum. ¶ Qui amantes una inter ſe faciam: ut conueniant: ita ſcribendus eſt uerſus ex codicibus antiquis: recta lege metri: & ſententiæ congruitate non qui amantes una inter ſe facerent conuenientias: ut legit Pius interpres Plautinus inſcitiſſimus: quando quidem nec uerſus conſiſtere poſſet: nec conuenientius uocabulum admodum receptum uidetur. ¶ Niſi ea ipſa: ſcribendum eſt: & addendum ipſa metri neceſſitate.

NI hercle defregeritis: periplectomenes indignatur quod sceledrus militis seruus de tegulis per impluuium intro spexisset: uidissetque mulierem e domo in domum trasmeare. Loreare. i. loris caedi. Legi talariae. Quae fuisse uidetur: ut si qs in alienam domum inuito dno irrumperet: ei impune possint crura cofringi: docet namque Ci. legem fuisse: quod si qs in alienum agrum cum telo iueniretur: eius brachia frangerentur. Propter suum: Cum sua: Vir. te pp lybicae gentes: numidumque tyranni: odere infensi tyrii te pp eundem: extinctus pudor: te pp. i. causa tua. Paruper que artem: & disciplinam: Hoc est uultu cōstanti pstet: nec colorem imutet: ne timere uideatur: hunc mulierum morem scite expssit Iu. inquiens: forte aium pstant rebus: quas turpiter audent: & rursus: nihil est audacius illis: dephensis: iram: atque aios a crimine sumunt. Holitori. Holera uendenti.

SARA CENVS.

Periplectomenus Senex. Palestrio seruos.

NI hercle defregeritis talos, posthac quemque in tegulis
Videritis alienum, ego uestra faciam latera lorea.
Mihi quidem iam arbitri uisunt meae qd fiat domi.
Ita per impluuium introspectant. nunc adeo edico omnibus,
Quenque a milite hic uideritis hominem in nostris tegulis,
Extra unum Palaestrionem, hunc deturbatote in uia.
Quod ille columbam aut gallinam se sectari, aut simiam
Dicat, peristis, nisi usque ad mortem mulctatis male.
Atque adeo ut ne legi fraudem faciam talariae.
Accuratote ut sine talis domi agitent conuiuium.
Pa. Nescio qd malefactum nostra huic familia est, quantum audio.
Ita senex talos elidi iussit conseruis meis.
Sed me excepit, nihili facio quid faciat caeteris.
Aggrediar hominem, est ne aduorsum mihi? est quasi, qd agis
Periplectomene? Pe. haud multos hoies si optadum fuerit mihi
Nunc uidere, & inuenire, quam te mauellem. Pa. quid est?
Quid negocii est? Pe. res palam est. Pa. quae res palam e? Pe. de teglis
Modo nescio quis inspectauit nostrum familiarium
Per nrm impluuium intus apud nos Philocomasium atque hospitem
Osculanteis. Pa. quis ho uidit? Pe. tuus cōseruos. pa. qs is e ho?
Pe. Nescio, ita abripuit repente sese subito. pa. suspicor
Me pisse. pe. ubi abiit, cōclamo. heus qd agis tu inquam i teglis?
Ille mihi abiens ita respondit, se sectari simiam.
Pa. Vae mihi misero, quoi pereundum est propter nihili bestiam.
Sed philocomasium hiccine etiam est nunc? Pe. cum exibam, hic erat.
Pa. Si est, iube transire huc quantum possit, se ut uideant domi
Familiares, nisi quidem illa nos uolt, qui serui sumus.
Propter suum amorem omneis crucibus contubernaleis dari.
Pe. Dixi iam ego istuc, nisi quid aliud uis. Pa. uolo hoc dicito.
Paruper artem, & disciplinam obtineat, colorem, & queadmodum
Roget eum qui hic se uidit, utrum iunctam uiderit.
Si quidem centies hic uisa sit, tamen inficias eat.
Pe. Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam,
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.
Qui arguat se, eum contra uincat iureiurando suo.
Domi habet animam falsiloquom, falsificum, falsiiurium.
Domi dolos, delenifica facta, domi fallacias.
Nam mulier olitori nunquam supplicat, siqua est mala,
Domi habet hortum, & condimeta ad omnis molis mellifica.
Ego istaec si erit hic, nunciabo, sed quid Palestrio est,

NI hercle defregeritis talos. Periplectomenus cum domi p spexisset sceledrum custodem mulieris militis in spectado simiam per tegulas per impluuium uidisse pleusidem & philocomasium sese inuicem amplectentes: iratus minitatur seruis suis: se grauiter in eos aiaduersurum nisi militis seruum caeciderint. si quem uiderint per tegulas ambulantem qd quae per actum offenderit cōmonet palestrionem. Talos itaque sinechdoticos p cruribus posuit: quamquam proprie tali homini negantur esse: qui taxilorum gerunt effigiem: & inde a latinis nominati: a grecis tamen astragali sicut cubi: qbus lusitatur in alea. nam & puellae quoque in aera ludentes iactant astragalos: ut Aristoteles quoque cōmeminit in secundo de caelo dicens. οἷον μυρίους ἀστραγάλους βάλλειν δυνατὸν ἀλεύαστον ἀρόν. inde per translationem in colūnis etiam astragali dicti Vitruuius. Astragali faciendi sunt octauae partis partis. Loreare: loris caedi atque uerberari. Ita per impluuium. spatium domus medium: in qd pluuia cadit. Edico omnibus. praescribo: p cio. Deturbate in uiam: de tecto in uiam deiicite. Vt nec legi fraudem faciam talariae. a talis lex talaria aduersum eos qui talis lusitant. Talarii ludi dicunt: quibus uidentur ueteres usi saltitado. Cicero in primo officiorum: adde his si placet unguentarios saltatores: totumque ludum talarium: inde etiam talapidare. Festus talipidare antiq dicebant p uacillare pedibus lassitudine: quasi qui trahit pedes: ut talis uideatur insistere aut identide tollere pedes. Cōtubernaleis: q eodem i cōtubernio cōmoramur. Arte & disciplina: subaudi ad dissimulandum. Cōfirmitatem ad cōfirmadum: quod uoluerit aptitudinem. Domi habet. Hoc est apud se non quaerendum aliunde. Falsiiurium: ad falso deierandum. Dolenefica: fabricatrix: dolorum: & malitiarum. Holitori nunquam supplicat: quasi hortum malitiarum apud se habet. Ad oes moles malifica. Mole inquit quicquid obiecta malefaciedo se explicat.

VALLA.

Tali quid sint

Talarii ludi qui

LOrea: legendum censemus ut sit adiectiuum nomen a loro deriuatum: non loreare. qd significet difflagellare a lorariis: ut exponit Pius inscitissimus: & Sar. cōtra metri rōnem: & gramaticae rtam: quod loreari potius: quam loreare dici exigeret. Scdm artem: scribendum est: et: ex cod. antiquis: in qbus. Eccum scriptum est: sed & uersus ratio exigit ut absque cōiunctione quod scribatur. qa abūdaret pes unus.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARA CENVS

Fœmur q̃d sit

¶QVEMadmodum astitit. Describit motus: gestusq́ corporis cogitabundi palæstrionis. ⁋ Fœmur: pars āterior a coxa ad genu: femē āt posterior: a cuius mollicie dicta fœmina: ut nōnulli sunt arbitrati. ⁋ Colūnā mēto suffulsit suo: denotat manū mēto suppositā: quæ instar colūnæ mentē uideret sustinere. ⁋ Nā hoc colūnatim poetæ esse inaudiui barbaro. sunt qui legant. nā hoc colūnatim porticu esse inaudiui barbara: quasi q̄ uiderit alias: uel dici audiuerit simile fuisse colūnæ fulcimētū porticū aliquā substinentis hunc uersiculū uideo Donatum allegasse in adelphis super illo uersiculo: alias audiui hanc fabulam. ⁋ Heus te alloq. s. uolo: uel lege alloquor: elephāti corio circūuectus nō suo: idest potius elephanto similis: & belluæ q̃ homini.

Quod uoluis astute tecum in corde? pa. paulisper tace,
Dum ego mihi consilia in animum conuoco, & dum consulo
Quid agam, quem dolum doloso contra conseruo parem.
Qui illam hic uidit osculantem, id uisum ne uisum fiet
Q. uæro. pe. ego hinc abscessero abs te huc, iteri illuc sis. uide
Quemadmodum astitit seuera fronte, curas cogitans,
Pectus digitis pultat, cor credo euocaturus foras.
Ecce autem auortit nixus leua, in femore habet manum.
Dextera digitis rationem computat feriens femur
Dexterum, ita uehementer quod facto opust ægre suppetit.
Concrepuit digitis. laborat cerebro. cōmutat status.
Ecce autem capite nutat. non placet quod repperit.
Quicquid est incoctum nō exprimit. bene coctū aliqd dabit.
Ecce autem ædificat. columnam mento suffulsit suo.
Apage. non placet mihi profecto illa ædificatio.
Nam os columnatum poetæ inaudiui esse barbaro.
Quoi uiui custodes semper totis horis accubant.
Euge ευσχημονως hercle astitit, & dulce & comœdice.
Nunq̃ hodie quiescet prius, q̃ id, quod petit, perfecerit.
Habet opinor. age siquid agis uigila, ne somno stude,
Nisi quidem hic agitari mauis uirgis, uigila, tibi ego
Dico, feriatus ne sis. heus te alloquor Palæstrio,
Vigila, expergiscere inquam, lucet, hoc inquam. Pa. audio.
Pe. Viden hostis tibi adesse? tuoq; tergo obsidiū? tibi cōsule.

VALLA.

¶CONseruo: nempe sceledro. ⁋ Acgre suppetunt: difficulter suggerunt. ⁋ Non osculum natum. deprauatum hunc locum ex priscis authoribus castigamus. ⁋ Nam hoc calumnatiꝫ posti esse inaudiui barbaro. cui iussi custodes: sensus auteꝫ est: ideo minus hęc placet ædificatio: quia pro muris: ac parietibus custodes habet: qui ingredientibus totis occurrunt iussi horis: id nāq́ nimium negotiū exhibet habitantibus. posti barbaro superbo: & nimio sumptu: & apparatu extructo. sic Virgi. barbarico postes auro: spoliisq́ superbi. Hora persicos odi puer apparatus. Iu. persicus orboꝝ lautissimus. Terentius: dinumeret ille babylo tibi triginta minas columnatim columnis suffulta ædificatio: aut colūnatum: ut sit hoc ædificium columnatū legitur: & uiui: q̄d si uerum tum erit: ut illud: uiuos ducēt de marmore uultus. Astitisti: & dulce: & comœdice. Suauiter & ut de te fieri possit comœdia. ⁋ Habet opinor. Subaudi. quod erat in quęstione. ⁋ Hæsitatus ne sis. Vt sit ita hęsitor: ut hesito. Te alloquor palestrio. Vt iam expedias. ⁋ Expergis inq̃: ut expergiscor ita expergo &. expergor. Diomedes. Expergiscor experrectus: & expergor expergitus: expergefio ex pergefactus. sedis expergitus dicitur: qui excitatus somno sponte uigilat: unde & Luci. ait, ergo e somno pueros cum mane expergitus clamo: experrectus aūt a quiete impeditus: unde Salu. experrectus somno: arreptis armis: tumultum facere. expergefactus porro est qui per alium somno excitatus. ⁋ Quære ergo obsidium. i. quo mō obsidere hostes possis: sicut p̄sidium dicimus: cum milites alicui p̄sident: loco quem defendant. Subsidiū. ubi in tertia acie subsident triarii: ut iclinatā aciē ab hostibus sustineāt. ita obsidiū: ubi hostes obsidio interclusi: & inde obsides dicti.

Expergo & expergor

Subsidiū & obsidiū q̃d sit

VGOLETVS ET GRAPA.

¶PECTus digitis pultat. Thadæus Vgoletus hunc locū sic iterpretabatur: ut non dubitaret affirmare Plautū nō simpliciter gestū anxii & cogitabundi Palestrionis exprimere uoluisse: sed festiue: ut pleraq́ oīa solet: allusisse ad cōputationem ueteꝝ: qui digitorum gestu numeros denotabant. Quod ut apertius fiat uerba Bedę ab eo recitata subscribenda duxi. Porrho iquit decē milia cū dicis leuā medio pectori supinā appones digitis ad collū erectis. xx. mil. cum dicis eandem pectori expāsam late superpones. xxx. mil. cū dicis eadē prona sed erecta pollicē carthilagini medii pectori imittes. xl. mil. cū dicis eandem in umbilico erectā supinabis. L. mil. cū dicis eiusdē p̄ne sed erectæ pollicem in umbilico impones. lx. mil. cum dicis eadem prona femur leuū comprehendes desup. lxx. mil. cum dicis eādē supinam femori superpones. lxxx. mil. cum dicis eādeꝫ prona femori superpones &c. ⁋ Dico: feriatus ne sis: heus te adloquor palæstrio: uersus hic cur non potius hoc mō scribatur: q̃ quo Pius oium audacissimus: & isanissimus corrigit: dū monstra chimerea domitare se autumat: & aneuritatus ne sis legendū cesēt: & ita exponēdū: peto a te aneuritatus sis. hoc est inuenisti multiplex cōsiliū: proh pudor litteratoꝝ: cuius argutiolæ nō assis sunt: non petit periplectomenus: an qcq̃ inuenerit: nec snia hmōi cōueniret quin perstat in excitādo palestrione: & inquit. tibi ego dico palestrio: ut uigiles: nec ocio tenearis: tanq̃ si feriatus esses. te alloquor inq̃ palestrio: &c. Eodē quoq́ mō feriatū p̄ otioso posuit: quo supra etiam in prima scena dixit de machera: quia se iampridem feriatam gestitem: habent autem codices antiqui: an heriatus: sed an superfluere clarum est: neriatus autem facile in feriatus conuerti potest: ut patere potest aliquid modo ingenii retinenti. Et te adloquor: non adloqui scribendum etiam est ex recta sententię cōgruitate. ⁋ Viden hostis tibi adesse: tuoq́ tergo obsidium? tibi consule. Et hic quoq́ uersus hoc: modo scribendus est: partim ex codicibus antiquis: in quibus tuoq́ ergo obsidium scriptum est: partim ex metri necessitate: & sententiæ conguitate: non autem. quære: ergo obsidium: ut legit: & comentat stolidissimus Pius. quid eniꝫ per Iouē sibi uellet: quære ergo obsidiū? quū illud significare intēdat. hostes tibi obsidiū a tergo parant: nō uides tuo tergo obsidiū? tibi cōsule: &c. Et tibi: addendū est: sine qua dictione uersus nō constat: quæ nauissimus ille Pius non intellexit.

Arripe opem, auxiliuq; ad hãc rẽppere, hoc nõ placide decet.
Anteueni aliqua, aliquos mitte, circũduce exercitum.
Curre in obsidium perduellis, nostris præsidium para,
Intercludе inimicis commeatum. tibi muni uiam,
Qua cibatus cõmeatusq; ad te, & legiones tuas
Tuto possit peruenire, hanc age rem, res subitaria est.
Repperi, cõminiscere, cedo callidum consilium cito.
Quæ hic est uisa, ut uisa non fiet facta, infecta ut fient.
Magnum illic honorem incipis, si magna munis mœnia.
Pa. Tu te unus si hoc recipere ad te dicis, confidentia est,
Nos inimicos profligare posse. Pe. dico & recipio
Ad me. & ego imperatorem dico me ad id, qđ petis. Pa. at te
Iuppiter bene amet. Pe. at me impti quod cõmetus. Pa. tace
Dum in regionem astutiarum mearum te induco, ut scias
Iuxta mecum mea consilia. Pe. salua sumes indidem.
Pa. Meus herus elephanti corio circũtectus, non suost.
Neq; plus habet sapientiæ, q̃ lapis. Pe. ego istuc scio.
Pa. Nunc sic rationem incipiens hanc instituam astutiam.
Vt Philocomasio huic sororem geminam germanam alterã
Dicam aduenisse athenis, & cum amatore aliquo suo,
Tam similem, q̃ lacte lacti est. apud te eos hic diuortier
Hospitio. Pe. euge euge lepide laudo cõmentum tuum.
Pa. Vt si illic concriminatus fiet aduorsum militem
Meus cõseruos, eã uidisse osculantem hic cum alieno, eum
Ego contra arguam, illam uidisse apud te cum suo
Amatore amplexantem, atq; osculantem. Pe. imo ut optume.
Idem ego dicam si me exquiret miles. Pa. sed simillimas
Dicito esse. & Philocomasio id præcipiendum est, ut sciat,
Ne titubet, si quæret ex ea miles. Pe. nimis doctum dolum.
Sed si ambas uidere in uno miles concilio uolet,
Quid agimus? Pa. facile est. trecentæ possunt causæ concini.
Non domist, abiit ambulatum. dormit. ornatur. lauat.
Prandet. potat. occupata st opere. non est. non potest.
Quantum uis prolationum, dommodo nunc prima uia
Inducamus, uera ut esse credat, quæ mentibimur.
Pe. Placet ut dicis. Pa. itro abi ergo. & si istic ẽ mulier, iube eã
Cito domum transire, atq; hoc ei præmonstra. & præcipe.
Vt teneat consilia nostra, quemadmodum exorsi sumus
De gemina sorore. Pe. docte tibi illam perdoctam dabo.
Nunqd aliud uis? Pa. itro ut abeas. Pe. abeo equidem igitur.
Pa. Ego ibo domum. atq; hoĩem iuestigabo operã hãc dissimu(lans
Qui conseruos hodie fuerit sectatus simiam.
Nam non potuit quin suo sermoni aliquem familiarium
Participauerit de heri amica, qui uidisset eam hic in proxumo
Osculantem cum alieno adolescentulo. noui morem ego,
Et tacere solus scio. si inuenio qui uidit, ad eum
Vineas pluteosq; agam. res parata st, impugnandoq;
Capere certa res est. si ita non repperio. ibo odorans quasi
Venaticus usq;, donec persecutus uolpem ero.
Sed fores concrepuerunt nostræ. ego uoce moderabo me.

SARACENVS.

¶ EAM arguam: Ostendam eam alteram esse consimilem sororem. ¶ Recipiendum. Dicendum: notificandũ. ¶ Ad quem hominẽ inuestigando. Lego potius: atq; hominẽ inuestigabo. ¶ Vineas: pluteosq; agam: Ac si dicat in illum machinamenta cõferam translatio est ab his: qui urbẽ oppugnaturi machinas parant: & instruunt: qđ sint uineæ: pluteiq; docet uegetius. est nãq; uinea machina bellica: uineas dixerunt ueteres: quas nũc militari: barbaricoq; usu cattos uocãt: sub qb9 sub sidẽtes tuti ad subruenda muros pñtrãt fũdamẽta: plutei ãt dñr: q ad silitudinẽ cassidis cõtexũt e uimine: & cilicis uel coriis ꝑteguntur cũ ternisq; rotulis admouent more carpenti: quos obsidentes applicant muris: eorumq; munitione protecti sagittis: fundis: & missilibus defensores de propugnaculis exturbant. ¶ Canis uenaticus: qui feras insequitur: & scrutatur sagax.

Viea qđ si:

Talariæ legi

VALLA.

¶ AVXIlium: ex alienis copiis augmentum unde etiã nomen habet. ¶ In obsidium perduellis: ut obsideatur ab hostibus: nam perduelles hostes dicti. ¶ Intercludе inimicis cõmeatũ: ne cõmeatus hostib9 subportetur uide. Alegoricos oia ab exercitu sumpta. ut tota facetior appareat oratio. ¶ Qua cibatus: cõmeatusq;. Cibatum esculẽta: & poculẽta dicit cibũ: quo uescimur: dum mãducamus: cõmeatũ uocat qcq̃ quid ad uitam sustinẽdã ꝑtinet. ¶ Cõminiscere: confinge. ¶ Facta isecta ut fient. Infecta non facta: nã est ubi infectũ intinctum dicimus: ut ipse supra: infectores crocotarii. ¶ Inimicos confligere posse. qđ fere affligere: uel afflictare dicimus in ea significatione: cõfligere positum est. ¶ Imparti me. fac me participẽ. ¶ Salua sumes ididẽ: ut dederis. inqt: ita abstuleris: quę apud me deposueris. ¶ Elephãti corio circũtectus. belua inqt est: nõ hõ. ¶ Eos. de sorore phylocomasii & amatorẽ dixit: quia masculinũ gẽus fœmininũ ad se trahit. queadmodũ & fœmininũ neutrũ. Luca. leges & plebescita coactæ. ¶ Nimis doctũ dolũ. elipticos dictũ: & diserte deest uerbũ. ¶ Trecẽtæ pñt causæ cõcinni numeꝝ finitũ pro isinito posuit concini duci: ut congruant. ¶ Abiit ambulatũ abiit: ut se exerceret ai cã. nã ẽt de rebus mortuis dr̃ ambulatio. Cato ubi naues ambulãt. ¶ Quãtũuis ꝑlationũ. Quãtũcũq; ꝑferri pt. ¶ Inducamus ꝑsuademus. ¶ Ad eum uineas pluteosq; agam. i. oppugnabo. Vineas dixerunt ueteres. Vegetius: qs nũc militiari barbaricoque usu cattos uocãt: de lignis leuiorib9 machina colligat: lata pedibus octo: alta pedibus septem. Longa pedibus sexdeci huius

Viea qđ sit

Nam Philocomasio custos meus conseruos it foras.

tectum munitione duplici tabulatis cratibusq; contexitur. Latera quoq; uimine sepiuntur. ne saxorũ telorũq; impetu penetrenť. extrinsecus autẽ ne imisso cõcrementť incendio crudis ac recentibus coriis: ac centonibus operitur istæ cum plures factæ fuerint iunguntur in ordinem: sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrent fundaměta. plutei dicũtur: qui ad similitudinẽ cassidis cõtexunť e uimine: & ciliciis uel coriis proteguntur: ternisq; ro tulis. quarum una in medio duæ in capitibus opponunť. in quãcũq; partem uolueris admouenť more carpẽti. quos obsidentes applicant muris. eorũq; munitione ꝓtecti sagittis siue fundis: uel missilibus defensores omnes de propu gnaculis ciuitatis exturbant: ut scalis ascẽdẽdi facilior pstetť occasio. Ibo odorans quasi canis uenaticus. i. uestigiis & coniecturis exquiram: num possim uspiam inuenire quis uiderit. ⁋ Persecutus uolpem ero. Quo ad astutum hominem offendero: ita enim uulpes pro astuto: & pro inuectione astuta. Pers. Astutam uapido seruas sub pectore uulpẽ. Moderabo me. & modero & moderor in eadem significatione: & tam meq̃ mihi.

Plutei qui dicantur

VGOLETVS ET GRAPA.

ℂ ANTE ueni aliqua aliquos mitte: circũduce exercitum: ita scribendus est hic uersus: partim ex antiquis codi. in quibus anteuenia aliqua scriptum est. & non ante mœnia: ut inepte & sine ullo sensu legit Pius: partim ex recta sen tentiæ congruitate: nam nisi mitte ascribas: sententia non constabit: & circũduc exercitu; : ex oibus codicibus scribi debet: non circũducere: neq; exercitus: ut scribit: & corrigit idem Pius. ⁋ Curre in obsidiũ perduellis ita scribi debet: & fieri punctus: hoc sensu: curre contra obsidium hostis nostri: non autem: cor in obsidium: ut nugatur Pius: dicens cor: animam: & salutem perduellis: hoc est hostis obside: quinimo altera clausula est nostris præsidium para: & co cinne singulis sententiis suum uerbum seruit. ⁋ Vineas inquit Vegetius libro. iiii. de re militari: dixerunt ueteres: qs nunc militari barbaricoq; usu Cattos uocant. Quemadmodum fiant uineas eodem libro docemur. ⁋ Idem eodem libro Plutei dicuntur: qui ad similitudinis cassidis contexuntur e uimine: & ciliciis: uel coriis pro teguntur: &c. ⁋ Festus uero Pompeius sic Plutei crates corio crudo: intentoq; solebam opponi militibus opus facientibus: & appellabãtur militares: Nunc etiam tabulæ: quibus quod præsepitur eodem nomine significantur.

SARACENVS

NIsi qdem. Seruus reticere nõ poterat quæ uiderat: qđ est nõ tã leuissimi: atq; in cõstã tissimi hoĩs q̃ qđ hoĩ cuique difficile: iõ interrogatus chilo. qđ eẽt in uita difficilius. rñdit: arcana reticere: ociũ recte disponere: iniurias ꝓpulsare. Tu sali solus. s. in cruciatũ. ⁋ Mihi ne dixis. pro ne dixeris nõ uult uideri ea uelle rescire: quæ maxĩe scire cupiebat. ⁋ Lippus. Qui lippitudine grauãtur minus uident: est ãt lippitudo oculoꝝ uiciũ: cũ oculi uel stilant: uel hũore grauescunt: licet Iulius pollux uiciũ oculoꝝ nõ uideať asserere: sed cauitaté potius ex corpis ægritudine. ⁋ Hãc dedolas tabulã. i. tu tibi paras compedes. ⁋ Capitiq; fraudem capitalẽ. Veteres fraudẽ pro culpa ponere consueuerũt: ut testať ulpianus lib. xxi. đ ędilitio edicto. ubi ẽt annotat qđ sit capitalẽ fraudẽ admittere. i. tale aliqđ cõmittere pp qđ qs capite puniẽdus sit.

Lippitudo qđ sit

Sceledrus. Palestrio Serui.

NIsi quidem ego hodie ambulaui dormiens in tegulis,
Certo ædepol scio uidisse, hic proxumæ uiciniæ
Philocomasiũ herilẽ amicã sibi aliũ q̃rere. Pa. hic illã
Vidit osculãtẽ, q̃tũ hunc audio loquẽtẽ. Sc. qs hic ẽ?
Pa. Tuus conseruos. quid agis Sceledre? Sc. te Palæstrio
Volupest conuenisse. Pa. quid negocii, fac sciam.
Sc. Metuo. Pa. qđ metuis? Sc. ne hercle hodie q̃tũ hic f (niũ ẽ,) milia
Maxumum in malũ cruciatum insiliamus. pa. tu sali solus,
Nam ego istam insulturam, & desulturam nihil hic moror.
Sc. Nescis tu fortasse apud nos facinus quod natũ est nouom?
Pa. Quod idest facinus? Sc. ĩpudicũ. pa. tu te scis, soli te tibi,
Mihi ne dixis, scire nolo. Sc. non enim faciam, quin scias.
Simiam hodie sum sectatus nostram in horum tegulis.
Pa. Aedepol Sceledre homo sectatus nihili neq̃ bestiam.
Sc. Di te perdant. pa. te istuc æquom, qũo occœpisti, eloqui.
Sc. Forte fortuna per impluuium huc despexi proxumum.
Atq; ego hic aspicio osculantem philocomasium cum altero
Nesio quo adolescẽte. pa. qđ ego Sceledre scelus ex te audio?
Sc. profecto uidi. pa. tu ne? Sc. egomet his duobꝰ oculis meis.
Pa. Abi non uerisimile est, neq; uidisti. Sc. num tibi
Lippus uideor? pa. medicũ istuc tibi melius percunctarier.
Verum enim, si te di ament, temere haud tollas fabulam, tuis
Nunc cruribus, capitiq; fraudem capitalem hinc creas
Tibi iam, ut pereas, paratum est dupliciter, ni reprimas tuum
Stultiloquium. Sc. qui uero dupliciter? pa. id dicam tibi
Primũ dũ si falsum ĩsimulas philocomasium, hoc perieris.
Iterum si id uerum est, tu custos ei additus perieris.
Sc. quid ad me? pa. at nescio. Sc. hæc me uidisse ego certo scio.

VALLA.

NIsi qdẽ ego hodie ambulaui dormiens ĩ teg̃lis. sceledrus quid per impluuiũ uicini uiderit memorat palestrioni: a quo retundiť: & quãto ĩpe sit in piculo: si militi narret q̃ uiderit. ⁋ Volupest cõ. me delectat tibi occurrisse. ⁋ Nã istã ĩsulturã. nẽpe isiliẽdo in queq̃ locũ. ⁋ Et des. i. desiliẽdo. Desultores q docẽt equos icessũ: ac đsultorii Ci. ꝓ murena. Qui nescio: quo pacto mihi uř ꝑtorius cãdidatus ĩ cõsulares q̃si desolutorius in q̃drigaꝝ curriculos currer. ⁋ Tupten. an tu ĩpe. ⁋ Lippus ui. cui ocľi stilẽt ægritudine. ⁋ Haud de. ta. ñ bñ iqt icipis tabulã cõcinare: nã đdolať crassiori emõ cõcinare ẽ. ergo tu iqt tibi ĩgẽs struis malũ. ⁋ Capitiq; frau. capitalẽ hic creas iã tibi. hoc ẽ cľpã iã tibi ꝑducis: q̃ pœna ĩfligať capitał: fraudẽ. n. cľpã uetustissimi dixer. Vlpi. đgestoꝝ. xxi. đ ędilitio edicto. Excipiť ẽt ille: q capitalẽ fraudẽ admisit. Capitalẽ fraudẽ admitteř ẽ tale aliqđ đliq̃re: pp qđ capite pũiẽdus sit: ueteres enim

Desultores qui

eni fraudē ꝓ pœna ponere salebant. capitalē fraudē admisisse accipiendus dolo malo: & per neqtiā. Cæteꝶ siqs errore: siquis casu fecerit: cessabit edictū: uñ Pōp. ait: neqꝫ in puberē: neqꝫ furiosum capitalē fraudē uideri admisisse.

¶ DEsultura a desiliendo: & Equi desultorii. Mos fuit: ut milites duos haberent equos: quorum altero fesso de uia exercitatione quadam militari desilirent in alterum recetem. M. Tullius in oratione pro Murena. Qui nescio quo pacto mihi uidetur prætorius candidatus in cōsularem: quasi desultorius in quadrigarū curriculos currere. ¶ Temere haud tollas fabulam. i. ne hanc fabulam temere in uulgus prodire facias: ita enim habent codices antiqui: & recte: ac plane sententiæ conuenit: & metri necessitas cogit non hanc dedolas tabulam ut nugaṫ Pius incōsultissimus.

VGOLETVS ET GRAPA.

Pa. pergin infelix? Sc. quid tibi uis dicam, nisi quod uiderim?
Quin ēt nūc intus hic in ꝓxumo ē. pa. eho annō domi est?
Sc. Vise, abi intro tute, nam ego mihi nihil credi postulo.
Pa. Certū est facere. Sc. hic te opperiar. pa. eidem hinc insidias
Quam mox ad stabulum iunix recipiat se pabulo. (dabo
Sc. Quid ego nunc faciam? custodem me illi miles tradidit.
Nunc si indicium facio, interii, si taceo, sic tamen
Hoc palam fuerit, quod peius muliere atqꝫ audacius?
Dum ego in tegulis sum, illæc relicto hospitio exiit foras.
Aedepol facinus audax, hoccine si miles sciat?
Credo hercle has tollat ædeis totas, tollat atqꝫ hic crucem.
Hercle quicquid est, mussitabo, potius q̄ inteream male.
Non ego possum, quæ ipsa sese uenditat, tutarier.
Pa. Sceledre Sceledre. Sc. qs hō itermiat. Pa. ē alter audacior,
Qui magis inimicitias acquirat sibi, q̄ tu? Sc. quid est?
Pa. Iube nūc tibi oculos effodi, qbus id quod nusq̄ est uides.
Sc. Quid nusq̄? pa. non ego emā nunc uitam tuam uitiosa nuce
Sc. Quid negoci ē? pa. qd negocii sit rogas? Sc. cur non rogē?
Pa. Nonne tibi istam prætrūcari linguam largiloquam iubes?
Sc. Quāobrē iubeā? pa. philocomasiū eccā domi, q̄ in ꝓxumo
Vidisse ais te osculantem, atqꝫ amplexantem cum altero.
Sc. Miruſt lolio uictitare te, tam uili tritico.
Pa. Quid iam? Sc. quia lusciosus. pa. uerbero, ædepol tu quidē
Cæcus, non lusciosus, nam illam quidem uidi domi.

¶ EAdē insidias dabo. Loquiṫ palæstrio non sceledrus: ita ut non audiatur ab eo: cui dare insidias uult: propterea quod mox mulierē cōparere: faciet i utraqꝫ domo: ita ut duæ esse uideant: sed interea uersiculum hunc emendo: nam ubi legitur: quā uxor ad stabulum iuuenis recipiat se pabulo: placet: ut legatur: q̄ mox ad stabulū iunix recipiat se pabulo: per quandā. n. iucūdam translationē: uelut iuuēca: quæ se a pabulo ad stabulū recipit: sic mulier ab amatore domum se conferet: dicuntur iunices tenere ætate boues. ¶ Quid ego nūc faciam. Nunc loquiṫ sceledrus: qui tacitus secū imurmurat. in ambiguoqꝫ uersatur: an palā facturus sit: qd uiderit an non: timet. n. audaciā mulieris: ne quod factū sit: inficias eat: nihil. n. audacius illis dephensis in crimine. ¶ Ad quē hic: s. confugiet: & de se loquitur. ¶ Crucē. In maximū: scilicet cruciatū. ¶ Curarier: Vel tutarier. ¶ Lolio uictitare. Loliū cū ad misceṫ tritico hoies ueluti ebrios reddit: quod exꝓssit Oui. & careāt loliis oculos uiciantibus agri. Lusciosus: sunt lusciosi qui interdiu nihil uidēt uespere parū: lumineqꝫ addito nō uidēt quasi lucē oderint: hoc genꝰ morbi græci nyctilopas uocāt: Authores ulpianus pli. & cæteri.

SARACENVS.

Loliū natura

¶ PERGIN infœlix. an perseueras in tuo stultiloquio: ut sis infœlix. ¶ Quam mox ad stabulum iunix recipiat de pabulo: q̄ repente inqt iuueca e pabulo pratensi se recipiat ad stabulum. amicā militis iunicē uocat. Iunices dicūtur ætate uiridiores uacæ. Persius. Tot tibi cū in flāma iunicū omēta liqscant: nā ut cornutus inqt. hic & hæc iunis & hoc iune: ætate uiridis dr̄: unde iunior cōparatiuū. ¶ Simile fiat. si soleat fieri hoc ædes inqt totæ auferenṫ. ¶ At quē hic: subaudi q̄ sile fecerit: interrogatiueqꝫ legēdū est. itaqꝫ rñdet. ¶ Crucē. ut subaudiaṫ: tulerit. ¶ Musitabo: silebo. ¶ Intermiat. hoc e minaci uoce clamat. ¶ Vitiosa nuce. cariosa. ¶ Mirus lolio uictitares tam uili tritico: fulgētius aūt legit: Mirū lolio uictitare terrā uili tritico inquiēs lusciosos dici uoluerūt in diē parū uidētes: quos græci myopas appellāt. & Pla. in milite glor. hæc uerba subnectēdo. dicūt. n. ꝙ loliū comœdētibus oculi obscurenṫ. Idqꝫ etiā Oui. i prio fastoꝶ. Et careāt loliis oculis uitiātibꝰ agri. ¶ Quia lusciosus. Nusciosū ateiꝰ philologus ait appellari solitū: q ꝑp oculoꝶ uitiū parū uidet. at popiliꝰ aureliꝰ nusciōes eē cæcitudies nocturnas Elius stilo: q plus uidēt uespi q̄ meridie: nec cognoscēt nisi qd usqꝫ ad oculos admonuissent. ubi lꝫ ituerī uetustimos p n nō p l lr̄am enūtiasse forte quod a nocte hoc uerbum inclinarint. Aulus gelius in. iiii. de myope quoqꝫ: qui lusciosus latine appellatur: dissensum est. Vlpia. quoqꝫ: ubi homo: neqꝫ matutino tēpore uideat: neqꝫ uespertino: quod genus myopa græci uocant: talem luscationem esse eam quidam putant: ubi homo lumine adhibito nihil uidet.

VALLA.

Iunices qui

Nusciosus qui dicatur

¶ QVAM mox ad stabulū iunix recipiat se pabulo: ita scribiṫ uersus hic recta metri lege: & sniꝫ: & nō: ut Pi arrogās: ac uanus iterps legit & cōmētaṫ: q̄ uxor ad stabulū iuuēis: deprauās sensum: & qd dicat nesciēs. ¶ Dū ego i tegulis sum: illęc relicto hospitio exiit foras. ita scribēdū uersum cēsemus hoc sensu: dū ego i tegulis sum simiā qrēs: illa relicto hospitio. i. domo nr̄a: ubi hospitaṫ: exiit foras: nō sumpto hospitio. i. post coitū cū hospite: ut legit: & scribit Pius uanus interps. ¶ Credo hercle has tollat ædis totas: tollat atqꝫ hic crucē: uersū hūc ita scribendū cēsemus: tū ex codi. antiqs: tū uero sniæ cōcinnitate: hoc sensu. Si casu aliquo miles hæc resiscat: nō dubito qn hāc domū ꝑtinꝰ tollat: hoc ē diruat: & euertat: siue clamore: siue factis: atqꝫ hic. s. sceledrus: se demōstrato: tollat crucē. i. ferat sibi crucē ad patibulū: quā sniam Io. bap. pius interps: nec decerpsit: nec qd uerba ipsa uellēt: itellexit. Sarra. autē alter inscius Plauti interpres: nihil prorsus: nisi stultū loquiṫ. ¶ Vidisse ais te osculantē. atqꝫ amplexātē cum altero: ita scribēdus uersus est metri necessitate: & non aiebas: & amplectantē: ut legit Pius cōtra codicū antiquorū scripturam: in qbus amplexantem clare legiṫ. ¶ Tam uili tritico. i. quū tanta sit tritici abūdantia: ut uili emi possit: ita exponit Politia.

VGOLETVS ET GRAPA.

Iunix

SARACENVS. ¶LVdis me palæstrio: Meli⁹ ludis ne palæstrio:pro deludis.nam ludere etiã ponitur pro eo:quod est iocos facere:in qua significatione uidet intellexisse palæstrio:propterea dixit.quia luto eam.nam ludis erat:quo luto ora inficiebant:ut alibi memorauimus.¶Meus illic homo est:Ita loquitur:ut non audiatur a sceledro.¶De pugnaculis: Vel de propugnaculis rectius:nam ille ita fores obseruabat:ut miles ciuitatis propugnacula.¶Vin iam faciã:Nũc palã loquit.¶Neq; solariũ:neq; hortũ:Scilicet penetrasse mulierem:nisi forte per impluuiũ se in domũ demiserit.

VALLA. ¶QVIA ludo iam.quoniã manus ait inquinatæ:puto nõ erit alienum inuertisse litteram d in t:& luto dixisse non referẽdo:quod sceledrus uerbum protulerat:sed ioci causa litterã unam modo inuertisse:quod sępe facit Plau. ut alibi at bat etiam litterã unam addidit.¶Se subrepsit mihi. ne oculis meis me nõ spectante se surripiat.¶Deturbabo:deiiciã.¶De propugnaculis.de locis:ubi consistitur ad pugnam.¶Neq; solariũ. nũc contignationem uocat illam:quę in tectis ad solem excipiendum solet excitari nominat solariũ. cum sit etiã **Solariũ qd sit** solarium horologiũ:quo in sole horas intuemur.Cicer.pro quintio uixit enim semper inculte:atq; horride.natura tristi:atq; recondita fuit: non ad solarium:non in campo:non in conuiuiis uersatus est.¶Subparasitatus.i.subministrauit blandiciis. ¶Hic obsistam.contra mulierẽ exeũtem me sistam:atq; obfirmabo.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶OBSERuasso ex codi.antiquis: non obseruo:ut legit Pius interpres. ¶Ne tibi clam se subterducat:nõ:ne tibi eadem subterducat:ut legit Pius cõtra antiquorum codicum scripturam:& sententiæ concinnitatem. ¶Consilium est ita facere:ego iam illam huc tibi sistam in uiam.ita scribendus uersus est:ratione metri:& sententiæ:nec interponẽda est dictio illa pedes:ut legit Pius:& uanissime commentatur.

Sc.quid domi?pa.domi hercle uero.sc.abi ludis me palestrio.
Pa.Tã mihi sunt manus inqnatæ?Sc.qdũ?pa.qa ludã luto.
Sc.Væ capiti tuo.pa.istuc Sceledre promitto fore,nisi oculos
Orationemq; aliam commutas tibi,sed fores
Concrepuerunt nostræ.Sc.at ego illas obseruasso fores.
Nã nihil est,q̃ hinc huc trãsire ea possit,nisi recto ostio.
Pa.Qui domi eccã.Sc.nescio utiq;.pa.sceledre Sceledre te scita.
Sc.Mihi ego uideo,mihi ego sapio,mihi ego credo plurimũ.
Me homo nemo deterreat,quin ea sit in his ædibus.
Hic obsistam,ne imprudenti hic ea se subrepsit mihi.
Pa.Meus illic hõ ẽ,deturbabo ego iam illum de pugnaculis.
Vin iam te faciam,ut stultum dum fateare?Sc.age uolo face.
Pa.Neq; te quicq̃ sapere corde,neq; oculis uti?Sc.scio
Neq; solarium,neq; hortum,nisi per impluuium scio.
Pa.Quid nũc si domi ẽ,si facio ut eã hic exire uideas domo,
Dignus es uerberibus multis?Sc.dignus.pa.serua istas fores,
Ne tibi clam se subterducat istinc,atq; huc transeat.
Sc.Cõsiliũ est ita facere.pa.ego iam illã huc tibi sistã in uiam.
Sc.agedũ ergo face,uolo scire utrũ ego id,qd̃ mihi uidi uideri,
An illic faciat,quod facturum dicit,ea ut sit domi.
Nam ego quidem meos oculos habeo,nec rogo utẽdos foris.
Sed hic illi supparasitatur semper,hic ei proxumus.
Primus ad cibum uocatur,primo pulmentum datur.
Nam illic noster,est fortasse circiter triennium,
Neq; quoiq̃,q̃ illi in nostra melius famulo familia.
Sed qd ego ago?Qd̃ me agere oportet,hoc obseruare ostiũ.
Hic obsistam.hac quidem pol uerba mihi nunq̃ dabunt.

SARACENVS. PRæcepta facito.Admonet interea palestrio mulierem ut per foratum pariete eat & redeat:ita ut in utraq; domo uisatur.¶Dispessis manibus.pro dispassis mutata a in e.i.diductis:atq; distentis.ab eo.n. quod est pando ueteres fecerunt passum non pãsum:& cum præpositione ex passum:ut docet in noctibus atticis Gelius & priscianus.

Palestrio. Philocomasium. Sceledrus.

PRæcepta facito ut memineris.ph.mirum est,tolle monere,memini (las,ut sint malæ.
Pa.At metuo,ut satis sis subdola.Ph.ne doceto ma
Mihi sola ego supersum.Pa.age igitur nunc iam insiste in dolos. (gero.
Ego istinc abste ꝓcul recedã.o qd astas Sceledre?Sc.hanc rem
Habeo aureis,loqre qd uis.pa.credo ego istuc extemplo tibi
Esse eundũ actutũ extra portam dispessis manibus patibulum

VALLA. PRęcepti facito:ut memineris.Palestrionis dolis mulier istructa:fingit se somniasse sororem uidisse:accessisse ipsam uisendi causa:astante palestriõe:& sceledro.¶Tolle monere.aufer:ut me admoneas.¶Sola ego supsum.Aliis emineo ego.¶Extra portã.subaudi ad patibulũ.¶Dispessis mãibus.hac atq; illac diductus:a fa in e mutata ꝑ cõpositi uocabuli morẽ dispessis dicit.pro eo qd̃ est dispassis:ut Aulus gelius inqt ab eo qd̃ est pãdo passum ueteres dixerũt:nõ pãsum & cũ ꝑpõne expassum:nõ expãsum.Cecilius in synaristosis.heri uero ꝓspexisse eũ se ex regulis hæc nunciasse:& flãmeum expassum domi.Capillo quoq; esse mulier passo dicitur:quasi porrecto:& expanso.Et passis manibus:& uelis passis dicimus.quod significat diductis:atq; distentis. **Dispessum quid sit**

VGOLETVS ET GRAPA. Dispessis. ¶AVlus Gelius lib.xv.super hoc uerbo dispessis sic scribit.¶Ab eo quod est pãdo passum ueteres dixerunt nõ pãsum:& cum præpositione expassum non expãsum.Cæcilius in synaristosis.Heri uero ꝓspexisse eum:& tegulis hęc nũciasse:& flãmeum expassum domi:Capillo quoq; mulier passo dicit:q̃si porrecto:& expãso.Et passis manib⁹:& uelis

Quom habebis. Sc. quam nam ob rem. pa. respice dum ad leuã.
quis illæc est mulier?
Sc. pro Di immortales nostra herilis concubina est hæc quidẽ.
Pa. Mihi quoq; pol ita uidetur. age nunc iá quãdo tibi lubet.
Sc. quid agã, pa. peri perprope. ph. ubi iste bonus seruos. q ꝑdit
Me maxume innocentem tibi falso insimulatam? pa. uæ tibi,
Hic dixit mihi. ph. quem dixti tu te me uidisse in proxumo
Sceleste hic sculantem? pa. atq; id alieno cum adolescentulo,
Dixit. Sc. dixi hercle uero. Ph. tun me uidisti? Sc. atq; his qui-
dem oculis.
Ph. Carebis credo. qui plus ecastor uident, q̃ quod uident.
Sc. Nunq̃ hercle deterrebor. quin ego uiderim id, quod uideri.
Ph, Ego uero stulta moror multum, quæ cũ hoc insano fabulẽ,
Quem pol ego capitis perdam. Sc. noli minitari. scio crucem
Futuram mihi sepulchrum. ibi enim mei maiores sunt siti,
Pater. auos. proauos. ab auos. non mihi possunt minaciis tuis
Hisce oculi fodiri. sed paucis uerbis te uolo palestrio. (te uides.
Obsecro onde exit hæc? pa. uñ, nisi domo. Sc. domo? pa. te uidẽ
Sc. Nisi mirũ ẽ facinus quomodo hæc nũc hic trãsire potuerit.
Nam certu neq; solarium apud nos est, neq; hortus ullus, neq;
Fenestra, nisi clatrata. nam certo ego te hic intus uideram.
Pa. pergin sceleste itẽdere. & hãc arguerẽ? Ph. ecastor ergo mihi
Haud falsum euenit somnium, quod noctu hac somniauerim.
Pa. quid somniasti? Ph. ego tibi eloquar, sed amabo aduortito
Animũ. hac nocte ĩ somnis soror mea gemina & germana mihi
Visa est uenisse Athenis in Ephesum cum amatore quodã suo.
Hi ambo hospitio huc in proxumum mihi diuorti sunt uisi
Sc. Palestrioni somnium narratur. pa. perge porro. ph. ego
Læta uisa, quia soror uenisset. propter eandem maxumam
Suspicionem uisa sum sustinere. nam arguere in somnis meus
Me familiaris mihi uisus est. me cum alieno adolescentulo
Quasi nunc est, osculatam. quod tamen illa osculata mea soror
Gemina suum esset illum amicum. ita me insimulatam perperã
Fuisse somniaui. pa. satin ut eadem uigilanti expetunt,
Quæ in somnis uisa memoras, heus hercle præsenti iá omnia.
Abi intro, & comprecare. narrandum ego militi istuc censebo.
Ph. Facere certum mihi, neq; ego prodi me quidẽ ĩpune patiar
Ab istoc falso insimulatam. Sc. timeo quid rerum gesserim,
Ita dorsum totum prurit. pa. scin te periisse nũc quidem domi?
Sc. Certo. sed certa res est, nostrum nunc obseruare ostium.
Vbi esset? Pa at Sceledre quæso, ut ad id exemplum. somnium
Quasi simile somniauit illa, atq; ut tu suspicatus es
Eam uidisse osculantem. Sc. me eam non uidisse arbitraris tu?
Pa. Næ tu hercle opior obsecro respice, si ad herũ hæc res pueit
Peristi pulchre. Sc. nunc demum experior ob oculos caliginem
Prius mihi obtigisse. pa. dudum ædepol planum est hoc quidẽ,
Quæ huc usq; fuerit itus. Sc. nihil habeo, qđ loquar. nõ uideri,
Et si uidi. pa. næ te ædepol stultitia tua pene perdidit,
Dum te fidelem facere hero noluisti, pene absumptum es.
Sed fores uicini proxumi concrepuerunt. contice scam iam.

uellis passis dicimus: quod significat deductis: atq; distẽtis. Itaq; Plautus in milite glorioso. a. littera in. e. mutatus per compositi uocabuli morem dispessis dicit: pro eo ꝙ est dispassis: credo ego: &c.

SARA CENVS.

¶ FENEstra clathrata: idest clatris clausa: hoc est lignis in transuersum positis obfirmata. ⁋ Expetunt: Eueniunt: & hæc proprie uisio dicitur: non somnium prout in amphitrione: dictum est.

VALLA.

¶ IN sano fabulem. fabulo & fabulor in eadem significatione dictum. ⁋ Capitis perdam: uita priuabo: ut accuso sacrilegii: insimulor cædis: ita perdam capitis dixit. ⁋ Sunt siti. Positi: sepulti. Qui siti dicantur docet Cicer. ubi de legibus. hic est ille situs uere. nam siti dicuntur ii: qui conditi sunt: nec tamen eorum ante sepulchrum est quam iuxta facta: & corpus cæsum: & quod nunc communiter in omnibꝰ sepulti penitus humati dicãtur. id erat proprium tum in iis: quos humus iniecta contegerat: eumq; morem ius pontificale confirmat. nam prius quam in eos iniecta gleba est locus ille: ubi crematum est corpus: nihil habet religionis. iniecta gleba tumulus: & humatꝰ: & gleba uocatur. ⁋ Me uidente uideo. Vt magis sceledrũ contundat palestrio: hoc dicit: cum uideo non possum: quin uideam. ⁋ Neq; fenestra: nisi clatrata Clatus qui a gręcis cletron: quod dictũ est quasi clusura ab eo: quod est cliso: quod significat claudam per syllabæ mutationem ei in diphthongum abusiuam: nostri uero genere masculino protulerũt. Horatius. obiectos caueæ ualuit frangere clatros. unde clatratum. ⁋ Diuorti sunt uisi. in diuorsorium se recipere. ⁋ Vigilanti expetunt. eueniunt: quæ uidisti in somnis.

Siti qui dicantur

Clatus qui dicatur

¶ CLAthros dixerunt ligna: quibus aliquid munitur: ut uidemus in caueis: & fenestris a græcis: ut opinamur κλειθρα dicta a κλειω qđ significat claudo: quoniam intra clathrata clauduntur animalia. Cato lib. de re rustica cap. iiii. Bubilia bona: bonas præsepis: faliscas clathratas: clathros inter se oportet pede distare: Horatius in artæ poetica. Ac uelut ursus obiectos caueæ ualuit si frangere clathros: Inde clathrare ꝙ significat clathris munire sepire. Columella libro. x. cap. i. Serisq; transuersis ita clathrare: ne spatiorum laxitas: quæ foraminibus interuenit: pecudi ꝑbeat fugã. Acrõ exponit in Hor. clathros oppositiones ostiorum.

VGOLETVS ET GRAPA. Clathri q

SARA CENVS.

Templum dianæ ephesiæ

Volutabrã q̃ loca dicã tur

VALLA.

O sceledre: sceledre: bis scriben. ex codi. antiquis: & metri ratione: & cõ uenienter: quum bis quoq; palestrionem sceledrus uocasset.

Nde ignem in aram: Philocomasium: cũ se uisendã præbuisset domi: rursus citato gradu se proripit in uicinas ædes: proq; simulata sorore philocomasii: quę peregre uenerit comparet: ita ut sceledrus alienam esse fateatur mulierẽ: & peregrinam: ideo tanq̃ peregre uenerit: iubet sacrificium parari. Ephesiæ dianæ. Cuius templum nobilissimũ erat annumeratum inter nobiliora mundi spectacula ducentis uiginti annis a tota asia constructum in loco palustri: ne teremotibus quateretur. Tẽplis neptunis: idest mari. Heus quid istuc. Loquitur non palestrio: sed sceledrus. Vages. pro uageris. No. interpretatur. sic quoq; serenus locutus rure puella uagat p uagatur. Crepabũt male. Vel male pro ualde: uel male pro maxillæ crepabunt manibus: idest cedentur: & contundentur. Altrinsecus. Ex alio latere. Volutatim. Vel a uoluendo: uel a uolutando: unde etiam dicuntur uolutabra loca: in quibus porci uolutãtur. Lege agito. idest paciscere: & promitte.

Nde ignem in aram. philocomasiũ tanq̃ alia sit mulier ueraq; philocomasii soror a periplectomeni domo exiens: ostendit se germanam: ut sororem uideat uenisse in ephesum: uelleq; sacrificare gnarus palestrio dissimulat: sceledrus autem eam præhendit. Arabico fumificem odore: ut suffimenta inqt præbeam sacrificãdo. Arabicis odoramẽtis. Locis neptuniis. mari ubi neptunus colitur. Vicinos uages. & uago: & uagor eadem significatione. nam uagio puerorum est infantium. Perperam: perplexo nomine: peruerse noĩe a me alieno. Crepabunt manibus malæ tibi. maxillis inquit alapas tibi incutiam: nisi me omiseris. Detines altrinsecus: idest ex altera parte. Negotiosum mihi esse tergum. Verberibus contusum. Volutatim: idest iterum: & iterũ reuoluendo. Hostium hoc. dũ hoc dicit periplectomeni fores ostendit. Mihi est domicilium athenis domus est. domos prisca lingua græcorum. unde nobis domus est dicuntur ædes: a quo adhuc est œcodomo: qđ ualet apud nos ędifico. domus tamẽ quartæ: & secundæ nobis est. secundæ significat situm: ut domi sum: nõ



Philocomasium. Palestrio. Sceledrus.

Nde ignem in aram, ut ephesiæ Dianę latas laudes,
Gratesq; agam, eiq; ut arabico fumificem odore,
Amœne quæ me in locis neptũniis, tẽplisq; turbulẽtis
Seruauit sæuis fluctibus, ubi sum afflictata multum.
Sc. Palestrio o palestrio. pa. o Sceledre, quid uis?
Sc. Hæc mulier, quæ hinc exit modo, est ne herilis cõcubina
Philocomasium, an non est ista? Pa. hercle opinor, ea uidetur.
Sed facinus mirum est, quomodo hæc hinc potuerit transire,
Siquidẽ ea est. Sc. an dubium tibi est, eam esse hanc? Pa. ea uĩ.
Adeamus, appellemus. Sc. heus, quid istuc Philocomasium?
Quid istic tibi in hisce ædibus debetur? quid negocii est?
Quid nunc taces? tecũ loquor. pa. imo ædepol tute tecũ.
Nam hæc nihil respõdet. Sc. te alloquor, uitii probriq; plena,
Quæ circum uicinos uages. ph. qui cum tu fabularis?
Sc. Qui cũ, nisi tecũ? ph. qs tu hõ es? aut mecũ qd est negocii?
Sc. Mẽ rogas hẽ, q̃ siẽ? ph. q? nũ hũc ego rogẽ, quẽ nesciã ego?
Pa. quis ego sũ igit, si hũc ignoras. Ph. mihi odiosus qsqs es, tu
Et hic. Sc. nõ nos nosti? ph. neutrũ. Sc. metuo maxume. Pa. qd
Sc. Eni ne nosmet pdiderimus uspiã, nã neq; te, neq; me (tuis?
Nouisse ait hæc. pa. perscrutari hic uolo Sceledre, nos nostri,
An alieni simus, ne dum quispiam nos uicinorum
Imprudenteis aliquis immutauerit. Sc. certe equidem noster
Sũ. pa. & pol ego, q̃ris muler malũ, tibi dico, he' philocomasiũ?
Ph. Quæ te intẽperiæ tenent, qui me perperã pplexo appelles
Nomine? pa. eho qui igitur uocare, Philocomasiũ dicere nomẽ
Si iniuria est? falsum nomen possidere Philocomasium
Postulas? at istuc nõ decet, & meo hero facis iniuriã. ph. egon?
Pa. tu. ph. q̃ heri athenis Ephesũ aduenĩ uespi cũ meo amatore
Adolescente atheniensi? pa. dic mihi, qd tibi hic in Epheso est
Negocii? ph. geminam germanam hic esse meã sororẽ audiui,
Eam ueni quæsitũ. pa. mala es. ph. imo ecastor stulta multum,
Quæ uobiscũ fabulẽ, abeo. Sc. abire non sinem te. Pa. mitte
Sceledre, manifestaria res ẽ. Sc. nõ omitto. ph. at iã crepabunt
Manu malæ tibi, nisi me omittis. Sc. quid (malũ) illic adstas?

domus

domus:& inde domos abeunt: non domus. contra autem quartæ ædificium ipsum: ideo tecta: domus:& parietes domus. Domus quoq; familia dicitur. At domicilium ubi habitetur: ut hic est differentia. ¶ At ego abeo. discedo. ¶ Tam ea nostra quam potis: idest quã possibile est. ¶ Vin tu facere hoc strenue. Vis ne inquit integre agere ac ualide. ¶ Rationem docte diunt. dant inquit rationem perite eorum: quæ faciant. ¶ Vt sublinitur os custodi: ut fallitur. ¶ Nimis beat: multum me reficit. ¶ Commeatus est trans parietem. commeatum transitum dicit. ¶ Musitabis. silebis. Virgi. & dicere musant.

Quin retines altrinsecus? pa. nihil moror, negociosum
Mihi esse tergum qui scio, an ista non sit Philocomasiũ?
Atq; alia eius similis sit? ph. mittis me, an non mittis? Sc. imo
Vi atq; inuitã, atq; ingratiis uolutatim domũ te rapiam.
Ph. Nõ ostiũ hoc mihi ẽ domiciliũ. Athenis dom', ac herus ẽ.
Ego istam domũ neq; moror, neq; uos qui homines sitis noui,
Neq; scio. Sc. lege agito, te nusq̃ mittã, nisi mihi das
Firmatã fidem, te huc, si emisero, intro iturã. ph. ui me cogis
Quisquis es, do tibi fidẽ, si omittis, istuc me intro ituram,
Quo iubes. Sc. ecce ergo mitto. ph. at ego abeo missa. Sc. muliebri
Fecisti fide. pa. Sceledre manibus amisisti prædam.
Sc. Si queam, tam ea est nostra, q̃ potest herilis concubina.
Vin tu facere hoc strenue? pa. quid faciã? Sc. mihi affer machæram huc intus.
Pa. Quid facies ea? Sc. introrũpã recta in ædeis, quẽq; hic intus
Videro cũ Philocomasio osculãtẽ, eũ ego obtrũcabo extẽplo.
Pa. Visa ne ea est? Sc. imo ædepol plane ea est. Pa. sed quomó.
Dissimulabat? Sc. abi, machærã huc effer. pa. iã faxo hic erit,
Neq; eques, neq; pedes præfectus quisq̃ tanta audacia est,
Qui æq; faciat confidenter, q̃ mulieres faciunt,
Vt utrobiq; orationem docte duint, nam ut sublinitur
Os custodi cauto conseruo meo, nimis beat,
Quod commeatus est trans parietem. Sc. heus Palestrio,
Machæra mihi nihil op' ẽ. pa. qd iã? aut qd opus est? Sc. domi
Eccam herilẽ concubinam. pa. quid domi? Sc. in lecto cubat.
Pa. Aedepol næ tibi malã rem repperisti, ut prædicas.
Sc. Qui iã? pa. qa hãc attingere ausus mulierẽ hic in pxumo,
Sc. Magis hercle metuo. sed nunq̃ quisquã faciet, quin soror
Ista sit germana huius. pa. eam pol tu osculantem hic uideras,
Et quidem palam est, eam esse ut dicis. Sc. quid propius fuit,
Quam ut perirem, si locutus fuissem hero? pa. ergo si sapis,
Mussitabis. plus oportet scire seruom, q̃ loqui.
Ego abeo. ne quid tecum consilii commisceam,
Atq; apud hunc uicinum. tuæ mihi turbæ non placent.
Herus si ueniet, si quæret me, hic ero. hinc me accersito.

¶ ALtrinsecus. quisq; nostrum ex altero latere trahentes. Altrinsecus sidonius usurpat libro octauo epistolarum pro uicissim. quid agunt mei obroges: quid ue seuerici tui: quibus de te sibi altrinsecus uindicando nascitur imperfecta contentio. In plautina significatiõe lucius utitur libro primo de asino aureo ita prodens & cum dicto restim: qua erat intextus aggredior expedire: ac tigillo: quod fenestræ subditum altrinsecus prominebat: iniecta atq; obdita parte funiculi: & altera firmiter in nodũ coacta: ascenso grabatulo: ad exitium sublimatus: & misso capite laqueum induo. Iulius capitolinus de gestis Gordianorum. Medium uero lithostratum breuibus colũnis altrinsecus positis. ¶ Negociosum. i negocio uirgario occupatum. ¶ Qui scio: quomodo scire possum? ¶ Ingratiis: aduerbialiter: & animo tuo renuente. ¶ In curculione similiter. tamen est eundum ingratis. ¶ Volutatim. raptim: celeriter: a uolando fortassis. potest & a uoluo deflecti uolutatim. Dicitur quis uolutatim trahi. quando renitẽs per terram uolutus trahitur: & instar cylindri manib' impingentium conuoluitur. Aduerbiũ deflectitur a uerbo uoluto: quod significat uoluo. Lucili'. quid tu istuc curas: ego obliniar: atq; uoluter. Ab hoc uerbo fit uolutabundus pro uolutans. Marcus tullius de re publica lib. ii. Cupido autem: & expetenti: & libidinoso: & uolutabundo in uoluptatibus. ¶ Muliebri fide: quæ scilicet nulla est. ex adagio: sententiaq; græcãsca. Inter mulieres non temere fidem cernes.

¶ VAges: pro uagaris. No. M. citãs hunc locũ hæc affert exempla. ¶ Serenus in opusculis Rure puella uagat uiridi. Actius in terto. Fama nã nobilitas lata ex stirpe præclare uagat. Pacuuius in medo. Qui tandem ubi ea est: qui receptat exul incerta uagat. Turpilius in leucadia. Vultu uecerdi uagas infamia. Ennius. Hectoris lustris constitit credo flãmam dare arboris uento uagant. Pomponius Mappo præterito. pp. uoluntas hæc est: & uulgo uagas. ¶ Per perperam: significat praue peruerse: Cæcilius epistola quadã ad Macrum: Memini quẽdam ex amicis cum lector quædam pronunciasset perperam reuocasse: & repeti coegisse. Quare ueteres: ut scribit Nonius: perperos indoctos: stultos: rudes: & insulsos mendaces dixerũt. Actius in pragmaticis: Describere in theatro perperos popularis. Idem in eodem. Et eo plectuntur poetæ q̃ suo uitio sæpius ductabilitate nimiaue perperitudine. ¶ Altrinsecus: ex utraq; parte. significat. ¶ Volutatim: a uerbo uoluto fit. ¶ Si queã: hoc addendum: fuit ex cõde: antiquis: & metri necessitate: ac sententiæ concinnitate: quæ est. ut indignabundus sceledrus secumq; cogitans dicat. Si queam hoc est si possem: & per aposiopesim reliqua taceat: quasi dicat: nõ me hodie delusum iri sinerem. ¶ Præfectus ex codi. antiquis. ¶ Os sublinere est arte quadam decipere ut alibi diximus ex No. M. Illud nunc addi placuit id quoq; a græcis usurpari. Sophocles in Antigone. ὁρῶσι χοὖτοι· σοὶ δ᾽ ὑπίλλουσι στόμα. Vident & hi: sed tibi sublinunt os. ¶ Quid propius fuit: seruum plus scire oportet: q̃ loqui.

PIVS BONONI.

Volutatim qd & unde

VGOLETVS ET GRAPA.

Vago.

Philocomasium

Perperam.

Os subline re quid

SARACENVS.

SAtin abiit. Coarguit palestrionem sceledrus: ꝗ negliget herile negocium: ac si seruus non esset. deinde factus obuiam uicino periplectomeno: obiurgatur: ꝗ mulierẽ sit ausus attrectare peregrinam. ❡ Licet ne? Scilicet loqui? ❡ Imbrices: ꝗ imbrẽ recipiant. ❡ Heus philocomasium. Monet mulierem in suam domũ trãsitum faciat: ut uideatur a sceledro: & rursus illo abeunte in propriũ hospitium diuertatur.

Imbrices uñ dicant

VALLA.

SAtin abiit periplectomenus sibi insignem factam esse iniuriã simulans: erũpens domo minitabũdus ostendit: se ulturus animaduersurusq; in eum: qui hospitã suam ausus fuerit attingere: petit ueniam sceledrus ægre cõceditur. ❡ In uia hospita: hic hospes & hęc hospita: necnon hic & hęc hospes. ❡ Malo magno fuat: magnum afferat malũ. fuat ꝓ sit. Vir. Tros rutulus ue fuat. hinc futurum dicimus. ❡ Latrocinari arbitramini. putatis ne uos inquit hic: sicut cum latrões obsidetis: uias posse efficere. ❡ Imbrices: & tegulas. tegulæ unæ sunt: ac singulę. at imbrices ex pluribus fiũt tegulis. Vnde & imbricare. Pli. formauit: quod est canaliculis distigui. ❡ Probri pudicã: quæ ab omni probro imunis. ❡ Supplicium stimuleium dedatur: cruciatus multis stimulis infligatur. Herũ tuũ complebo dedecore magisq̃ undis abundet mare: cum magnus uentus incubuit. ❡ Transcurre curriculo: propere ad nos transi. ❡ Ita negociũ est. ita res expostulat. ❡ Nequid infucauerit. i. inquinarit: a fuco herba ducta similitudine: ut iam sæpe dictum.

Imbricare quid sit

VGOLETVS ET GRAPA.

❡ PERIplectomenus senex simulans: se insigni iniuria affectum exit domum minitabundus: sceledrum seruum redarguẽs: ꝗ hospitam suã in uia ludificauerit: demũ ægre exoratus: illi dat ueniam. ❡ Licet hic Imbrex lectum sit: teste Seruio libr. iiii. georgicorum: melius tamen secundum Plautum hæc imbrex. Et hunc locum Plauti citat. Imbrex autem canalis in tecto. per quẽ defluit aqua: ab imbre deducto nomine. ❡ Hinc imbricare est canaliculis distinguere in Plineo est reperire. Veteres auctores imbricam tempestatem pro pluuia posuisse legimus.

Sceledrus. Periplectomenus.

SAtin abiit hinc ille, neq; herile negocium
Plus curat, q̃ si non seruitutem seruiat.
Certo quidem illa hic nostra intus est in ædibus.
Nam ego excubantem eam modo offendi domi.
Certust nunc obseruationi operam dare.
Pe. Non hercle hisce homines me marem. sed fœminam
Vicinirentur esse serui militis.
Ita me ludificant. mea ne hic in uia hospita,
Quæ heri huc Athenis cum hospite aduenit meo,
Tracta & ludificata est ingenua & libera?
Sc. perii hercle. hic ad me recta nunc abit uia.
Metuo illæc mihi res ne malo magno fuat.
Quantum hunc audiui facere uerborum senem.
Accedam ad hominem. pe. tun Sceledre hic scelerum caput,
Meam ludificasti hospitam ante ædeis modo?
Sc. Vicine ausculta quæso. pe. ego auscultem tibi?
Sc. Expurgare uolo me. pe. tu ne te expurges mihi,
Qui facinus tantum, tamq; indignum feceris?
An quia latrocinaris, arbitramini
Quid uis licere facere uobis uerbero?
Sc. Licet ne? pe. at ita di me deæq; omnes ament,
Nisi mihi supplicium uirgarum de te datur
Longum, diutinumq; a mane usq; ad uesperum.
Quod meas confregisti imbrices & tegulas
Ibi, dum condignam te sectaris simiam.
Quodq; inde inspectauisti meum apud me hospitem
Amplexum, amicam quom osculabatur suam.
Quodq; concubinam herilem insimulare ausus es
Probri pudicam, meq; summi flagitii.
Tum ꝗ tractauisti hospitam ante ædeis meas,
Nisi tibi supplicium stimuleum deditur,
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum,
Quam magno uento plenum est undarum mare.
Sc. Ita sum coactus periplectomene, ut nesciam
Vtrum me postulare tecum æquost prius.
Si istæc non est istæc, neq; istæc est mihi.
An me expurgare hoc tibi uidetur æquius,
Sicut etiam nunc, nescio quid uiderim.
Ita est istæc huius similis nostræ tua,
Siquidem non eadem est. pe. uise ad me intro, iam scies.
Sc. Licet ne. pe. neq; te inhibeo, placide noscita.
Sc. Ita facere certum est. pe. heus philocomasium cito
Transcurre curriculo ad nos. ita negocium est.
Post quando exierit Sceledrus a nobis, cito
Transcurrito ad uos rursum curriculo domum.
Nunc pol ego metuo, ne quid infucauerit.
Si hic non uidebit mulierem, aperitur dolus.
Sc. proh di immortales similiorem mulierem,
Magisq; eandem q̃ nostra est ea, non reor

Deos facere posse.pe.quid nunc?Sc.cōmerui malum.
Pe.Quid igitur,ean est?Sc.& si ea est,non est ea.
Pe.Vidistin istam?Sc.uidi & illam & hospitem
Complexam atq; osculantem.Pe.ea ne hæc est?Sc.nescio.
Pe.Vin scire plane?Sc.cupio.Pe.abi intro ad uos domum.
Continuo uide sit ne ista hæc domum uostram intus.Sc.licet.
Pulchre admonuisti.iam ego ad te exibo foras.
Pe.Nunq̄ ædepol hominem quen q̄ ludificarier
Magis facete uidi,& magis miris modis.
Sed eccum egreditur.Sc.Periplectomene te obsecro
Per deos,atq; homines,perq; stultitiam meam,
Perq; tuam gratiam.pe.quid?Sc.meæ ut inscitiæ,
Meæ & stultitiæ ignoscas.nunc demum scio
Me fuisse excordem,cæcum,incogitabilem.
Nam Philocomasium eccam intus.Pe.quid nunc furcifer
Vidisti ambas?Sc.uidi.pe.exhibeas herum uolo.
Sc.Meruisse equidem me maxumum fateor malum,
Et tuæ fecisse me hospitæ aio iniuriam.
Sed meam esse herilem concubinam censui,
Quoi me custodem herus addidit miles meus.
Nam e summo puteo similior nunq̄ potest
Aqua aquæ sumi,q̄ hæc est,atq; ista est hospita.
Et me despexisse ad te per impluuium tuum
Fateor.pe.quid ni fateare,ego qui uiderim.
Sc.Sed philocomasium me uidisse censui.
Pe.Ratus ne istic me hominem esse omnium minimi pretii,
Si ego me sciente paterer uicino meo
Inferri apud me ita insignite iniuriam?
Sc.Nunc demum a me insipienter factum esse arbitror,
Quom rem cognosco,at non malitiose tamen
Feci.pe.imo equidem indigne.nam homini seruo suos
Domitos habere oportet oculos,& manus,
Orationemq;.Sc.ego ne?si post hunc diem
Mutiuero,etiam quod ego me certo sciam,
Dato excruciatum me,egomet me dedam tibi.
Nunc hoc mihi ignoscas quæso.pe.uincam animum meum,
Ne malitiose factum id esse abs te arbitrer,
Ignoscam tibi istuc.Sc.at dii tibi faciant bene.
Pe.Næ tu hercle si te di amabunt linguam comprimas,
Posthac etiam illud,quod scies,nescieueris.
Ne uideris,quod uideris.Sc.bene me mones.
Ita facere certum est.sed satin ne oratus abit?
Nunquid nunc aliud me uis?pe.ne me noueris.
Sc.Dedit hic mihi uerba,qua benigne gratia
Fecit,ne iratus esset.scio quam rem gerat.
Vt me quom extemplo adueniat a foro domum,
Domi comprendat una hic & palestrio,
Me habent uenalem,sensi,& iam dudum scio.
Nunq̄ hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.
Nam iam aliquo aufugiam,& occultabo aliquot dies.

¶NASSA.ubi pisces uiui recun-duntur: uasis genus dicitur a Festo: quam piscis cum intrauerit: exire non potest.

SARACENVS.

¶SIT ne ista hæc.exprimēdæ magis demonstrationis causa bina coniunguntur pro nomina: notandum quod dixit domum uostram intus: quod intus nunc quasi prępositio casum asciuit accusatiuum.¶Fuisse excordem.i.insanū & sine corde.¶Incogitabilem.ergo actiue & passiue: nam & de re:quæ non cogitetur: & de homine dicimus incogitabilem. ¶Concubinam.pro concubina. incubare tamen proprie dr̄.ut glocæ ouis.ita & omnes uolucres.hic multæ trāslationes.¶Ego qui uiderim. qui pro quo pacto ponitur.Non malitiose tamen.non ut me illaturū malum arbitrarer.¶Mutiuero.siluero. Ne me noueris.ne domū meam nosse cōcupiscas.¶Ex ista nassa.ex hoc loco:ubi me tanq̄ piscem compræhendant.

VALLA.

Incubare quid sit

¶CONcubinam ex codicibus antiquis.¶Nassa est piscatorium uasis genus:quo cum intrauerit piscis:exire non potest:teste.F.Pompeio Graphice nassa describitur a Silio italico libro.y.bellorum punicorum.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS. ¶ SApere plus multo. Saper̃ dupli cẽ habet significationẽ & quo ad ani mum sapere dicimus: unde sapiens: & carnem sapere: unde sapor: & sapi dus: utrũq; ergo significatum exp̃ssit hoc loco: inquiẽs plus sapere. i. sa poris habere porcinã carnem: q̃ sape re aĩo sceledrũ. qa ludificat⁹ abierit. ¶ Transfugere ad nos. i. in nostram uenerunt sñiam. ¶ Multisortio suã. Quãtum ex figura litterarum conie ctari licuit: legẽdum arbitror mutet uicem fortuna suam: quę sane uerba non indecorum faciunt intellectum.

VALLA. ¶ DVM me consilescũt turbæ. quo ad mentes perturbatæ conticescant. ¶ Redeo in senatum. i. in concilium mulieris: & palestrionis. ¶ Palestrio

Palestrio quid sit: frequens senatus. ubi inquit: palestrio est perinde: atq; senatorum tota multitudo habendus est: ac si dicat sapit ipse pro omnibus. ¶ Multi sortitum suam. i. sartiam: quod multipliciter sortiti sumus.

Dum hæ consilescunt turbæ, atq; iræ leniunt,
Nam iam nunc satis & plus nimio merui mali.
Verũtamen de me quicquid est, ibo hinc domum.
Pe. Ille hinc abscessit. sat ædepol certo scio,
Occisam sæpe sapere plus multo suem,
Quom manducatur, ne id quod uidit, uiderit?
Nam illius oculi, atq; auris, atq; opinio,
Trans fugere ad nos, usq; adhuc actum est probe.
Nimium festiua mulier operam præbuit.
Redeo in senatum rursus. nam palestrio
Frequens senatus, Sceledrus nunc autem foras,
Illic domi apud me poterit nunc haberier.
Ibo intro, ne dum absum illi in sortito fiem.

TERTIVS ACTVS.

Palestrio. Pleusides. Periplectomenus.

SARACENVS. ¶ COhibete intra limen. Pa lestrio cum pleuside & periplectomeno fallaciã ordi. t: ut militẽ circũdu cant: sed prius inter se lõgũ p̃sequuntur sermonẽ. ¶ Spolia capiat nr̃is cõ siliis. i. uerba nostra surripiat: dũ si mul loquimur. ¶ Obsit mihi. Nã ut est illud hesiodi apud Geliũ consul tum male consultori pessima res est. ¶ Catalago. Est catalagus locus: ubi multi conueniunt loquentes: estq; ser mo: & scriptura: quæ numerũ: uel or dinẽ demõstrat: & dispositionẽ cõti net. ¶ Cũ auris plagis. Auribus. s. q. bus tanq̃ retibus uerba captant: ẽ no bilis metaphora ab his sumpta: q re tibus utuntur ad capiendas aues: ita auribus adstant: qui aliena q̃rũt scru tari consilia: plaga cũ primã produ cit sigñat p̃cussionẽ: cũ aũt corripit: rete. Vir. retia rata plagæ: sunt alia nominis significata. uid No. & Var. ¶ Sterilis p̃spectus. Quia ibi nullus conspiciebatur.

Catalogus quid sit

VALLA. ¶ COhibete intra limẽ. Pale strio: pleusides: & piple ctomenus inter se ineunt cõsiliũ: ut militẽ circũue niãt: liberẽtq; philocomasiũ: subor nẽtq; mulierẽ q̃si piplectomeni uxo rẽ: q̃ militẽ maritũ poscat sibi. ¶ Ne uspiã insidiæ sint: ne alicubi sit: qui nostra obseruet ɔsilia. ¶ Nostris spo lia capiat cõsiliis. i. superare nr̃a q̃at cõsilia. ¶ Spolia capiat aurib⁹. i. no stra audiẽdo cõsilia: ne sibi cõsiliũ ca piat: uñ possit eẽ superior. ¶ In cõsul tũ si sit. i. nõ bene captũ cõsiliũ. ¶ Ini micis usui: utilitati cessurũ sit. ¶ Catalogo loquendi ratiocinio: & enumeratione: unde & homeri catalogus: ubi enumerant̃: qui ad excidendam troiã puenere: nã catalego enumero sign̄t. ¶ Cũ auritis plagis. i. retibus aures hñtibus: nẽpe auribus. ¶ Sterilis hinc p̃spe ctus. i. nemo arbiter est nobis: qcq; qd agamus p̃sentiscat ad ultimã usq; plateæ p̃tẽ. ¶ Progredimini: p̃pius accedite. ¶ Vtibile: quo utamur. nã utilẽ hominẽ & utibilẽ dicimus. At de re potius utibilẽ dicimus: sicut utẽsile queadmodũ uas: in quo utile aliquid reponatur. ¶ Loquere lepide: hic loquere ea significatione: quã & loqueris.

COhibete intra limen etiam uos parumper Pleusides,
Sinite me prius perspectare, ne uspiam insidiæ sient,
Cõciliũq; habere uolumus. nã opus est nũc tuto loco,
Inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis.
Atq; unde inimicus ne quis spolia capiat auribus.
Nam bene consultum, incõsultum si sit inimicis usu esse potest,
Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fiet.
Quin si inimicis usu est obsit mihi
Nam bene consultum surripitur sæpissime
Quippe si resciuere inimici consilium tuum, tibi
Tuopte consilio occludunt linguam, & constringunt manus,
Atq; eadem quæ illis uoluisti facere, faciunt tibi.
Sed speculabor nequis aut hinc ab leua, aut ab dextera
Nostro consilio uenator assit cum auritis plagis.
Sterilis hinc prospectus usq; ad ultimam plateam probe est,
Euocabo. heus Periplectomene & pleusides progredimini.
Pe. Ecce nos tibi obedienteis. Pa. facile est imperium in bonis.
Sed uolo scire eodem consilio, quod meditati intus sumus,
Si gerimus rem. pe. magis ad rem non potest esse utibile. (hi?
Pa. imo qd tibi Pleusides? Pl. qđ ne uobis placet, displiceat mi
Pe. quis hõ sit magis me⁹, q̃ tu es? Pl. loq̃re lepide & cõmode.
Pa. Pol ita decet hũc facer̃. pl. at hoc me facin⁹ miserũ macerat.
Meumq; cor, corpusq; cruciat. Pe. quid id est quod cruciat te?
Pl. Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia
Obiicere, neq; te decora, neq; tuis uirtutibus.

¶ ACHEront' ius.

Eaq; expetere te opibus summis mei amoris gratia.
Mihiq; amanti ire opitulatum, atq; ea facere facinora,
Quæ istæc ætas fugere facta magis, q̄ sectari solet.
Eam me pudet tibi in senecta obiicere sollicitudinem.
Pe. Nouo mō tu homo amas, siqdē te quicq̄, qđ faxis, pudet.
Nihil amas, umbra es amātum, magis q̄ amator pleusides.
Pl. Hāccine me ætatem exercere mei amoris gratia?
Pe. Quid ais tu, ita ne tibi ego uideor oppido acherūticus,
Tam capulari stamine, tibi diu uideor uiuere.
Nā eqdē haud sum natus annos p̄ter qnquaginta & q̄tuor.
Clare oculis uideo pernix sum manibus, sum pedes mobilis.
Pa. Si albus capillus hic uī, neutiq̄ ibi ingenio senex inest.
In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.
pl. pol id quidem ita experior esse ut prædicas palestrio.
Nam benignitas quidem huius oppido ut adolescentuli.
pe. imo hospes magis quom piclū facies, magis nosces meā
Comitatem merito te amātem. pl. quid opus nota noscere.
pe. Quom apud te exēplū experiūdi habeas, nō eges foris.
Nā qui ipse amauit, amantis ægre ingenium inspicit, & ego
Amatoris aliquantum habeo, humorisq; etiam in corpore
Neq; dum ex arui ex amore, rebusq; uoluptariis.
Cauillator facetus, uel cōmodus conuiua item ero.
Neq; ego oblocutor unquam sum alteri in conuiuio.
Incōmoditate abstinere me apud conuiuas commode
Commemini, & meæ orationis iustam partem persequi.
Et meam partem itidem tacere, quom aliena est oratio.
Minime sputator, screator sum itidem minime succidus.
post ephesi sum natus, nō enim in apulis, nō sum in umbria.
pa. O lepidū semisenē, næ, si quas memorat, uirtutes habet,
Atq; equidem plane eductum in nutricatu uenerio.
pe. plus dabo q̄ prædicabo ex me uenustatis tibi.
Neq; ego unq̄ alienum scortum subagito in conuiuium.
Neq; præripio palpamentum, neq; præuorto poculum.
Neq; per uinum unq̄ ex me exoritur discidium in conuiuio.
Siquis ibi est odiosus, abeo domum, sermonem segrego.
Venerem, amorem, amœnitatemq; accubans exerceo.
Et quidem ædepol omneis mores ad uenustatem iugiter.
pl. Cedo treis mihi hoīes ɔtra aurichalco ēptos istis moribꝰ
pa. At quidem illuc ætatis qui sit, non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis.
pe. Tu te me ut fateare faciam, esse adolescentē moribus.
Ita apud omneis comparebo tibi res benefactis frequens.
Opus erit ne tibi aduocato tristi, iracundo? ecce me.
Opus leni? leniorem dices q̄ mutum est mare.
Liquidus citusq; ero, q̄ uentus est fauonius.
Vel hilarissumum conuiuam me extimandum exprimā tibi.
Vel primarium parasitum, atq; obsonatorem obtumum.
Tum ad saltandum, non cinædus magis usq̄ saltat, q̄ ego,
pa. Quid ad illas arteis optes, si optio eueniat tibi?
pl. Huius pro meritis ut referri pariter possit gratia,

SARACENVS.

¶ ACHErōticus. Ita decrepitus: & morti propinquus. quasi sim illico ad inferos concessurus. ¶ Capulari stamine. Capularem senē diximus: capulo hoc ē feretro uicinū: stamīe aūt dixit propterea q̄ parca dum morimur: rescindere nostrū dicitur stamen. ¶ Emusitata. Ad amussim facta: ut notat Festus. ¶ Orichalco. Qđ cæteris precio metallis añ celebrat. ¶ Cinædus. Saltator: & qui se subagitati patitur: ideo iocoso morsu tangit palæstrio periplectomenem inquiens: quid ad illas artes opes scilicet: an præpostera libidine delectetur dixit.

Cinædus q̄ dicatur.

¶ EA te expectere. i. adire. ¶ Ire opitulatū. opē ferre. ab ope enim idest auxilio uerbū est opitulor. ¶ Opido acheruntīcꝰ idest ualde decrepitus & in extrema ætate cōstitutꝰ: ut iā ad acherūtē fluuii īferni iturꝰ nēpe moriturꝰ uideret. ¶ Tā capulari stamine. i. morti uicinus: sūpta de pcis similitudine: q̄ colū & stamen gestare phibentur uulgo hæc notiora q̄ ut pluribꝰ explicāda uideanť. Capulū supra quoq; cōmonuimus feretrum dici: unde & capularis senex nomē habet. ¶ Emusitata: pensiculata: examinata: cogitando si qdē musitamus. ¶ Ingenua. naturalis. ut Iuue. Ingenuū uiolaret marmora tophum. Lucretius: uñ mare igenui fōtes. ¶ Neq; dū exarui. i. nec dū arefactus tā sum: ut amore nō capiar. ¶ Vel cauillator facetus. cauillatione: quā græci scoma dicūt: & cauillari a nostris: qđ ab illis scoptin. nēpe urbano aliquo dicto uelicando. ¶ Screator sum: nō soleo iqt screare. ¶ Minime: succidus: nō succo redūdās: nō humore superfluo. ¶ Neq; puorto coculuȝ. Fest. Cocula uasa ahenea coctionibus apta. alia cocula dicunt ligna minuta: qbus facile decoquantur obsonia. ¶ Orit dissidiū. i. disconueniunt: ac dissidēt mea cā. ¶ Sermonē segrego: non collocor. ¶ Accubās exerceo. i. iacens non erectus. ¶ Cedo tres mihi hoīes orichalco ita emptos. i. magno pcio. Admonuimus. n. supra: ut maiorē pcio olim fuerit orichalcū q̄ auꝝ. Quā mutū ē mare: Cū nullis agitať uētis. Quā uētus ē fauonius. q a græcis zephyrus appellať: qđ faueat rebus e terra nascentibus. ¶ Obsonatorē: obsonii structorē. ¶ Ad saltandū nō cynædus magis: nā et ide cinædi nom: cino. n. moueo: & ado cano signt.

VALLA.

Opitulpr unde

Capulū qđ sit.

Cano qđ signent.

¶ EMVsitata ad amusim facta: auctor sex. Pompe. idest ad regulam. Est enim amusis regula fabrorum: uelut alii uolūt: ferramentum: quo in poliēdo utuntur. ¶ Cinedi dicti sunt apud ueteres saltatores: uel pantomimi παρα τοα δηυ κι, νειδ α ιτο κινειν Plautus in aul. Ita fustibus submolior magis q̄ ullus cinædus. Idem in Sticho. Lepidam: & suauem aliquam occupito cinædicam. Lucillius. satyr. li. i. Stulte saltatum te interuenisse cinædos.

VGOLETVS ET GRAPA.

Emusitata. Cinedi saltant.

SARACENVS ¶ SVmat. Pro absumitur. ¶ Hilaritus. Pro hilare. & animo quodam: & uultu liberiore. ¶ Kalendæ martiæ. Quæ matronalia dicebantur. eo q uiri pro cōseruatione cōiugii supplicant: erat dies Festus matronis: ut testatur acron in quo matronæ cōsueuerant seruis cœnā dare: sicut uiri diebus saturnalibus: unde Hora. ad huc cōsuetudinē alludens inquit. Martiis celebs quid agā Kalendis: quippe nō erat matronalia festa celebraturus: sed priuatū sacrificiū facturus: q ab arboris ictu in columis euasisset. ¶ Quinquatribus Diebus festis in honorē mineruæ Martio mense: & dictus est quinquatrus: q post diē quintum iduū celebraretur: ut trimatrus: & sexatrus: & septimatrus: & huiusmodi reliqua. ¶ Quo supcilio spicit. i. quo uultu intuetur. s. iracūdo: & maligno: spicio enim uerbo ueteres utebantur: quod modo in usu non est: unde aspicio: inspicio: & reliqua.

Matronalia q̄ dicant

Tibiq;, quibus esse me experior summæ solicitudini.
At tibi tanto sumptui esse mihi molestū ē. Pe. mortuus es.
Nam in mala uxore, atq; inimico, si qd sumatur, sumptus est.
In bono hospite atq; amico, quæstus est, quod sumitur.
Et quod in diuinis rebus sumas sumptus, sapiēti lucro est,
Dein Deum uirtute euntem hospitio accipere, apud me est comitas.
Es, bibe, animo obsequere mecū, atq; onerato hilaritus me.
Liberæ sunt ædes, liber sum autē ego, me uti uolo libere.
Nam mihi, uirtute deum dicam, propter diuitias datas
Licuit uxorem dotatam genere sūmo ducere.
Sed nolo mihi oblatratricē in ædeis intromittere.
Pl. Cur non uis? nam procreare liberos lepidū est onus.
pe. Hercle uero liberū hominem esse, id multo est lepidius.
pl. Tu homo & alteri sapienter potis es consulere, & tibi.
pe. Nam bona uxor, si ea quidem deducta est usq̄ gentium,
Vbi ea possit inueniri? uerum ego ne eā ducam domū,
Quæ mihi hæc dicat, eme mi uir lanam, unde tibi palliū
Malachū, & calidū, cōficiantur tunicæ mihi hibernæ bonæ,
Ne algeā hac hyeme, hoc, hoc nunq̄ uerbū ex uxore audiā.
Et priusq̄ galli cantent, quæ me somno suscitet.
Da mihi uir calendis quæ mittam, quom martiæ uenerint,
Da qui faciat, qui condiat, da quod dem quinquatribus
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atq; haruspicæ.
Flagitium est, si nil mittetur, quo supercilio spicit.

VALLA. ¶ QVIbus: subaudi rebus experiēdū esset. ¶ Quod sumitur. i. impenditur: nam inde etiā sumptus dictus. ¶ Cenerato: subaudite. ¶ Hilaritus: aduerbium: ut humanitus. ¶ Oblatratricem. q̄ mihi domi ob ingentem dotē obloquatur tanq̄ oblatrans canis. ¶ Palliū malachum: uestem mollē. ¶ Da mihi uir calēdis. ita enim mariti dabant. Hora. martiis cælebs: quid agā calendis. Calendæ dictæ: q pōtifex calata. i. uocata in capitoliū plebe q numero dies a calendis ad nonas superessent pronunciaret. ita ut quintanos dicto quinques uerbum calo septimas repetito septies prædicaret. Verbū autem calo uoco significat: & qa primus dies ex his: qui calarentur: calēdas uocari placuit. Minor autē pontifex numerū dierum qui ad nonas supessent: calēdo prodebat: quo primus nouam lunā exponebat: ut nonarum die populares: q in agris essent: cōfluere in urbē oporteret: scituros: quod esset eo mense faciendū: hinc nonas quidā dictas putāt: quasi nouæ initiū obseruatiōis: uel quod ab eo die ad idus nouē putētur dies: sicut apud thuscos nonæ plures habebātur: quod in nono quoq; die regē suū salutarēt: ac de suis consulerent negotiis. Iduum porro nomen a thuscis: a quibus is dies itis uocabatur: quod Iouis fiduciam uolebant significare: unde & omnes idus Iouis ferias obseruari uoluere. Alii putant idus q ea die plena luna uideretur: a uidendo idus detracta u littera: ut a græcis ido: q nos uideo. Alii putant ab eo: quod est idos. i. species: q eo die plenam speciem luna demonstrat. Sunt qui existimēt idus ab ioue iduli dictas: quæ a thuscis ita uocatur. & cunctis idibus ioui imolatur. Alii quod mensem diuidat. Iduare enim etrusca lingua diuidere: inde uidua quasi ualde idua idest diuisa: aut a uiro diuisa: sane ut idus ioui. ita calendæ Iunoni attributæ: ut ueterum confirmat auctoritas. ¶ Da qui faciem condiam. i. perpoliam & exornem. ¶ Da quod dē quinquatribus. Festus. Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum qui fere his celebrantur: qui scilicet errant tam hercule q̄ qui triduo saturnalia & totidem dies compitalia: nam omnibus his singulis diebus fiunt sacra: forma autem uocabuli eius exemplo multorum populorum italicorum enunciata est: quod post diem quintū iduū est his dies festus: ut apud Tuscu. triatrus: & sexatrus. Mineruæ autem dicari eum diem existimāt. quod eo die ædis eius in Auentino consecrata est. ¶ Quæ supercilio idest superbia: & supercilium translatiue pro montis capiturcacumine. Vir. in georgicis. Ecce supercilio cliuosi tramitis undam. Elicit. illa cadens raucum per leuia murmur. saxa ciet. ¶ Spicit priscum est. nunc non nisi compositum dicitur. Ennius libro. xvi. Quos ubi res paulo spexit de montibus celsis. ponitur etiam spectio in auguralibus pro aspectione enuciatio: ut festus: quia omne ius sacrorum habēt auguribus. Idem inquit: spectio dumtaxat: quorum consiliō rem gererent magistratus: non ut possent impedire nunciando: que cum uidissent satis spectio sine nunciatione data est: ut ipsi auspicio rem gererent: nō ut alios impedirēt nunciando. Inde speculum: & specula locus eminens: unde prospectus longe: lateq; pateat. specular quoq; fenestræ qua speculamur. Iu. Quæ uehitūr clauso latis specularibus antro. hinc specillum: quod oculis admouemus uitreum instrumentum: quo facilius spectemus aliquid. Dicitur etiam specillum instrumentum ferreum ad præsentandum uulnerum altitudinem. Specillum item uocari ait opilius aurelius capræ barbam.

Calendæ unde dictæ

Nonæ unde dictæ

Idus unde

Spectio qd sit.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ VIRTVS fortitudo est. Vergi. æn. v. Tunc pudor incendit uires: & conscia uirtus: uirtus significat auxilium. Plautus in milite. Deum uirtute euntem hospitio. & uirtus meritū est: & dignitas Plau. in milite. Quæ improba et iners præcium eis: ut pro uirtute ueniant ex Nonio.

¶ PAtrica.

¶PATRICA. Vel patrita: ut auita quæ patris sit: & aui. Cice. patritã: & auitã dixit philosophiã .i. a maioribus & supioribus traditam. ¶ Obstetrix. Quæ ab ope ferẽda dicit: nã ab obstetricibus pturiẽtes fer opẽ clamant. Do. ¶ Nu tricunt. Alũt. quo uerbo usus est Cice. in qõnibus tusculanis. ¶ Memerẽ. Corrigo metuerẽ: quod uerbũ reiteratur in sequenti uersiculo. ¶ Ea mihi insignitos. Hos duos uersiculos in ueteribus codicibus adinuentos: q in ipressis codici bus non cõparebant: reponẽdos curaui in plautinũ penũ: adducũtur ptere a festo in suis fragmentis: cum ualgũ uer bum interpretatur. ¶ Insignitos. Aliquo uicio uel nota famosos. ¶ Varũ: Hominẽ obtortis plãtis. ¶ Valgum. Qui ob uersas suras habet. ¶ Cõparationẽ hoiem genibus plus iusto cõiunctis ut Festus annotauit: uel a lõgis pedibus: ut placet No. ¶ Bronchũ. Sunt brõchi a labris labeões dicti Producto ore: & dẽtibus prominentibus: ut testaẽ Mar cellus: & itẽ Pli. in. xi. ¶ Qui ægre ser uat. i. q libẽter exponit. ¶ Vno exẽplo. Eodem modo: & ea naturæ legæ.

SARA CENVS.

Valgus q dicatur.

Tum patrita clementer, non pota est inquit munere.
Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset celaria.
Tum obstetrix expostulauit mecũ parum missum sibi.
Quid, nutrici non missum ... s quicq̃, quæ uernas alit?
Hæc atq; huius similia aliam damna multa mulierum.
Nunc uxorẽ prohibent mihi, & quæ huius sermonis erant.
pa. Dii tibi sunt propicii hercle, nam si istã semel amiseris
Libertatem, haud facile te in eundẽ restitues locum
Pl. At illa laus est magno in genere & diuitiis maxumis,
Liberum hominẽ educare generi monimentum & sibi.
Pe. Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi li beris?
Nunc bene uiuo, & fortunatæ, atq; ut uolo, atq; aio ut lubet.
Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos partiant.
Illi apud me edunt, me curant, uisunt qd agã, ecquid uelim.
Priusq̃ lucet, assunt, rogitãt, noctu an somnũ cœperim.
Eos pro liberis habeo, quin mittunt munera,
Sacruficant, dant inde partẽ mihi maiorem, q̃ sibi.
Abducunt ad exta me, ad se ad prandiũ, ad cœnam uocant.
Ille miserrumum se retur, minimum qui misit mihi.
Illi inter se certant donis, ego mecum musito.
Bona mea inhiant, certatim nutricant & munere,
Pa. Nimis ratione bona nimiumq; apte tu multa uides.
Et tibi sunt gemini, & tergemini, si te bene habes, filii.
pe. pol si habuissem, cepissem satis miseriarũ, liberis
Censerem emori, cecidisset ne ebrius, aut de equo uspiam,
Metuerem, ne ibi defregisset crura, aut ceruices sibi.
Ea mihi insignitos pueros pariat postea.
Aut uarum, aut ualgum, aut comparationem, aut petum, aut brocchum.
pa. Huic homini dignũ est diuitias esse, diu uitam dare,
Qui ægre seruat, & qui bene habet, suisq; amicis uolt uolup.
O lepidum caput, ita me dii deæq; ament, æquom fuit.
Deos parasse, uno exemplo ne omnes uitam uiuerent.
Sicuti merci precium stat, pro uirtute ut ueneat.
Quæ improba est pro mercis uitio dominũ pretio paupat,

¶TVM petreia: uocabaẽ: quæ pom pam pcedens in colonis: aut municipi is imitebatur anum ebriã ab agri uitio petrens appellata. ¶ Non potis est: non possibile est. ¶ Succẽset celaria. irascit: quæ celis preest. ¶ Eox postulauit me cum. i. cõquerẽdo poposcit. ¶ Generi monumẽtũ. Vt genus longius propa getur. ¶ Qñ habeo: qñ pro siquidem. ¶ Priusq̃ lucet: ante diẽ. ¶ Partẽ mihi: subaudi sacrificiorum. ¶ Se retur: existi mat se: qui me paruз cumulate affecit. ¶ Mecũ musito. Reputo ista i animo. ¶ Bona mea inhiãt. desiderãt: cõcupi scunt: quod in magna cupiditate rictus? diduci cõsueuerit. ¶ Certatim inter se cõtẽdentes muneribus. ¶ Censerẽ mœ rorem: mecuз reputarem mœsticiam. ¶ Aut ceruices sibi: hunc locuз ex aliis auctoribus citãtibus: hæc uerba didici mus hos deesse binos uersus. ¶ Ea mi hi insignitos pueros pariat. Postea aut uarrũ: aut ualgũ: aut ꝯparnẽ: aut petũ: aut brochũ filiuз. ¶ Ea mihi. subaudi uxor. ¶ Insignitos pueros pariat: ma lo aliquo puẽtos. ¶ Varũ. intortis cru ribus dixere ueteres. Hora. in libro ser monũ. Hunc uaruз distortis cruribus. ¶ Aut ualgũ. No. ualgũ est proprie in tortum. neuius. militibus pomecinẽsi bus ualgus: ueternosus. genibꝰ magnis talis turgidus. festus quoq; ualgos opi lius: aurelius: aliiq; cõplures aiũt dici: qui diuersas suras habeãt. Pla. i milite glor. metuerẽ ne tibi: &c. Aut cõpatio nem. f. p. cõpatiões noiantur hoies ge nibus plus iusto cõiũctis: uel a lõgis pe dibus cõparationes dicti: ut tradit No. ¶ Petum. qui obtortos habet oculos: strabo appellatur: qui leuiter declina tos petus. Hora. strabonem appellat petum pater. ¶ Aut brochum filium. Pli. lib. xi. Non alii animalium nares emi nent auibus serpentibus piscibus foramina tantum ad olfactus sine naribus: & hinc cognomina simorum silonũ se ptimo mense genitis sæpe numero foramina aurium: & narium defuere labra: quibus brochi labeones dicti. Idem paulo post absumpta hac obseruatione senectus in equis: & cæteris ueterinis intelligitur dentiũ brochitate. No. bro chi sunt producto ore: & dentibus prominentibus. Lucillius lib. iii. satyrarum nouit lanius dẽte auerso brochus hic est rhinoceros. ¶ Pro uirtute. subaudi merciũ. ¶ Pretio paupat. suã uilitate pauperem facit.

VALLA.

Varus qui sit.

Petus q dicatur.

Brochi q dicantur.

¶QVAE huius similis sermonis erãt: delenda est dictio similis uti superfluens: & quæ uersum de statu suo deiicit. ¶ Censerem emori ex codicibus antiquis: in quibus omnibus scriptum est: censere me mori: & ex sententie congrui tate: quæ est ut dicat: censerem me propter liberos emori. non cauerem: mererem: ut corrigit Pius uanus interpres mẽ tiens ita esse in priscis codicibus: id enim est falsum prorsus.

VGOLE TVS ET GRAPA.

SARACENVS
Annona q̃ & uñ dicãt

¶ Disperdisse. Melius dispartisse: ab eo: quod est partio: quod significat distribuo: & partes facio: & accõmodatur sensui: nam bonis optat longæuam uitam dari: malis uero interitum. & propterea uitam humanam hoc pacto bifariam dispartiri. ¶ Annona. Anni alimonia: quę non tm̃ frugum. sed aliarum quarũcunq; rerum dici potest. Cicer. putaram in macello annonam cariorem fore: annonam etiã uegetius posuit: quod militibus datur stipendiũ. ¶ Ite astodorum illas. Sunt sane ista portenta uerborum: quæ in omnibus codicibus inueniũtur: sed si licet locũ exanimẽ saltem reddere seminiuũ: hoc modo legas paucis demutatis: uerum ubi decẽ dies continuos iterasti domu; illos: hoc ẽst reuerti: & redire fecisti in domũ tuam: & tũc erit planissimus intellectus. Mortẽ remigiorẽ. Legerẽ morem: non mortẽ: remigiorẽ autẽ obsequẽtem dixit: nam sicut nauis remo ad placitum trahit: ita qui facit quod sibi placitu; est: sibi obsequtur: & morẽ gerit. ¶ Proletario. Plebeio: & cõi: & nimis ab omnibus usitato: sunt dicti proletarii: qui nihil rei publicę exhibeãt: præter plẽ: q in tenuissima plebe erãt: & nõ ãplius q̃ mille & qngẽteos æris icẽsum desere bãt. ¶ Offã pẽnitã. Offã porcinã cum cauda dixerunt: de perna autẽ: & congro: & aliis dictũ est abũde i pcedẽtib?.

Proletarii q dicant.

VALLA.

¶ INGEnuatus esset. igenue procreatus: & ingenue uitam ducens. ¶ Esset his annonia uilior: idest uictus copiosior. quia paucis hominibus pauca annona sufficeret. ¶ Deuorti potest. deorsũ ab aliis locis declinare. ¶ Iterasti. repetiuisti. ¶ Morẽ remigiorem. ad obeundum negotium faciliorem: ut remigio facilius impellitur nauis. ¶ Si certum tibi. Si ita constituisti. Mihi quod uis sat est. Quodcunq; præbueris satis esse poterit. ¶ Nam prolætario sermone: idest puulgato quid sit proletarius apud Aulum gelium lib. xv. cap. x. pluribus uerbis q̃ hic sit necessarium referre explicatum inuenias. festus. Proletarium capite censum dictum quod ex iis ciuitas constet: quasi proles progenie iidem: & proletanci. No. proletarii ciues appellabãtur: qui in plebe tenuissima erant: & non amplius q̃ mille: & quingentos ęris incensum deferebant. Enn. i annali. proletarii: ut publicitus: scutaq; ferriq; ornatas. ¶ Quando accubuere: ad mensa; discubuere. ¶ Pernam nihil moror. nolo mihi suillã hãc carnem salsam. ¶ Aufer illam offam penitam. No. peniculamentum a ueteribus pars uestis dicitur. Ennius: pendent peniculamenta unum ad quemq; edum. Luc. peniculamenta uere reprehendere noli. Cecilius: uolat sagus simul uolat peniculameatum. Pennes antiqui uocabant a qua antiquitate etiã nunc offa porcina cum cauda in cœnis puris offa pennita uocatur: & penniculi quis calciamenta tergentur: quod e codis extremis faciebant antiqui dictus est forsitan a pendendo. ¶ Conger frigidus: qui & congrus longitudine anguillæ: uel murenæ per similis.

Penicula mẽtum q sit.

VGOLETVS ET GRAPA.
Prolectarius sermo.
Insanuisti.
Penitam offam.

saxo insidẽtẽ uirtutẽ facit: quo argumẽto tuto uenisse e calle ꝓbat̃ q̃sq̃ salutiferã potuit cõtigere sedẽ: hoc est qđ ceci nit hesiodus græcus author: sudorẽ posuere dei uirtutis ad arcẽ. Dr̃ uirtus quosdã enecare: nõ eo φ enecet: s; qm̃ enecari uidẽt pplo: & crassæ turbæ: q ñ diuites sũt: & fortunati iuxta catholicã sniam: estote mortui mũdo. ¶ Alios sub lacte. deliciosos. s. q se fortunæ: ptus & alũnos dictitãt: quos lacte suo: hoc ẽ diuitiis irrigat fortuna. ¶ Quos enecat: hi uiuũt. interp̃temur catholice: quos uirtus necat mũdo: uiuũt deo. labores. n. iuges iuxta pp̃larẽ sniam mortẽ uocat. ¶ Quos ꝓpat alere: quibus afflat bona fortuna: delitiis & diuitiis extollit: & oblectamẽtis inutrit. Interimere dr̃ uirtus: ad quã asseqũdã uoluptatẽ itepellãt: ut illa reuera uita mors uocãda sit: q̃ sine uirtute degit̃. iuxta senecæ bra cteatã sniam. Hõ sine lr̃is uiui hois sepultura ẽ. ¶ Male sapiũt. euẽtus miserrimus illoꝝ: q uitã sine uirtute duxerũt: manifestariũ documẽtũ pbet: n̄ itegerrime sapiuisse: qppe cũ nuda uirtute derelicta bõis tpariis inhæuerit. ¶ Bñuolẽtes: subitellige: i tali ordine. i quos bñuolẽtes odiũ exercẽt: seu φ odiũ exercuerũt: ipsi in bñuolẽtes suos: hoc ẽ uirtutes. ¶ Humũ mordẽt: hoc faciũt moribũdi in bello nõdũ desita: & cessãte ira ulciscẽdi aduersariũ. Sic Vir. Terrã simul ore momordit. ¶ Caput reptãt: more reptiliũ deuoluti ex rota fortunæ capite p terrã trahunt̃: q oium mors fœdissima ẽ: sic Dirce tracta ẽ religata tauro. ita Proptius. Vixerũt Dircẽ ad trucis ora bouis: & Sidonius chr̃iani cuius dã mortẽ deplorãs: uixit ad tauri latus iugati plebs furiosa. ¶ Cũ putãt uiuere ruũt. sensus ẽ. diuites & fortunati uitã solã deliciosa; credẽtes solũ geniũ seq̃ntes: quẽ uitæ penẽ dicũt: ruũt nusq̃ pspiciẽtes fulgorẽ uirtutis. ¶ Studẽt pseq. pstrictis ocul̃ a delinimẽtis uoluptificis: uñ nũq̃ uestigiũ detorq̃nt trahunt̃. Flagitiosus a uitio: ut canis a corio nũq̃ absterebit̃ uncto. Neq̃ cæno cupiẽs euellere plãtã. ¶ Labãt iuuenes. eodẽ tenore senes corruũt: & lubricãt iuuenes. iliacos itra muros peccat̃: & extra. Veꝝ senile uitiũ minus tolerabile ẽ: quo minor dat̃ effugiẽdi occasio: & facultas: qm̃ ut snia lr̃ ꝓtulit Gregorius. Cãis ãtiquus cathenæ assuefieri ñ pt. ¶ Atq̃ cognitũ: sẽsus ẽ: senes i maliciã puectiors q̃ adulescẽtuli: si amãt: frui uolũt re uoluptuaria: & fructũ ueneris malũt: q̃ cætas delicias amatorias. ¶ Ea ætate. senili. s. depõtana: q uitia ibibita ñ subito deponit. hic cecinit Oui. Venit amor grauius: quo serius. ¶ Veꝝ si ñ amãt. senes igt plautus altrisecus molestissimi sũt: & si amẽt: & si ñ amẽt. Si amãt eius amatio: qm̃ dedecet rigiditatẽ senilem: ab oibus explodit: si uero ñ amãt: rigidi sũt: seuerі: austeri: morosi: ferre ñ pt uitia: nec amores adolescẽtulares. ¶ Difficiles. ꝑpetuũ: & ꝯgruẽs senibus epithetõ ẽ: p qđ morosos itelligimus: & austerulos. Martia. usurpat hãc uocem in eodẽ signatu. Difficilis: facilis: iocũdus: acerbus es idẽ. ¶ Osores. odio pseq̃ntes tpa sua: & laudatores tpis acti: ut ingt Hor. ¶ In se. ꝯtra modestiã suã. ¶ Si fiat modestius. si adulescẽtes peius: & castigatius deliquant: q̃ ipsi fecerit in adolescẽtia sua: nõ desinũt ob hoc icessere adulescẽtiã: se hoc & illđ uitiũ icurrisse mẽtiẽtes: cũ tñ ipsi maiora cõmiserit: & fœdiora. ¶ Vt æquũ ẽ p̃res: quos i m̃tis oniuere decet iuxta ouidianã sniam. Si quotiẽs peccãt hoies: sua fulmia mittat: iuppiter: exiguo tpe inermis erit. ¶ Et hanc male habet. etiã hanc pyst̃ratã Demipho. Sicuti lysimachus Dorippã male tractat: & inique secũ agit: lege nuptiaꝝ ꝑpostera. ¶ Id ueꝝ. pyst̃rata alloquit̃ se ipsam & ingt. nõne qđ dixi uerũ ẽ: qđ. s. senes amãtes p̃ripiũt opa; iuuenibus: ut canit Tibullus. Vidi ego iã iuuenẽ p̃meret cũ serior ætas: mœrẽtẽ stultos pteriisse dies. ¶ Restitit. cũ id: hoc ẽ illũ amorẽ p̃r repellere nitit̃: auxit amorẽ: qđ & sẽsit Oui. Acrius iuitos: multoq̃ ferocius urget: q̃ qui seruitium ferre fatent̃ amor. Ignis. n. cupidineus: quo plus resistitur: uehementius furit: & inardescit. Amor enim domari non potest hinc nos græco epigrammate uerso sic propemodum lusimus.

Sedat alligerum fames amorem.
Hoc si non superat domabit ætas.
Quę si non rapidum fugabit ignem.
Nodatum superest medela collum.

Restitit positum est pro cõtra stetit: & repugnauit: Iuxta figurã loquẽdi liuianã. Romani alacriter pœnis restiterũt.

Capite trahi quũ

Senes difficiles

Amor domari non potest

Quæ istæc itēperiæ? abegit uir me⁹ oli īpe ad mercatū Rho
Nūc, ut fert Acanthio, ipse sibimet faciet exiliū. (dū, filiū
O iniquom patrem, o infortunatum filium, quo te recipies?
Vbi matrem relinqs? sola degam? filiū amittā? non patiar.
Vendidit pater, ubiubi erit inuenta, mater redimet,
Dic tu Lycissa num in hanc uiciniam adductam autumant?
Ly. In hác opior, ī amici senis cuiusdā ædeis. Pe. hic pter Ly
Nullus quē sciā. Sy. Lysimachū noiant. (simachū.
Mirum ni senes uicini in unum nidum conspirauerint.
Pe. Dorippā ei⁹ uxorē cōueniā. Ly. qd ɔuenias? nō eā uides?
Pe. Video eqdē, ausc͞ltem⁹, nescio qd secū iracūda mussitat.

Dorippa. Syra. Lycissa. Peristrata.

Syra ñ r̄dit, quā accersitū p̄rem iā diu ē ꝙ miseram.
Tarda nimiū, aut lapis obriguit, aut āgue d̄morsa
cessauit turgida.
Sy. Nulla sum, adest hera, me q̄rit. do. domi manere neq̄o.
Bellulā istāc pellicē mei ñ patiunt̄ oculi, exclusissē foras,
At me me⁹ ɔtiuit Eutych⁹, sed oīno qd̄ fert nō creduā.
Ly. Audi hera? Pe. audio, siñ pgat. Ly. sino. D. amici igr̄ sēis
Gr̄a huc ad nos uēisse, hēt uenalē amāti dū detrahat filio.

PIVS BONONIEN.

INTEMperiæ. Turbellæ & pturbationes: qbus patres: in adulescentia; filioꝶ despuunt: & defulminant. Abe git: expulit: eiecit: exclusit. Abigei fures appellati: q armēta abigere: & lōgius pminare ɔsueuerūt. Vt fert: ut p̄fatur seru⁹: charini filii. Innumero sign̄atu dotatū est hoc uerbū fero: sign̄at & appetere. Oui. In noua fert aius mutatas dicere formas corpa. Iurecōsulti digestis de uer. signi. hoc discrimē ponūt inter fero & porto. Ferri pprie dicimus: q̄ qs suo corpe baiulat: Portari ea: q̄ qs iumēto secū ducit: agi ea: q̄ aialia sūt. Faciet exiliū. Fili⁹ ira sæuiēs: & indignatiōe ob pditā amasiā sibi parauit exiliū uolūtariū. Vnū erit auxiliū mutatis cynthia terris: q̄ntū ocul: aio tam pcul ibit amor. Vēdidit pr̄. subītellige pasicōpsā: ne darer̄ amāti filio copia amicę potiūdę. Lycissa. comici poeta noia ab aiantib⁹ q̄ñq; seruis accōmodāt. seruius in buccolico ludicro ī enarratione carminis illi⁹: excipe īsidiis multū latrāte tycissa. Lycissæ sūt: ut ēt Pli. dicit canes nati ex lupis & canib⁹ cū iter se forte miscētur. Quidā male feriati seruiū taxāt qui Pli. cōmētū de lycissa ascribat: qm̄ hoc in li. na. histo. nō legar̄. Sȝ ii ridiculosissimi sūt: & explodēdi ex eruditoꝶ albo: ut pote: q mēdacii seruiū arguāt cū ñ hoc solū uolumē Pli. ediderit: sȝ historias. de iaculatiōe eq̄stri: librū de grāmatica: quē subi de serui⁹ citat: & Priscianus: in quo libro credideri Pliniū lycissā uerbū explicāteȝ hoc tradidisse. Nec. n. seruius Pliniū in libris na. hist. aduocat. Nōne & ipse ep̄la librorꝶ naturaliū p̄fiter̄ grāmaticos libros edidisse? ei⁹ uerba sūt hęc. Nā de grāmaticis sp expectaui pturiri aduers⁹ libellos: quos de grāmatica edidi: & subīde abortus fecere iā decem ānis: cū celerius ēt elephāti pariāt. Lycissa pystratę clientula erat. Adductā. pasicōpsam. s. quā ī domum uicini lysimachi detruserat Demipho senex. Autumāt dicūt ii: q senē demiphonē cōspicillo secuti fuerāt: iter quos cōmiserit⁹ dn̄o achātio fortassis exploratoꝶ un⁹ fuerat. In unū nidū. syra. q̄ excipit uerba pystratæ: & existimās a lysimacho cōductā pasicōpsā: & soli sibi īseruiturā: subuerer̄: ne duo senes ptiario puellā cōduxerit.

Cōspirare ī unū nidū

Cōspirare in unū nidū est fc̄tā cōiuratiōe: q cōspiratio dr̄ deliberasse nidulari: hoc ē oua fouere. i. uenerē exercere ad eādē puellā: sicuti cōpares duo auiū ad nidū eūdē tēdūt. Quid ɔuenias. cur ad illā eas: q̄ tibi pata sit añ oculos. Quid. n. terer̄ tps in ea adeūda: q̄ ob oculos tuos obābulet. Musitat. tacite: & cū quodā murmure loqt̄: a muris authore Varrōe deflectit̄ hoc uerbū. Accersitū p̄rē. hoc idignabūdæ: & cōflata inimicitia cū maritis fœminæ faciūt: p̄rem accersūt: ut illi molestias: & uexatiōes mariti renarrēt: ut uisū est ī menechmis: cōsilr̄ Dorippa credēs lysimachū pasicōpsam induxisse: marito obirascit. Lapis obriguit. qd̄ nyobe accidit. q̄ priuata sobole oī in lapidē marmoreo rigore cōtracto durata ē. Ita Oui. obriguit conata loq. Notū ē nyobē sobol̄ numerositate sufflatā admōuisse ppl̄ares: ut latone sacrificare cessarēt: utpote: q̄ deæ ppōnēda eēt: & eā fœtu supasset. Tūc idignata latona apollinē ad ultionē inuitat: q arcu lunato īsontes nyobes filios trāsadegit. Illa lachrymis: & luctu semisepulta in saxū uersa est.

Fabula.

Angue demorsa: aut. Syra tardigrada: & ueternosa piit: ut euridice: q̄ aristæū fugiēs āgue iter herbas delitescēte uulnerata piit. Desiderio defunctæ: uxoris orpheus ad manes euridicē seqt̄: & cytharæ mulcedie delenito plutone uitā uxoris īpetrauit: quā retrospiciēs amisit. Tūc desolatus Orphæus ī cæteras fœmias declamare cœpit. Cicones iter sacra deū: nocturniq; orgia bacchi: discerptū medios iuuenē sparsere p agros. Hic prius post amissā cōiugē: p̄posteræ libidīs excogitator fuit: & iuentor: ppea cecinit Oui. in li. metamorphoseō. Ille ēt thracū ppl̄is fuit author amorē. In teneros trāsferre mares: citraq; iuuētā: Aetatis breue uer: & prios carpe flores: Quidā tñ ipsū thamirā ferūt excogitasse coitū cū maribus: nefādā: & pudēdā uenerē. Turgida ueneno corpe sufflāte: & in tumorē agēte. Illi. n. q ueneno obeūt: nigrescūt: & tumēt. Iuue. p famā & ppli nigros efferre maritos. Bellulā. delicatulā: & uenustulā. Martialis. Res ptricosa ē cotyle bellus hō ubi rē ptricosā: difficilem: morosam: & nugariā: & ipedimentis oibus offertissimā nuncupat epigrāmaticus poeta: a trichis hoc est ipedimentis.

Pellex q̄ dicatur.

Pellicē. pellex illa dicitur incubina: q̄ cum illo cubat: cui uxor est. Pōpeius exponit eruditissime: quid sit pellex. Dicitur & pellicatus pellicis inhonastamentū. Paulus iurisperitus digestis de rerū & uerborꝶ significatione. Massurius scribit libro memorabiliū pellicē apud antiquos eā habitam: q̄ cum uxor nō esset: cum aliquo tñ uiuebat: quā nunc uero nomine amicā paulo honestiore cōcubinam appellari. Caius Flaccus in libro de iure papyriano scribit: pellicē nunc uulgo uocari: q̄ cum eo: cui uxor sit corpux misceat. quosdā eam: q̄ uxoris loco sine nuptiis in domo sit: quā græci uocāt παλλακην. Deerat in tritis iuriscōsultoꝶ codicibus uerbū græcū. Exclusisseȝ foras. pellicem. s. & cōcubinā mariti: nisi eutychus filius id p̄hibuisset. Qd̄ fert: qd̄ affirmat illā. s. traditā esse a Demiphōe: & subreptā filio charino. Nō creduā. ñ credā. Pōpeius auctor ē Plau. creduas usurpasse p credas. Audi herā. lycissa loqtur pystratæ clienta. Sine pgat. pmitte Dorippā ulterius loq: ut ex suis uerbis cōiectare possim stuprū Demiphonis: & ubi pasicōpsa sit adita: charini fili amasia. Amici senis. sensus est: lysimachus maritus inqt hāc pasicōpsam in domū n̄ram delegatū esse: ut ita sūmoueret a charino amante: tradereṫq; postmodū amico senis uenalis.

NEC

PIVS BONONIEN.

NEC quidem scribo: hæc quidẽ hoc ordine: hæc quæ comminiscuntur filius & pater: sunt fallacia: & dolo manifestarie cõpleta: q̃m dissona sunt: & discrepantia: pr̃ ait datã esse seq̃stro: filius ait uenalẽ esse pasicõpsam. Fallacia. cũ fallacia: fallã dixerunt antiq. quã nos fallaciã. Dissident sñiæ: discrepãt opiniones: nõ conueniunt opiniões pr̃is & filii. Seq̃stro. aduerbialr̃ positum est. Dr̃ res dari seq̃stro: q̃ apud tertiam personã delegaf: quoad lis decissa sit. Is. pr̃ demipho. Venalem: q̃ daref uenalis amico senis. Huic nõ subintellige credã: q̃m q̃ amant: mentiri q̃ p̃rimũ cõsueuerũt. Postremo ñ credã filio defensanti culpã pr̃nã: & iras m̃ris mollieti. Mero cuculo. Mero scortatori: & alienũ nidũ poccupanti: diximus. n. affati i asinaria: cuculũ eãdẽ auem eẽ: q̃ a grecis cocix dr̃. Hæc i nido auiculæ curucæ oua expõit: exclusis curucæ ppis ouis. Illa cũ excludũt: & hiulca sũt: fœtus suos autumat: q̃ deuorata cuculli ad ppriam m̃re deuolãt. Illi igif: q̃ oua: hoc ẽ senes i alieno malo hoc ẽ thoro iponũt: scortatores. s. cuculli recte: & idõee uocabũt. Id certũ ẽ mẽtiri. Id p̃ i id. cũ amico uenalẽ eẽ lysimach⁹ causã facit ñ credã: q̃d Demiphõis eẽ simlat: cũ sua sit: & ad geniũ suũ amœnãdũ ↄducta. Coquo creduã: credere decretũ ẽst coquo: q̃ senis lysimachi hãc amasiã eẽ p̃fessus est: & ab eo ↄductã eẽ narrauit. Venefica: nomẽ ↄtumeliosũ ẽ: q̃m ex authoritate catonis: q̃ adultera ẽ: eadẽ quoq̃ uenefica repiet. Inuẽtæ sũt eni m̃ronæ romanæ uenena cognites. Dãnunt. dent: uetustũ uerbũ. Istuc dictum: ob istud dc̃m obseq̃osum: & adulatoriũ: & q̃d pellici meæ malũ ominata es: nõ sum tibi irata. Vbi pr̃ meus: quẽ euocatũ miserã: ut illi maritales iniurias p̃dicarẽ. Podagra. ipedit pedes: tanq̃ laq̃us auium: q̃ & græce podagra dicit. Hæc romaos priscos nõ inuasit. Si latin⁹ morbus fuisset: romanũ nomen hẽret: authore Plinio. Interrogat⁹ quidã: q̃d fastidiosũ ocium eẽt: podagricũ r̃ndit: hic prisc⁹ poeta. nũq̃ poetor: nisi podager. ubi poetari sigñat poeticã exercere. Articulari⁹. ille decẽter articulari⁹ uocari p̃t: q̃ chiragra laborat: hoc ẽ duritie podagricæ sũt digitos itercipiẽte. Qui morb⁹ nulla medella leuari p̃t: hic Oui. in tristib⁹: Tollere nodosã nescit medicĩa padagrã: Nec formidatis auxiliaf aq̃s. Aq̃s formidatas Oui. nũcupat morbũ agitatoꝝ in rabiẽ ob morsũ canis. q̃ q̃d aq̃s formidãt grecis ὑδροφόβοι uocitãf. Scribit Auicẽna hoc p̃ntarium medicamẽtũ eẽ: si q̃s rabie correpť cõiicit iuitus in aq̃s aut si a rabidocãe morsus sit. Sciẽter: & edocẽter Apuleius n̄r li. ix. de asino aureo p̃scribit aq̃ cybeleios piclitatos eẽ: si agitaref i rabiẽ: eius uerba subiũxi. Sꝫ unus ex iis de cęlo missus mihi sospitator: argumẽtũ explorãdæ sanitatis meæ tale cõmõstrat cętis: ut aq̃ recẽtis cõpletã pelui offerẽt potui meo. Ac si itrepidus & morsolito sũmẽs: aq̃s adlubescerẽ: sanũ me: atq̃ oi morbo scirẽt expeditũ: ↄtra uero si uisũ: cõtactũq̃ laticis uitarẽ: ac phorrescerẽ: p cõperto noxiã rabiẽ ptinacit durare. Hęc. n. libris p̃stinis ẽt p̃ditũ obseruari solere. Rõnis sa. subitellige illi ẽ cũ uillico cõputus faciẽdus maxĩa cũ rõcinatõe. Rõnũ libri dñr illi: q̃bus accepta: & expẽsa a uillico p̃scribi cõsueuerũt: q̃ p̃sũt rõnibus rõnales appellanf: & rõnarii: de q̃bus nos diffuse in aulularia indictiõe phylacistæ. Villici rurestriũ reꝝ pcuratores: dispẽsatoresq̃ uocanf: hinc fit uillicari: q̃d p̃dia ruralia curare significat: & uillicatio: curatio rurestris appellitaf. Illãc sc. pasicõpsã itromissã a marito lysimacho. Nõ sũ m. hęc ab irata Dorippa p̃nũciant: q̃ bile plena ñ pcepat pystratã: ueꝝ tãq̃ molestã abigebat: aliã. n. uicinã crediderat remorã: ne ad negociũ suũ se accigeret. Bil' cr. cholos: & ira me sollicitã h̃nt: & exercitã: ut nec recte ocul' p̃spicere possiꝫ. Istuc uo. subitellige: ex te audire. Sospitẽt. sospitẽ reddãt: & icolumẽ. Sꝫ hoc pacto legẽdũ erit. Sic di tibi unicum gnatũ sospitẽt. ẽ. n. pticula pcati idonea sic: hoc ordie: sic tibi fœlicitas & faustitas accidat: ut amo: & excrucior. Tibullus poetaꝝ gẽma. Sic umbrosa tibi ↄtigãt tecta pape. Ne capiti soles: ne nocẽatq̃ niues. Idem li. iii. Annue sic tibi sint itõsi phœbe capilli: Sic tua ppetuo sit tibi casta soror. Claudianus. Sic tibi p bello d̃fẽset pectora thomas. Par ẽ ę. iter coętãeos amor ignescit acrius: & feruẽtius bẽiuolẽtia scitillat: ppea ganymedes apd̃ Lucianũ q̃rit ΗΛΙΚΙΩΤΑΟ suos: hoc ẽ coęuos: sine q̃bus nihil dulce ẽ & appetibile. ppea pi ętate pigunf gr̃ę: & si alia quoq̃ rõ assigneť. Visunf i basi uetustissima nymphæ tres alt̃nis brachiis iter se ↄnexę: his uersibus eloq̃ntissime graphiceq̃ ↄscriptis. Sũc nudę charites niueo de marmore: at illas: Diua colũna suis ędibus itus hꝫ. Par tribus ẽ facies: q̃lẽ decet eẽ soroꝝ: Par trib⁹ ẽ ætas: par quoq̃ forma trib⁹. Grata thalia tñ gemie ↄuersa sorori: Implicat alternę brachia blãda soror: Euphrosynẽ dxtra stupeo: aglaiãq̃ sinistra: Miror: & iplicitis brachia nexa modis. Iuppit ẽ gẽitor: pepit de semie cæli: Eunomia: & ueneris turba mistra fuit. Inde alif nudus placida sub m̃re cupido. Inde uoluptates: inde alimẽta dei. Vna cre. sil' i eadẽ cõgermanescẽtia adl'tæ sum⁹: q̃d amoris ñ minimũ fomẽtũ ẽ. Hoc Apulei⁹ Plauti fulmis ęmul' enarrat li. ii. de asino aureo. ego te o lucis meis istis mãib⁹ educaui. q̃dni pentis tuæ: ñ mõ sãguis: ueꝝ alimonia & socia fui. Nã ex familia Plutarchi abęq̃ pgnatæ sumus: & eandẽ nutricẽ simul bibimus: & in nexu germanitatis una coaluim⁹

Hæc quidẽ aut uiri, aut gnati fallacia, dissident sententiæ.
Sequestro uir ait datam, eandem uero u enalem dicit filius.
Sy. Ibo de iprouiso obuiã, ne cessasse itellegat. do. istæc filio
Non credã, qui obsequitur patri? huic uero ut mero cuculo
Id certum est mentiri ampliter, equidem coquo creduam.
Eccam Syram, ut currit uenefica, Syra? Sy. quis me uocat?
Do. Malum quod di tibi danunt. Sy. hera, si sapis, hoc poti⁹
Tuæ pellici, & marito dato. do. istuc dc̃m tibi ñ ãpli⁹ irascor.
Sed ubi pater? quid cessat? an hominem podagra impedit?
Sy. Nec podagricus, nec articularius ẽ, quẽ rus ducũt pedes.
Do. Non domi? Sy. non. do. ubi? Sy. rure esse autumant.
Atq̃ nunquid redeat icertũ hodie, cum uillico ratiõis satis.
do. Oia mihi hodie eueniũt pter sentẽtiã, nõ uiuã uesperi,
Nisi illanc a me scelestam abigam, eo domum. Ly. hera abit
Dorippa. Pe. hem abit, cõpello, Dorippa? do. q̃d molestiæ
Hoc ẽ? q̃s me reuocat? Pe. non sum molesta, sed beneuolẽs,
Et amica te compellat tua Peristrata, mane quæso.
Do. Hem Peristrata, te pol non noram, mala bilis cruciat
Me, atq̃ exagitat. Pe. istuc uolo quæso ne neges.
Te audiui modo, dic mihi, quæ te nunc habet solicitudo?
do. Peristrata, Di tibi unicũ gnatũ sospitẽt, da mihi bẽigni⁹
Nulla dari mihi poterit meli⁹. Par ẽ ætas, una creuim⁹ (opaꝫ

Cucullus auis q̃ dicatur

Idropoui.

Rõnũ libri qui dicanf

PIVS BO NONIEN.

Sollicitudo qd sit.

¶LIBentius: non acceptius: & gratius cum alia consilia: cogitationesq; meas confero quoniam nulla adeo mihi similis inueniri potest. Nam authore platone similes similibus natura conueniunt. ¶ Sollicitor: angor excrucior: & id non immerito: utpote cui ꝑponatur ante oculos pellex. Sollicitudines curæ uocantur. Sollicitius significat accuratius. ¶ Quid tibi animi: quam opinionem haberes: & sententiam: & mentem: si tibi pellex adulescentulam superduceretur: iuxta illud. Quid tibi tunc aĩ credis germana fuisse. ¶ Possiet. possit: quo pacto uitã quietam ageres: ¶ Adducet Demipho: scribo adducet demipho. Si maritus tuus tibi talem pelicem induceret: nonne cælum terris misceres: & mare cælo? ¶ Adduxit: intulit ne in domũ pellicem? ¶ Domi est: hæc ꝑ interrogationẽ legenda. ¶ Domi. tanq̃ irrideat pystratam: q̃ petat: nũquid hæc sit domi: cui nuptiale cõuiuium paratũ sit. ¶ Mea: ꝑ apposiopesin: hoc est syra: quæ interuentu suo disturbauit seniles uoluptates. ¶ Alieno tpe. senili. s. quod obliuiosuz eẽ uenerioꝝ debet: & castimoniarum appetẽs: Nam ut tempus anni aliaz ętatẽ: aliud scm̃ conuenit. Quid detestabilius ẽ senibus iis: in quoꝝ aĩo uoluptas: & uenus calet: friget in corpe? ¶ Non essez miserior: non excruciarer in deteriorem modum: ob accerbitatem. s. patris: quam in unicum filiũ exercet: subducta clam pasicompsa. ¶ Leuia: per admirationem. Immo ait Dorippa omniuz grauiorum grauissima sunt uxori superducere pellicem. ¶ Prioribus peiora. Immo meus sůpaddit peioribus iniuriis peiora facta. Ita quæ patior peiorum pessima sunt: & malis omnibus ulteriora. ¶ Qui pericula. Tu sinisteritates tuas mihi explica: ego tibi meas denarrabo: ut una ab alterius calamitate prouideat: ne in periculum incurrat. Fœlix enim quicunq; ex alterius periculo sit prudẽs: Tibullus decorissimus poetarum melicorum usus est hoc adagio. Fœlix quicunq; dolore: alteri⁹ discet posse carerẽ suo. ¶ Rhodum: ut in ciuitate littorali: & mercimoniis obuia rei & honori operaz nauaret. Rhodos ciuitas appellata: qd i fũdamẽtis iaciũdis iuẽta sit rosa. ῥόδος. n. rosa dr̃. Ind ῥοδοδάκτυλος aurora uocitata. qd roseos digitos habeat: & pudoris color a latinis nuncupatur. Ob fertilitatem insulæ poetæ rumigerant auro rhodon impluisse. ¶ Resciscẽs: recognoscẽs in delicias suas adduci. ¶ Produxit porro: & longule uexit. In rudente non aduexi: sed prouexi. Prouehere significat longule ducere. Auehere in diuersas regiones abducere. Cui data est per interrogationem lege. Iam recognoscit Dorippa: non hanc tanq̃ pellicez superductã. ¶ Quid filius. tuus: scilicet charinus tumultuatur: q̃ patienter insanit: ¶ Autumat. proclamat: profitetur. ¶ In portu res est. res ipsa ad securitatem redacta est. In portu nauigas prouerbialiter dicitur in eos: qui alieno periculo ad securitatem reddacti sunt: in quam sententiam crediderim tibullum id protulisse. Vtere queso: dum licet in liquida nat tibi linter aqua: per liquidam aquã portum describit: in quo nullo fluctu quatiente portuz liquida: & imperturbata sistit aqua: & securus a maritimis turbinidus qescit. ¶ Mansuꝝ credito. si pasicõpsa reperta sit: qm̃ illius anima uiuit filius: crede mansuꝝ in ciuitate charinũ. Alioq in exilium uolũtarium destinat̃. ¶ Restituisti filium: cuius aĩa in alieno pectore sita est. Iuxta illud. Viuam si uiuet. si cadet illa cadã. ¶ Demipho. Lysimachus ꝑtesus iniuriarum: quas multiplices dorippa in illum obiecerat: pertesus amationis Demiphonis: ut pote: q̃ satis alieno tempore uenerat: illum didascalice coarguit: & taxat: quippe cum misso facto honore: & officiis senilibus in amorem coruptela omni refertissimũ: & in uoluptatem maloꝝ omnium officinã ingurgitauerit ingeniũ: nam authore menandro. Senex amator extrema mala fortuna: qbus monitoriis uerbis mentẽ recolligens: demipho amoris ustrinas abiurat: & uredini amatorię renũciat. ¶ Senectuti gr̃am: nullũ respectũ senectuti hñs meretricaris: & ueneriis idulgẽs: cũ senect⁹ his uacare dẽat. ¶ Nõ abstulit mõ: scribẽdũ: nõ abstulit modũ. nedũ inqt uoluptas tibi abstulit mẽsurã: sz mãcipiũ fecit iniqssimi amoris. Mod⁹ modestia uocitat̃. Propertius. Verus amor nullũ nouit hẽre moduz. ¶ Oculoꝝ ꝑstrinxit aciem.

Rhodos uñ dicta.

Aq̃ ꝑ por// sit.

Modus qd sit.

Pares ætate habemus uiros, nulli colloquor lubentius.
Solicitor merito quidem, quid tibi animi esse nunc possiet
Si amicã hac ætate ante oculos tuus adduxerit Demipho?
Pe. Adduceret? Do. factum. Pe. domi ẽ? Do. domi, imo coquos
Conducti, parabatur conuiuium, ni meus disturbasset aduentus omnia.
Senem miserum Venus, & Cupido alieno satis uexant tpe.
Pe. Sed ista leuia sunt Dorippa, utinam non ego essem miserior.
Do. Leuia? Pe. leuia quidẽ. Do. quæ peiora tibi tu⁹ faceret?
Pe. Imo peioribus peiora. Do. quæ istæc sunt? quæso loqre,
Vt tu mihi, ego tibi, quæ facto opus sunt, demus consiliũ.
Vetus id dictũ est, feliciter is sapit, ꝑ periculo alieno sapit.
Pe. Vnicus mihi Dorippa est gnatus scis. Do. scio. Pe. hunc pater
Olim a se extrusit Rhodũ. Do. quãte? Pe. quoniã amaret.
do. Ob id ipsum? Pe. id quidem nunc quoq; quom ancillam domum
Adduxisset, hãc resciscens pater produxit, uenalẽ præbuit.
do. Atat noui, uerum dixerat filius, ego mariti amicam putabam mei,
Quoi data est? Pe. seni quoidã in hac amico uicinia.
Credo hic alium, præter tuum, amicum habere neminem.
do. Ea quidem est, quid filius? Pe. urbem hanc se desertu rum autumat.
do. In portu res est, quid si inuenerit? Pe. mãsurum credito.
do. Præter spem saluæ sumus, ne dubita, apud mea est.
Pe. Apud te? ea erat opinor, de qua loqui te audiui modo.
do. Ea. Pe. o factum bene, merito te amo, restituisti filium.
Fac uideam. do eamus intro. Pe. eamus, Lycissa ades,
Acanthioni hæc nuncia, ego ad dorippam huc deuortam.

Lysimachus. Demipho.

Demipho sapientū illud dictū te audisse reor sæpius
Voluptas est malorū esca, quod ea non min⁹ hoïes
Quam hamo capiantur pisces. hæc cū fugiant senes
Tu tñ senectuti grām ñ hēas, qm̄ hæc tibi ñ abstulit
Modo. sed in amorem coniecit fortius quo te tuūq; cōsiliū
Atq; mentē perdit funditus, atq; oculoꝝ perstringit aciē.
Me quoq; in magnū coniecit malum. Nec quid faciā scio.
Lysimache deorum hoc arbitrium est non hominum
Tute hoc tecum si cogites, non æquū te facere arbitrabere,
Cum amico homini, tuiq; conscio. ita succenseas misere
Quasi tu nunquā quidquam adsimile huius facti feceris.

Syra anus.

Ecastor lege dura uiuont mulieres,
Multoq; iniquiore miseræ q̄ uiri.
Nam si uir scortum duxit clam uxorem suam,
Idsi resciuit uxor, impune est uiro.
Vxor uiro si clam domo egressa est foras,
Viro fit caussa, exigitur matrimonio
Vtinam lex esset eadem quæ uxori est, uiro.
Nā uxor cōtēta ē, q̄ bona ē, uno uiro.
Qui minus uir una uxore contentus siet?
Ecastor faxim, si itidem plectantur uiri,
Siquis clam uxorem duxerit scortum suam,
Vt illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent.
Plures uiri sint uidui, q̄ nunc mulieres.

QVINTVS ACTVS.

Charinus.

Limen superum inferumq; salue, simul autem uale.
Hunc hodie postremū extollo mea domo pria pe
Vsus, fruct⁹, uict⁹, cult⁹, iā mihi harunce ædiū [dē
Interemptust, interfectust, alienatust, occidi.
Dii penates meum parentum, familiæ lar pater.
Vobis mando parentum meum rem bene ut tutemini.
Ego mihi alios penateis deos persequar, alium larem.
Aliam urbem, aliam ciuitatem, ab atticis abhorreo.
Nam ubi mores deteriores increbrescunt in dies,
Vbiq; amici qui infideles sient, nequeas pernoscere.
Vbi quid eripiatur, animo tuo quod placet maxume,
Ibi quidem si regnum detur, non est cupita ciuitas.

Eutychus. Charinus.

Diuū atq; hoïum q̄ spectatrix, atq; hera eadē ex hoï
Spe; spatā quo; hāc obtulisti mihi, grates ago. (b⁹
Ecquis nam deust, qui mea nunc læt⁹ letitia fiat?
Domi erat, quod quæritabam, sex sodales repperi,
Vitam, amicitiam, ciuitatem, læticiam, ludum, iocum.
Forum inuenturus sim, ita pessumas pessundendi.
Iram, inimicitiam, lachrumas, merorem, exiliū, inopiā.
Solitudinem, stultitiam, exitium, pertinaciam.
Date di quæso conueniundi mihi eius celerem copiam.
Apparatus sum, ut uidetis, abiicio superbiam,

aciē. radiis & icentiuis uoluptatis obuer berat. hebetat: adlatrat: & caligiat: & rēū dicat: & oculoꝝ aciē. Perstringere signat leuit ferire: uñ pstigię & præstigiatores appellati: q̄ oculos quodammodo fe, rire uideantur ne uideant rem: ut ea est: qm̄ ex authoritate Augustini. Pręstigia tores oculos capiūt: uti rē maiorē uideāt: hic illud exēplū galli trabeculā trabētis: quę eēt palea: si spectatoribus trabs enor missima uidebat. ¶ Aciē acumē: & uim cernēdi. ¶ Me quoq;. loqt Demipho uer bis & obiurgatiōe lysimachi demulus ac cusans uenerē: & appetētiā suā: quæ seni li ætate in uoluptatis uolutabro uolutet.

VALLA.

Ecastor lege dura. syra secū q̄ri tur mulieꝝ cōditōes miseras. ¶ Exigit mrīmonio. eiicit ma trimonio fitq; repudiū. ¶ Plu res sint uiri uidui: priuati coniugibus: q̄ nunc mulieres.

SARACENVS

Limē supeꝝ. Inducit charin⁹ fe cedens a patria ciuitate: q oēm animum iā desponderat: limi na portaꝝ ciuitatis alloqt: tan q̄ ñ āplius ciuitatē reuisurus.

VALLA.

Limē supeꝝ: iferūq;. Charinus domō exire cōstituēs: & exiliū; sibi deligēs ultroneū: tanq̄ abi turus oia psalutat. ¶ Limen su peꝝ: iferūq;. Ianuā ingredien tib⁹ tam qd iminet capiti: q̄ qd pedibus cōculcat: limen appellat. qa nobis occur rit in trāsuersū. non p rectā lineam: atq; e regione: nā limis trāsuersus dr̄. ¶ Dii pe nates: qbus penitus uiuim⁹ inqt Macro. hi nāq; q̄ttuor sunt: elemēta qbus oia cō po ita cōstant corpa. ¶ Mando meū pen tum. p meoꝝ. de hac sincopa supra abū de locuti sumus. ¶ Ab atticis abhorreo. In attica āplius nō cōmorabor. ¶ Vbi qd eripiāt aio tuo qd placet maxie. In q̄ in qt attica sunt hoïes: q eripiāt: qd tibi ma gnope placeat. ¶ Non ē cupita ciuitas. nō ē quod quisquā cupere debeat: ibi regnu; habere: ubi sint iniqui homines.

Dii penates q dicāt

VALLA.

Diuū: atq; hoïum. Eutich⁹ cōmo ne fctūs ab ancilla syra: puellā; sodal domi reppit: quā defes sus erat p urbē oēm q̄rere: it er go letabūdūs: ut chario amicā a se iuentā nunciet. ¶ Inimicitiā. Notand⁹ est locus: nā inimicitias tm̄ i plurari pho cas atq; diomedes dici uoluerūt: cum Ci ce. & pleriq; alii aliter usi sint.

Inimicitiæ in pl'ali tm̄

VALLA.

Diuū: atq; hoiu;. Eutych⁹ cha rinū consolat abire pperante; sua orone remorat q̄ se dicat: ubi sit comperisse mulierem. ¶ Quę spectatrix: atq; hera fortunā d̄ cit: qua; hoies reꝝ dn̄am esse aiūt. ¶ Grates ago. poetice dctm̄ nam in soluta orone gratias magis usurpamus. ¶ Ita pessumas pessum dedi: pedibus cō culcaui: quę mox indicantur.

SARA CENVS.

CALAtor. Dicuntur calatores serui a potu καλεῖν quod est uocare: qa sp uocati possunt ob necessitatẽ seruitutis. Vlla annis. Recentiores in genere masculino protulerunt. Dius: i de iterdius Aduerbialr positũ. Diales: Iouiales. Cape uorsoriã. translatio a nautis sũpta: q uella uertũt: p ut flat uẽtus. Fauoni⁹. dictus: q fauet at a græcis zephyrus uẽtus est ab occidentẽ æqnoctiali. Auster. Ab austeritate: q ab eadẽ parte cœli meridionali noxios flatus cõcitet a græcis notus: ut plurimũ pluuiosus: & procellosus. Religionem illi obicit: Lego ille obiicit. & loqtur charinus: nã eutych⁹ cum illũ redeuntẽ conspexisset dixit: sapis o charine. Quẽ eo uideam facis: Lege q: non quẽ. Vt oblitus: Hũc uerbũ integrũ fecimus: cũ prius legeret: ut ob: & sensũ iuuat: sic illud quoq pauloañ omissum: qđ miser est: qđ miserç est. Adduxit uos. Pro duxit ad uos. Itiner. Sic ueteres: nos iter. Sonã sustuli. Locũ indico: non corrigo: nam oĩno menda ẽ. Tollo ampullã: Nunc incipit ueluti amẽs deliramenta loq: ampula uas erat olearius: & unguentis dicatũ ad balnearç usus: postmodũ in usum bibẽdi receptus: id qđ distico notat Martialis: Hac licet ĩ gẽma: q seruat noia cosmi: Luxuriose bibas si foliata sitis: de ampula. n. illo meminit disticho: q ex luxuria: potoria dicta est: cũ prius tantum esset ad usũ unguentorum adinuenta. Calchas. Qui uates fuit græcoç maxius: dicit ergo illum diuinasse: nã athenis puella erat: ubi hæc fieri uidebantur. Clementer q̃so calces deteras. Quia nimis propere incedebat: & calcẽ calce terebat.

Ampulla qd sit.

VALLA. Calatores q dicãtur.

CALAtor. calatores. n. dñr apparitores: qui pſto adsunt: ut euocatũ quẽ q̃ mittãt: calo. n. uoco signat. Agasso: qui asinũ agit: sicut eqso: q equus: & mulio: q mulum. Quo nã illũ curram qritantũ: ordo est: cogito: quo nã curram qritatũ illum: subaudi charinum qrere: illam subaudi pasicõpsã. Neq mihi ulla obsistat ãnis. Docet Priscian⁹ de incertis gñibus: ueteres tã fœminino q̃ masculino gñe amnẽ ptulisse. est autem amnis: ut inqt Varro ab ambitu dictus: ubi fluminis multi anfractus. Imbrem ppetiar. pluuia sensim cadẽs a græcis ombros. a nris imber repente: ac cũ tumultu ueniens nimbus Ab imbre ibrices canales: & tegulis: & opus ibricatũ. Plin. uocat canaliculatũ. Et inde imbricium uas. Martia. Quod tibi crura adsint simulentq cornua lunç. Imbricio poteras phœbe lauare pedes. ita a nimbo nimbosus: ut nimbosus orion. Neq diu: aduerbium

Egomet mihi comes clauator, equos, agaso, armiger.
Egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi obedio.
Egomet mihi fero quod usust, Cupido quantus es?
Nam quemuis confidentem facile tuis factis facis.
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.
Cogito quo nam illum curram quæritatum. Ch. certa est res.
Mensq mihi illam quærere, quoquo hinc abducta est gentiũ,
Neq mihi ulla obsistat amnis, neq modos, neq adeo mare.
Nec calorem, nec frigus metuo, neq mentum, neq grandinẽ.
Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim.
Non concedam, neq quiescam usq̃ noctu, neq dius,
Prius profecto q̃ aut amicam, aut mortem inuestigauero.
eu. Nescio quoia uox ad aurem mihi aduolauit. Ch. inuoco
Vos diales ut me bene tutetis lares. eu. o iuppiter.
Est ne illic Charinus? Ch. o ciues bene ualete. eu. illico
Sta Charine. Ch. qui me reuocat? eu. spes, salus, uictoria.
Ch. Quid me uoltis? eu. ire tecũ. Ch. aliũ comitẽ uob quærite.
Non amittunt hi me comites, qui tenent. eu. qui sunt ii?
Ch. Cura, miseria, ægritudo, lachrumæ, lamentatio.
eu. Repudia istos comites, atq huc respice, & reuortere.
Ch. Siquidem mecum fabulari uis, subsequere. eu. sta illico.
Ch. Malefacis, properantem qui me cõmorare, solabit,
eu. Si huc itẽ properes, ut istuc properas, facias rectius.
Hic uentus nunc secundus est, cape modo uorsoriam.
Hic fauonius serenus est, hic auster imbricus.
Hic facit tranquillitatem, iste omnis fluctus conciet.
Respice huc ad dextram Charine, non ne ex aduorso uides?
Nubis atra iberq instat, aspice nunc ad sinistrã huc, atq uides
Cœlum ut splendore est plenum, non ne ex aduorso uides?
Ch. Relligionem ille obiecit, recipiam me illuc. eu. sapis
O charine contra pariter fer gradum, & confer pedem,
Porrige brachium, præhende, iam tenes? Ch. teneo. eu. tene.
Quo nũc ibas? Ch. exulatũ. eu. qd ibi facerẽ uis? Ch. qđ miser.
eu. Ne paue, restituã iam ego te in gaudiũ utiq, ut sis maxũe.
Quod uis audire, id audi, quod gaudeas, sta illico, amicus
Aduenio, multũ beneuolẽs, tuam amicã. Ch. quid eã? eu. ubi
Sit ego scio. Ch. tum eam, tum obsecro? eu sanam & saluam,
Ch. Sed ubi eã sanã & saluã? eu. ego scio. ch. ego me mauelim.
Eu. potin ut animo sis trãquillo? Ch. quid si animus fluctuat?
Eu. ego istum in transquieto tuto sistam, ne time.
Ch. Obsecro te loquere ubi sit ubi eam uideris, quid taces?
Dic, enicas me miserum tua reticentia. eu. non longe
Hinc abest a nobis. Ch. quin ergo cõmonstras, si tu uides.
Eu. Nõ uideo hercle nũc, modo uidi. Ch. qn ego uideã, facis?
Eu. Faciã. Ch. Lõginquom amãti istuc. Eu. etiam emutis? oia
Commonstrabo, amicior mihi nullus uiuit, atq is est,
Qui illã habet, neq est quoi magis me uelle meli⁹ æquom fiet.
Ch. Non curã de isto ullam qro. Eu. de illa ergo ego dico tibi.
Sane hoc non in mentem uenit, dudum ut urbem obambulo.
Ch. Dic igit ubi illa est? eu. in nostris ædibus. Ch. ædeis pbas,

Si tu uera dicis,& pulchre ædificatas arbitror,
Sed qui ego istuc credam?uidistin?an tu audito nuncias?
Eu.Egomet uidi.Ch.qs eam adduxit ad uos?eu.iniq; rogas.
Ch.Vera dicis.eu.nihil charine te quidẽ quicq̃ pudet.
Quid tua refert,qui cum istac uenerit,dum istuc?ch.sic est
Profecto,opta ergo ob istunc nuntium,quid uis tibi.
Eu.Quid si optabo?ch.deos orabo,eius ut faciant copiam.
Eu.Derides?ch.seruata res est demum,si illam uidero.
Sed quin ornatum hunc reiicio,heus aliquis actutũ huc foras
Exite,illinc pallium mihi huc ferte.eu.hem nunc mihi places.
Ch.Optume aduẽiẽs puere cape chlamydẽ,atq; hic sine illico
Vt si hæc non sint uera,ĩcœptũ hoc itiner perficere exequar.
Eu.Non mihi credis?Ch.oĩa eqdem credo,quæ dicis mihi.
Sed quin introducis me ad eã,ut uideã?eu.paulisper mane.
Ch.Quid manebo?eu.tẽpus nõ est nunc ĩtroeũdi.ch.enicas.
Eu.Non opus est inq̃ nunc intro te ire.ch.responde mihi
Qua cã?eu.opæ non est.ch.cur?eu.q̃a nõ est illi cõmodum.
Ch.Ita ne cõmodũ illi nõ ẽ,quæ me amat,quã ego cõtra amo?
Omnibus hic ludificatur me dolis,ego stultior
Qui isti credam,commoratur,chlamydem sumam denuo.
Eu.Mane parumper,atq; hoc audi.ch.cape puer hoc pallium.
Eu.Mater irata est patri uehementer,quia scortum sibi
Ob oculos adduxerit in ædeis,dum ruri ipsa abest.
Suspicatur illam amicam esse illi.ch.Zonam sustuli.
Eu.eã nũc rẽ exquirit intus.ch.iam machærast in manu.
Eu.Nam si te eo ĩtroducam.ch.tollo ampulam atq; hinc eo.
Eu.Mane,mane charine.ch.erras,me decipere haud potes.
Eu.Neq;uolo ædepol.ch.qn tu ergo itiner meũ exeq me sinis?
Eu.Non sino.ch.ego me moror,tu puer abi hinc intro ocyus.
Iam in currũ conscendi,iam lora in manus cæpi meas.
Eu.Sanus non es.ch.qn pedes uos in curriculum coniicitis?
In cyprum recta,quando qdem pater mihi exilium parat.
Eu.Stultus es,noli istuc quæso dicere.ch.certũ est exequi,
Operam ut sũmam ad puestigãdũ ubi sit illæc.eu.qn.domist.
Ch.Nam id qđ dixit,id mentitust.eu.uera dico eqdem tibi.
Ch.Iam cyprũ ueni.eu.qn sequere,ut illã uideas,quã expetis.
Ch.Percontatus non inueni.eu.matris iam iram neglego.
Ch.Porro proficiscor quæsitum,nunc perueni Calcidem.
Video hospitem Zacyntho,dico quid eo aduenerim.
Rogito quis eam uexerit,quis habeat,si ibi inaudiuerit.
Eu.Quin tu istas omittis nugas,ac mecum huc ĩtro ambulas.
Ch.Hospes respondit Zacyntho ficos fieri non malas.
Eu.Nihil mentitus est.ch.sed de amica se inaudiisse autumat
Hic Athenis esse.eu.chalcas iste quidem Zacynthiust.
Ch.nauim conscendo,proficiscor illico,iam sum domi.
Iam redii exilio,salue mihi sodalis eutyche
Vt ualuisti?quid parentes mei?ualent?tibi gratia est,
Bene uocas,benigne dicis,cras apud te cœnauero.
Nunc domi sic decet,sic fieri oportet.eu.io quæ insomnia.
Hic homo non sanus est.ch.medicari amicus quin properas?

Aduerbium sicut noctu a nocte ita a die diu:unde & iterdiu.¶ Vos diales: ut me bene tutetis dies. Diales iouiales quoniam genitiuus græcus est dios.i. iouis:unde & flamen dialis:idest sacer dos iouis.Lares diales iuocat:quia io uis benigna stella est. tutetis. quia tam tuto tutas:quam tutor tutaris dixerũt ueteres.¶ Iuppiter.exclamãtis uox est pariterq; admirantis:ipsum nãq; eu tycus quærebat:cui occurrit in speraz to.¶ Qui me reuocat.relatiquum pro interrogatiuo:qui pro quis.At quis p̄ qui nunq̃:ut Priscianus asserit.¶ Re pudia istos comites.reiice. translatiõe sumpta a matrimõio.¶ Fabulari uis. fabulamenta & quæ ad me nihil atti neant:loqui uis.¶ Istuc p̄peras:si hoc quod ergo dicã:properanter facias. ¶ Secundus uentus. Ad nauigandum propitius.¶ Cape modo uorsoriam. Conuerte te aliorsum.¶ Serenus fauo nius est.zephyrus a gręcis appellatus: qui serenus bonus.¶ Hic auster imbri cus imbrem afferens.non enim semper eiusmodi natura est:ubi serenum ad ducat.¶ Hic facit tranquilitatem. hic pacat mare.¶ Iste omnis fluctus conci et:ab imo mare subuertit.¶ Sapis: in quit eutychus sapere mihi uidere cũ hoc dicis.¶ Confer pedem. propius accedito.¶ Ego me mauelim:subaudi scire.¶ Tuto sistam.Animum inquit tutum:quem ais fluctuare: ego obfir mabo tuum.¶ Emutis omnia:ad om nia cõsilescis.¶ Neq; est:cui magis me uelle æquum siet.Non est inquit alius: qui amore mihi carior sit:q̃ is:qui ha bet tuam amicam nempe pater.¶ Du dum:ut obiecisti:idest memorasti nem pe te scire:ubi esset.id ego notissimum scire desidero.¶ Qui tua refert.quid tua interest.¶ Quid cum istæ uenerit subaudi memorare: cum quo uenerit ista:declinabant enim ueteres istic istęc istuc.quod nunc iste ista istud.¶ Sed quin. Cur non.¶ Ornatum hunc rei icio.qui subaudi est peregrinantis. ¶ Hoc itiner. Ita ueteres a quo iuxta analogiã genitiuus itineris.¶ Operi non est.Expecta non est opus: uel tem pus introeundi.¶ Chlamydem sumã denuo:uestimentum peregrinantis mi hi accipiã.¶ Capesis.cape si uis.¶ So lam sustuli.Amoui sedile:idest funda mendum huius rei.nã ut Festus inqt. solæ sedilia:in quibus singuli tantum possunt sedere:ideoq; soliar sternẽ di cuntur:qui solisternium habent:& so laria uocantur babylonica:quibus ea dem sternuntur.¶ Tollo ampullam. Quod se habiturum mineretur etiam se ampullã accepturũ dicit.qua opus sit in itinere faciundo:quod uas quo niam uentre porrigitur: pro superbia

Diu & iter diu qd & unde

Solaria q̃ dicantur

Eu.Sequere ſis.Ch.ſequor.eu.clemēter quæſo,calces deteris.
Audin tu?Ch.iam dudum audiui.eu.pacem componi uolo
Meo patri cum matre,nam nunc eſt irata.Ch.i modo
Eu.Propter iſtãc.Ch.i mõ.eu.ergo cura.Ch.qn tu ergo i mõ.
Tam propiciam reddam,q̃ cum propicia eſt iuno ioui.

ponitur:tam apud græcos:ut Home. hyperphialos uocat:q̃ apud latinos. Horatius.Proiicit ampullas:& ſeſquipedalia uerba.& inde uerbum ampullor.Idē & ampulatur in arte. ⁋In curriculum coniicitis.in paruulu3 conſcēditis curru3.⁋Exequiſt.exequi eſt certum:hæc facere conſtitui. ⁋Operam ut ſummam:ut laborem mihi capia3.⁋Quid eo aduenerim. Cur in zacynthum inſulã me contulerim. ⁋Inaudiſſe:non audiſſe.⁋Calchas iſte: ideſt diuinator:ut calchas uates fuit.⁋Dorippa mater. ſubaudi ualuit. ⁋Sic decet ſic fieri oportet.Ita expedit inquit facere.⁋Clæmenter quæſo:ideſt pedetentim: & placide. ⁋Calces deteris: pedes atteris.Calx teſtimonio ueterum:ſiue cemētum ſignificet:ſiue pedis partem extremam:fœminini generis eſt:nõ ut nonnulli barbari grãmatici iuniores diſtinxerūt. Ab eo quod eſt calx:& exuſtis lapidibus fit calcarius:unde & fornax calcaria apud columellã. Calx uero pro extrema pedis parte a calcãdo:unde calcaneum: & calcar:& calceus:q e corio fit animantis.q̃q̃ ut Feſt.tradit:nefas ueteres putauerunt mortuæ pecudis corio calceos:aut ſoleas fieri flaminicis:ſed aut occiſæ:aut immolatæ: quoniam ſua morte extincta omnia funeſta ſunt.

Calx qd ſit

VGOLETVS ET GRAPA.

⁋AMNIS generis maſculini eſt:ut ſcribit Nonius Marcellus de indiſcretis generibus citans hunc locum. Virgilius libro primo georgi. Altum funda iam uerberat amnem. Actius in epigono. Apud abundantem antiq̃ amnem & rapidam undas.M.Varro periplu.libro primo. In hac ciuitate agros colunt arenoſos præter hos fluit amnis: quam olim Albulam dicunt uocitatam. Alia exempla omiſi:quia adeo deprauata erant:ut nihil inde poſſet elici:quod ad rem faceret. ⁋Quidem ex codi.antiqs addendum fuit.⁋Ficus zacyntho fieri non malas.⁋Mei?ualent?tibi gratia eſt:Si coniecturæ locus eſt ex litterarum ſimilitudine:& cohærentiã:atq̨ ex ſententiæ concinnitate:& metri ratione ita ſcribi debet:non metuat mater dati bene:neq̨ quid tua mater ſatin bñ:ut corrigit Pius:cõtra ē uerſus cõſiſtētiã.

SARACENVS

QVaſi tu nunc. Cõuenerat lyſimachus Demiphone3: narrauerat:quo pacto redargutus inſons fuerit ab uxore cã demiphonis:qui non eſſe uitio dandum inquit:q ſenex ſcortaret:: quod plærīq̨ alii fecere.⁋In fermento iacet:Intumeſcit iracundia:quæ ita ſolet feruer:& intumeſcere:ut fermētū feruet.⁋Expurgationē.Excuſationē.

QVaſi tu nūq̃ quicq̃ ad ſimile.Coargutus: & obiurgatus a lyſimacho demipho ob importunum amorem reſpondet:hoc me iacis:quaſi nunq̃ tu ad hunc modu3 deliqueris.⁋Propter illam:ſubaudi amicam tuam.⁋Tota in fermento iacet: ideſt indignatione: & ſtomacho.nam ſicut fermentū maſſam corrumpit frumentaceam:aut ſaltem turgere compellit:ita & mente3 indignatio:unde & pro indignatione ponitur.Iuue. Accipe & illud fermentu3 tibi habe.

VALLA

IAm credo.Paccata: & tranquilla omnia hęc ſcæna facit & finem comœdię:interuentu ſuo eutychus matri conciliat patrem:& filiu3 patri: ſuiq̨ facit ſodalem amatæ puellæ compotem.⁋Cæcus.Vt non uidear a patre: & quaſi inſidioſus:& in occulto latens uel cæcum lege:ſcilicet patrem: ideſt improuidum:in qua ſignificatione ueteres uſi ſunt:docent Nonio.⁋Cum porcis cum fiſcinas:Senſum hunc alioqn ſuboſcurum ſic placet interpretari:diſpoſito prius uerborum ordine:iam obſecro habere uobis ſubaudias rem cu3 porcis: cum fuſcina:adoleſcentes eni3 rei iſti agēdę magis ſolent operam dare:Reſponſio qppe eſt ad eã:quæ obiecerat

Eutychus.Demipho.Lyſimachus. Charinus.

AD patrem ibo,ut matris iram ſibi eſſe ſedatam ſciat.
De.Iã credo,placet pricipiū,qd agis,qd fit eutyche?
Eu.Optuma opportūitate ãbo ãt uēiſtis.Ly.qd rei ē
Eu.Vxor tibi placida & placataſt.date dextras nunc iam.
Ly.Dii me ſeruant.eu.tibi amicam nullam eſſe nuncio.
De.Di te pdãt.Ly.qd negocii eſt nã q̃ſo iſtuc?eu.eloquar
Animum aduortite igit̄ ambo.Ly.qn tibi ambo operã dom'.
Eu.Qui bono ſunt genere nati,præditi ingenio malo
Suapte culpa ex genere capiunt genus,ingeniū improbant.
De.Verū hic dicit.Ly.tibi ergo dicit.eu.eo illđ ueꝛ ē magis.
Nam te iſtac ætate haud æquom fuerat filio tuo
Adoleſcenti amanti amicã emptam argento eripere ſuo.
De.Quid tu ais?an charini amicaſt illi?eu.ut diſſimlãt malus,
De.Ille qdē illam ſeſe ancillam matri emiſſe dixerat.
Eu.propterea igitur tu mercatus nouos amator,uetus
Puer.Ch.optume hercle,perge,ego aſſiſtam hinc altrinſecus.
Quibus eſt dictis dignus uſq̨ oneremus ambo.de.nullus ſum.
Eu.Filio ſuo qui innocenti fecit tantam iniuriam,
Quem qdē hercle hodie ego,in exiliū cū iret,reduxi domū.
Nam ibat exulatum.de.an is abiit?eu.ēt loquere larua?
Temperare iſtac ætate iſtis decebat te artibus.
De.Fateor nunc,deliqui profecto.eu.etiam loquere larua?
Vacuum eſſe iſtac ætate his re decebat noxiis.
Itidē ut tempus anni,ætatem aliam aliud factum conuenit.
Nam ſi iſtuc ius eſt ſenecta ætate ſcortari ſenes,
Vbi loci res ſumma noſtra publica?de.hei perii miſer.
Adoleſcentes rei agendæ iſti magis dare operam ſolent.
Iam obſecro hercle uobis habete cum porcis,cum fiſcina,
Eu. Redde filio,ſi habeas,iã uolt.de.per me ſibi habeat licet
Semper ædepol.eu.quoniam ut aliter facias non eſt copiæ.
De.Supplicii ſumat quid uolt ipſe ob hanc iniuriam.

Modo pacem faciatis,oro ut ne mihi iratus siet.
Si hercle sciuissem,siue adeo ioculo dixisset mihi,
Se illã amare,nunq̃ facerẽ,ut illã amanti abducerem,
Ly.eutyche te oro sodalis eius es,serua,& subueni
Hunc senem,para me clientem,memorẽ dices beneficii.
Eu.Ora ignoscat delictis tuis,atq; adolescentiæ.
Ch.Pergin tu aũt,eia supbe inuehere,spero ego mihi quoq;
Tempus tale aeuentu;,ut tibi gratiam referam parem.
De.Missas iã ego istas arteis feci,& q̃dẽ ego d̃hic ia.eu. nihil.
Consuetudine animus rursus te huc inducet.de.obsecro
Satis ut iam habeatis,quin loris cedite etiam,si lubet.
Eu.Recte dicis,istuc sed uxor faciet,cum hoc resciuerit.
De.Nihil opust resciscat.eu.quid istuc?nõ resciscet,ne time.
Eamus intro,non utibile hic locus factis tuis.
Dũ memoramus,arbitri ut sint,qui p̃tereant per uias.
De.Hercle quin tu recte dicis,eadem breuior fabula
Erit,eamus.Ly.hic est intus filius apud nos tuus.
De.Optume est,illac per hortũ nos domũ transibimus
Ly.eutyche hãc uolo prius rẽ agi,q̃ meũ itro refero pedem.
Eu.Quid istuc est.Ly.suã q̃sq; hõ rem meminit,responde.
Mihi certon scis,non succensere tuã matrem?eu.scio.
Ly.Vide.eu.me uide.Ly.satis habeo,id q̃so hercle ẽt uide.
Eu.Non mihi credis?Ly.imo credo,sed tamen metuo miser.
Ch.eamus intro.eu.imo dicamus senibus leges.Ch.censeo.
Prius habeamus quas leges teneant,contentiq; sint
Eu.Annos natus sexaginta qui erit,si quem scibimus.
Seu maritum,siue hercle adeo celibem scortarier,
Cum eo nos hic lege agemus,inscitum arbitrabimur
Et per nos quidem hercle egebit,qui suum prodegerit.
Neu quisq̃ posthac prohibeto adolescentem filium,
Quin amet,& scortum ducat,quod bono fiat modo.
Si prohibuerit,plus perdet clam,q̃ si non prohibuerit.
Hæc adeo ut ex hac nocte primum lex teneat senes.
Bene ualete,atq; adolescentes,hæc si uobis lex placet,
Ob senum hercle iudustriam,uos,æquom est,clare plaudite.

cerat eutychus:non decere senes ætate senecta scortari:sed magis rebus publicis operam dare.Demipho autem inquit:iuuenes magis intentos esse solere uenatiõibus:& piscationibus:id quod duobus tm̃ uerbis expressit:cũ porcis: cum fuscina:per porcos uenationem: per fuscinam piscationem intelligens: est enim fuscina telum trisulcum piscatorium:alias neptunni tridens:& ideo fuscina:non fiscina legendum erit:na; fiscina pro uasa ponitur a Columella.

Fuscina q̃d sit

¶ Eutyche te oro.Hallucinantur: qui hunc sermonem dant charino: est sermo uel lysimachi:uel Demiphonis potius ex uerbis sequentibus. ¶ Missas iã ego istas artifici:Lego missas iam ergo istas facito:nihil eñi aliunde sumo mutuũ;.Sed litteras errantes in suas redigo dictiones:& sensus perspicuus redditur:nam patri uidebatur indecoru; filium orare:ut ignosceret:est enim responsio ad illud ora: ut ignoscat delictis tuis.¶ Et quidem ego de hinc ia;. Subaudiendum aliquid est.quod sensum iuuet:uel uidelicet:nihil amplius contra filium attentabo:uel neq; puellam persequar:uel quippiã aliud huiusmodi id:quod ex sequẽtibus uerbis clarum fit.¶ Nihil consuetudine.Loq̃tur eutychus non charinus:qui ex occulto tantum loquitur:& non præsente neq; audiente patre:nam paulo inferius lysimachus erga ipsum demiphonem inq̃t:hic est intus filius apud nos tuus maximus hic nobis labor fuit deuios interlocutores in suum ordinẽ reuocare:ut non confusaneum:& omnino diuulsum:sed uerum:& proprium redderent intellectum.

VALLA.

Iam credo placet principiu; a lysimacho increpitus:& inclamatus: demipho pater factis eius amoribus missa; facit mulierem:& eutychi:lysimachiq; uerbis filio charino ɔcedit. ¶ Certe dextrum nuntium:subaudi attulisti.¶ Ex genere capiũt genus: idest ex malo genere suo:quia malum consectantur:fallunt genus suum.¶ Ingenuum improbant: idest nobile genus uituperant: Aut capiunt genus subaudi malum: ut improbent bonum. ¶ Vetus puer. uetus ætate. puer moribus. ¶ Ego assistam hinc altrinsecus:idest ex altera parte aduersus.¶ Ibat exulatum.archaismos:idest exulabat. ¶ Etiã loquere larua:audes loqui quasi larua:ut enim Apuleius inquit:& in libro de ciuitate dei diuus meminit Augustinus fuerunt olim:qui opinarentur animas hominum e corpore exeuntes fieri dæmonas.si bonorum fuissent meritorum lares dici.sin fuisset incertum manes:quod si mali fuissent meriti laruas:aut lemures.putat autem lemures dici Ouidius mutata littera r in l a remo enim remures inde lemures.¶ Vt tempus anni ætate; aliam:hoc est ut anni tempus uarium est:ita uaria facere conuenit:alia siquidem facta uernum tempus desiderat.alia ęstiuum:alia autumnale:alia ibernum.Ita & ætas.¶ Habete cum porcis cum fiscina:hoc prouerbialiter dictum ut in omni humili genere dicẽdi.nam in uilaticis pastionibus:aut pecoris: carnis usum tantum spectamus:ut porcorum quemadmodum inquit Varro: & Iuue. Animal propter conuiuia natum. Aut cum his alia quoq;:na; ex ouillo caprino:& bubulo lac quoq; sumimus:quod concretum in fiscinis componitur.perinde ergo dictum est cum porcis:cum fiscina:ac si diceret cum rebus omnibus.¶ Redde filio.subaudi amicam.¶ Ora ut ne mihi iratus.p̃care:ne mihi succenseat.¶ Hunc senem:cum demipho hoc dicit:se commostrat digito.¶ Loris cædite.scuticis contundite: me.¶ Arbitri ut sint: qui tua facta intelligant:qui hac:illacq; iter habeant.¶ Me uide.cum hoc dicit:bene sperandi signum dedit.¶ Inscitũ: rerum imperitum.¶ Suum p̃digerit.suam prodigus re; dilapidarit:profligaritq;.¶ Quod bono fiet modo:ne cuiquam faciat iniuriam.¶ Ex hac nocte primum ut hæc nox proxime futura sit legis principium:qua lege in posterũ

Opinio antiquoꝝ de anima

teneantur. ¶ Ob senum hercle industriam: propter eam industriam: qua senes in uos utuntur.

VGOLETVS ET GRAPA.

DAVE dextras ratione metri & non cedite: ut insulse legit Pius. ¶ Altrinsecus scribendum est. metri necessitate & ex ueteribus codicibus. & cognitate sententiæ: non alternis cæcus: ut indocte: atq; inscitissime scribit: & commentatus Pius: tanq̃ puer nullis litteris imbutus: idem & Sarracenus facit. ¶ Nam si istuc ius est metri necessitate: & sententiæ concinnitate: nõ iuuisset: ut Pius legit. ¶ Missas iam ego istas artis feci ex sniç cõcinnitate: & codicibus antiquis: si ex uaria eoꝝ scriptura uerã cape lectionẽ uelis: & nõ missas iã ergo istas facito ut indocte corrigit Sar. cõmẽtator.

SARACENVS

In Pseudoli Argumentum.

PAcisscitur cum lenone miles macedonius sibi phœnicium meretricem dari uiginti minis: quindecim illico dinumerat: quinq; debentur minæ: pro his reliquit symbolum: ut qui illas attulerit per eundẽ sibi mulierem destinet hanc deperibat callidorus adolescens: illa mittit amanti litteras. se uenditam asserens a lenone militi: quærit adolescens undecũq; pecuniam: ut amicam redimat: seruum pseudolum suum facit participem consilii: ei pollicetur seruus operam daturum: & lenonem falsurum: pater adolescẽtis scimo monitus filium uelle amicam redimere. Ballione lenonem præmonet: ut caueat a pseudolo: qui si se decipi sinat: ultro promittit simoni daturum uiginti minas: interim aduenit a milite missus calcula: pecunias reliquas affert: ut mulierem abducat: is dum lenonem quæritat: incidit in pseudolum: fingit pseudolus subbalionem syrum: abentemq; domo lenonem: Tradit ille symbolum: & litteras lenoni: quum uenerit: ut det: post paulum rediturus pecuniam: ut dinumeret: pseudolus: recepto symbolo: subornat sicophantam simiam: is ad lenonem tanq̃ missus a milite: quinq; minas affert: petitq; sibi puellam dari: facile credit leno inspiciens symbolum. Tradit recepta pecunia meretriculam: aduenit postremo uerus arpax cacula: petit a lenone mulierem tradi: leno ratus illum missum a pseudolo: eum deludit aliquãdiu: Tandem ut agnouit sibi os esse sublitũ: pactas tradit simoni uiginti minas: Callidorusq; sua potit amasia.

VALLA

Argumentum in Pseudolum.

CAllidorus adolescens phænicium adamabat meretricem: riualis erat miles macedonicus: qui abiens ballioni lenoni: cuius erat phæniciũ: reliquerat minas quindecim: & symbolum: ut qui symbolũ ferret cũ quinq; minis. ei ad se ducendam traderet phæniciũ. Mulier potiorem apud se callidorum. q̃ militem habebat macedonicum. Callidorum itaq; facit certiorem quid inter ballionem & militem conuenerit. Callidorus porro seruum pseudolum cõmonet: oratq;: ut illas uiginti minas inueniat: quibus liberare phęnicium possit. pollicetur pseudolus: se decepturum ballionem: abducturumq; mulierem. Simo callidori pater ballionẽ admonet. ut sibi a pseudolo seruo suo caueat: quod promiserit se a ballione abducturum mulierẽ per fallaciam. ballio promittit simoni: si id effecerit: se uiginti minas tarditurum. uenit ergo a milite arpax nomine nũtius: qui ad ballionem litteras perfert cum symbolo & minis quinque: quæ a milite reliquæ debebantur: ut phænicium abduceret pro foribus itaq; ballionis ut pseudolus constiterat militis seruum arpagem excipit: tanq̃ de ballionis familia aliqs: quid sibi uelit: percunctatur: cũq; pseudolus non esse domi ballionem dixisset: pseudolo litteras cum symbolo tradidit ballioni referendas: ipse uero arpax ait in diuersorium se rediturum: sessumq; ex itinere conquieturũ: quoad ballio domum redierit expectaturumq;: ut se euocet pseudolus. At pseudolus ballionis fallendi nactus: occasionẽ: charino adolescente adiutore simiam sicophantam subornat: quasi a macedonico milite aduenientem: perferentẽq; litteras cum symbolo: & minis quinq;: quas a charino acceperat: ut inde abduceret phænicium. consecutus quod uolebat challidoro phęnicium tradit. Harpax autem diu expectans: ut a ballionis seruo uocaretur: cum ad se non iri uidet: ipsemet ballionem addit: ut phænicium abducat. ratus ballio subornatum mittit aliquem a pseudolo: arpaga irridet primo. Dein re percepta: & sibi impositum a pseudolo intelligens: sese excruciat: simo uiginti minas: quas de cõpacto ballio debuerat: sibi dinumerari postulat. & perinde pseudolus apud simonem exultat lætitia.

Nominum etymologiæ.

VALLA.

PSeudolus mendax seruus: qa pseudos mendacium: & dulos seruus. ¶ Callidorus: qa calos pulchritudo dr. & dorõ donũ: quasi munus pulchritudinis. ¶ Ballio: qa ballo iacto: iactat. n. multa leno aduersum suas ancillas. Simo. ut ẽt diximus alias: a simi nasi proprietate. ¶ Calipho: quia calos: ut pulchritudo ita ẽt honestas dr. quę ai q̃dã pulchritudo est: & phos lumẽ: quoniã sermone honestatem præ se fert: uel ẽt quasi uir honestus: naʒ ut phos neutri generis circumflexuʒ lumẽ significat. Ita masculini generis acutum hominẽ notat. ¶ Arpax. ab harpazo rapio. qđ militum serui se rapere hostes in bello dicant. Idem quoq;. ¶ Cacula: qa cacos malus: omnes enim serui militum mali. ¶ Charinus: qa charizomæ gratificor significat: qđ fit callidoro gratificaturus. ¶ Simia. quoniam ut simia humanos imitatur gestus. ita & hic militis seruum qui idem: & sycophanta:

M. ACCII PLAVTI PSEVDOLVS.

PROLOGVS.

STudete hodie mihi, bona in scenam affero.
Nam bona bonis ferri reor æquom maxume,
Vt mala malis, ut qui mali, habeant mala.
Qui boni, bona, bonos quod oderint mali,
Sunt mali, malos quod oderint boni, bonos
Esse oportet, uosq; ideo estis bõi, quãdo qdẽ
Semper odistis malos, & lege, & legionibus
Hos fugitastis, qui rite successit bonis,
Huic uox nunc pariter bonam boni operam date gregi.
Qui bonus est, & hodie ad bonos affert bona.
Aures, oculi animus ampliter fient saturi.
In scenam qui ieiunus uenerit, aut sitiens,
Is risu & uentre raso uigilabit sedulo.
Dumq; ridebunt saturi, mordebunt famelici.
Nunc si sapitis cedite ieiuni, atq; discedite.
Vos state saturi, imo sedete, atq; attendite.

Non argumentum, neq; huius nomen fabulæ
Nunc proloquar ego, satis id faciet Pseudolus.
Satis id dictum uobis puto iam, atq; deputo.
Vbi lepos, ioci, risus, uinum, ebrietas decent,
Gratiæ, decor, hilaritas, atq; delectatio.
Qui quærit alta, is malum uidetur quærere.
Curas malas abiicite iam, ut ociosi hodie.
Exporgi meliust lombos, atq; exurgier.
Plautina longa fabula in scenam uenit.

cuius etymologiam abunde supra expressimus. non ut fere omnes solent interpretari calumnator. hunc enim ut ostendimus in asinaria: græci diabolū uocant: sed is est sycophanta: quem rusticus sermo barrum uocat. ¶ Phænicicū. a gente phænicia: uel a colore phœniceo ita nūcupata. ¶ Exporgi. pro exporrigi: idest extendi. nam qui sese leuat: lumbos uidetur extendere. ¶ Cur autem hoc dixerit: ostendit dicendo lōgam Plauti fabulam in scęnam uenire ubi fabulę recitabantur.

ARGVMENTVM.

PRæsenteis numerat quindecim miles minas.
Simul consignat symbolum PHOENICIVM
Ei det leno, sibi qui eum cum reliquo afferat,
Venientem caculam interuortit symbolo
Dicens Syrum se Ballionis PSEVDOLVS.
Opemq; herili is ita tulit, nam simiæ
Leno mulierem, quem is suppossuit, tradidit,
Venit harpax uerus, res palam cognoscitur.
Senexq; argentum, quod erat pactus reddidit.

PRæsentis numerat. i. statiʒ & illico. ¶ Symbolum. Signum: quo ostenso mulier tradi debuerat. ¶ Cum reliquo. s. quinq; minis: quod erat præcii reliquum. ¶ Interuortit: fallit: decipit. ¶ Herili. Callidoro. ¶ Opeʒ tulit: quia astu: & opera sua effecit: ut adolescens amata muliere potiretur. ¶ Senexq;. Dicēdū seniq; Dic. n. datas fuisse Simōi uiginti minas a lenone: qs dare pactus fuerat: si a pseudolo falleret.

SARACENVS.

PRæsentis numerat quindecim miles minas. præsentes dicit in manum dinumeratas. non in libris debitas: ut solēt i ephemeridibus: idest diariis notari. ¶ Consignat symbolum. signum quo inter se conueniebant: quia symballo coniecto. ¶ Vt phænicium: meretricem ballionis. ¶ Ei det leno: ballio. ¶ Cuʒ reliquo. Cum quinq; minis: quæ reliquæ erant. ¶ Venientem caculam quem diximus etiaʒ harpaga nominari. ¶ Interuortit symbolo. intercipiendo symbolum euertit. ¶ Dicens syrum: e syria adductum seruum. ¶ Pseudolus. sane quoniā ex primis argumenti litteris apparet: pseudolum non pseudulum dici a mendacio doloso nomen habuerit: ut sit nō dulos: sed dolos. ¶ Opemq;: auxiliuʒ. ¶ Herili. subaudi filio: nempe callidoro. ¶ Nā simiæ: qui & sycophāta. ¶ Harpax uerus: idest qui non falsus a milite nuntius: ut simia. ¶ Senexq;: subaudi simo. ¶ Argentuʒ: qđ erat pactus reddidit. pactus enim erat cum pseudo si phænicium per fallaciā ballioni subduceret. se traditurum argentū: quāta mulier empta fuisset pecūia:

VALLA. Symballo quid sit.

¶ ARgumētū pscribi debet his nouē uersibus: non plogus: ut Pius iterpres indoctus pscripsit. ¶ Sibi ascribēdum est metri necessitate: nec aliter legēdus uersus est: ut facit Pius interpres legis metricæ ignarus.

VGOLETVS ET GRAPA.



PRIMVS ACTVS.

Pseudolus seruus. Callidorus adolescens.

SI ex te tacente fieri possem certior
Here, quæ miseriæ te tam misere macerant,
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei, te rogandi, & tui, respondendi mihi.
Nunc quoniam id fieri non potest, necessitas
Me subigit, ut te rogitem, responde mihi.
Quid est quod tu exanimatus iam hos multos dies

SI ex te tacente. phænicium epistolio callidorum mōuerat intra paucos dies tradēdaʒ esse militi: qui eam ab lenone pecūia abducturus erat in aliquo pacto lenonem interuorteret: quo malo nuncio adolescēs afflictabatur: & mœstus erat. Nescius ergo tāti mœroris cāæ pseudolus: herilē filiū interpellat: ut suuʒ detegat cōsiliū.

SARACENVS

SI ex te tacente fieri possem certior. Pseudolus ingt callidoro gestanti a phænicio secum litteras: & diu gemēti: quid nam sit id: cui callidorus legendas dedit litteras: liberationeʒ a lenone sua deposcētes: ac nisi det pecūia a callidoro for ppediē: ut a milite redimat macedonico. pseudolus ergo pollicet: se callidoro redēpturū

VALLA.

SARACENVS

ANTIdhac: Interpositum d propter hiatum uocalium. Quærunt hæ sibi liberos: Nam ita simul conculcatæ litteræ: & unæ super alias positæ apparebant: ut omnes simul coire uiderentur. At tu cita. Reuoca ad te animum. Non in pectore: Id quod alias diximus ex Platonis sentētia: amans mortuus in se ipso: uiuit in alieno. At te dii deæq; Non finit pseudolus absolui sermonem: nam dicturus erat: perdant. sed uerbum interrumpens dixit seruassint quidem. Quasi solsticialis herba. Pli. Solsticialem herbam appellat condurdon flore rubeo. ideq; quoq; heliotropium herbam uocari: ideo tradit q̃ æstiuo solsticio floreat: & q̃ solis motibus folia circumacta conuertat: nam oriente sole flores suos aperit: & se iterum recludit: cum sol occubuerit: tantus enim est syderis amor: nocte enim desiderio contrahit ceruleum florem: quā nostri uerrucariam appellauere: de qua forte hoc loco Pla. intellexit alludens ad naturam herbæ: q̃ sole existente super terram floreat: occidente autem florē contrahat: quasi simul cū sole stare: cumq; eo uideatur occidere. Frui. Corrupte legitur: dicendū fui: res omnino parua: Sed quæ lectorem ambiguum faciat. Sensus ergo uerborum est: quandoq; amore recreor: sed statim pereo. Phœniciu; callidoro. Principium est epistolæ.

Solsticialis herba q̃ sit

VALLA

Lachrymis lauis. notauit hoc quo q̃ Priscianus tam lauo lauis q̃ lauo lauas dixisse ueteres. Iuppiter prohibescit: prohibeat. Nisi sybilla legerit: idest diuina aliqua mulier. sane sybillas ueteres puellas omnes dixerunt: quarum pectus numen reciperet: & a consiliis deorum nunciandis hoc nomen imposuerunt: sius enim deos non the? & consilium non bulē. sed bylen æoles dicebant: itaq; sybillam dixerunt quasi θεοῦ βουλην. fuerunt autem sybillæ decem: quarum prima nominata ē sambethe: hāc chalcidicā ueteres fuisse perhibent: sunt qui hębræam dicāt & uni filiorum Noe. núpsisse: & cū ipso archam conscendisse. & ipsam prædixisse: quæ de turri constructa feruntur linguarumq; uarietate: linguaq; usa; hæbraica: & de Alexandro macedone prędixisse multa: ut nicanor refert qui alexandri uitam scripsit. Secūda libyssa. cuius facit mentionem Euripides i salaminis prologo. Tertia delphis: q̃ nata in delphis ē. sicut chrysiphus scribit. Quarta italica: quæ in italiæ solitudinibus uixit. Quinta erythręa: quę bellum imminens troianum prędixit: de qua apollodorus scribit erythręus. Sexta samia: quā pytho nominatam ferunt. Septima cumæa: nomine amalthia: ut alii erophile sunt q̃ taraxandrá uocent. Virgilius autem ipsam deiphoben nominat. Octaua helespontiacha: quæ in uicomarmisso nata fertur: pe quoddam oppidulum georgetiona. Nona phrygia. Decima autem tiburtia nomine albumea: hanc aiunt oracula conscripsisse certissima: cunctis uero præstitisse erithræam ferunt: quæ cum primum nata est: cæpit loqui: & grauia: & nomine suo mulsos compellare. Cur inclementer dicis: perperam: & nequiter. At tu cita: uoca: ut adsit. In cæra cubat. In sigillo impręssa. aut in cęra in tabella. propter uerba: quæ affectum ostendunt. Quasi solsticialis herba. Plini. condurdon herba solstitialis: flore rubeo: suspensa in collo comprimere dicitur strumas. Dicitur etiā græce helioscopos & helioscopium: quæ semper solem intuetur: & heliotropium maius & heliotropium minus q̃ tropas: idest solstitia spectent. Heliotropium minus in hiberno solsticio statim concidit: & exarescit: & ex radiculis suis repululat statim. Litterasq; interpretes. subaudi eius mentis.

Sybillæ q̃ dicant & quot sybillæ fuere

Proprietas helioscopos quę sit

VGOLETVS ET GRAPA.

POSSE reor neminem: reor addendum est: si metri rationem habere uelimus: aliter claudicabit: uno deficiēs pede a Pio interprete de sioculo non animaduerso.

Gestas tabellas tecum, eas lachrumis lauis.
Neq; tui participem consilii quenquam facis?
Eloquere, ut quod ego nescio, id tecum sciam.
Ca. misere miser sum Pseudole. ps. id te iuppiter.
Prohibessit. Ca. nihil hoc iouis ad iudicium attinet.
Sub Veneris regno uapulo, non sub iouis.
Ps. Licet me id scire quid sit? nam tu me antidhac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.
Ca. Idem animus nunc est. Ps. fac me certum, quid tibi sit.
Iuuabo aut re, aut opera, aut consilio bono.
Ca. Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi
Quæ me miseria & cura contabe facit.
Ps. Mos tibi geretur, sed quid hoc quæso? Ca. quid est?
Ps. Vt opinor quærunt literæ hæ sibi liberos.
Alia aliam scandit. Ca. ludis me ludo tuo.
Ps. Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,
Interpr̨ætari alium posse reor neminem.
Ca. cur inclementer dicis lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?
Ps. An obsecro hercle habent quoq; gallinæ manus?
Nam has quidem gallina scripsit. ca. odiosus mihi es.
Lege. uel tabellas redde. Ps. imo enim eas pellegam.
Aduortito animum. ca. non adest. ps. at tu cita.
Ca. Imo ego tacebo, tu hinc quidem ex cera cita.
Nam istic meus animus nunc est, non in pectore.
Ps. Tuá amicá uideo calidore. ca. ubi ea est obsecro?
Ps. Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.
Ca. Ac te dii deæq; quantus es. Ps. seruassint quidem.
Ca. Quasi solsticialis herba paulisper fui,
Repente exortus sum, repentino occidi.
Ps. Tace dum tabellas pellego. Ca. ergo quin legis.
Ps. Phænicium Calydoro amatori suo
Per ceram & linum litterasq; interpretes

Salutem mittit,& salutem abs te expetit.
Lachrumans animo titubanti,corde,& pectore.
Ca.Perii,salutem nusq̃ inuenio Pseudole?
Quam illi remittam.Ps.quam salutem.Ca.argenteam.
Ps.Pro lignea salute,uis argenteam
Remittere illi?uidesis quam tu rem geras.
Ca.Recita modo,ex tabellis iam faxo scies
Quam subito argento mihi usus inuentu siet.
Ps.Leno me peregre militi macedonico
Minis uiginti uendidit uoluptas mea.
Et priusq̃ hinc abiit,quindecim miles minas
Dederat,nunc unæ quinq; remorantur minæ.
Ea caussa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex annulo suam imaginem,
Vt qui huc afferret eius similem symbolum
Cum eo simul me mitteret,ei rei dies
Hæc præstituta est proxuma Dionysia.
Ps.Cras ea quidem sunt.Ca.prope adest exitium mihi,
Nisi quid mihi in te est auxilii.Ps.sine pellegam.
Ca.Sino,nam mihi uideor cum ea fabularier.
Lege,dulce amarumq; una nunc misces mihi.
Ps.Nunc nostri amores,mores,consuetudines.
Iocus,ludus,sermo suauis,sauiatio.
Compressiones arctæ amantum compares,
Teneris labellis molles morsiunculæ.
Papillarum horridularum oppræssiunculæ.
Harum mihi uoluptatum omnium,atq; itidem tibi
Distractio,dissidium,uasticies uenit,
Nisi quæ mihi inest,aut tibi est in me salus.
Hæc ego,quæ sciui,ut scires,curaui omnia.
Nunc ego te experiar quid ames,quid simules,uale.
Ca.est misere scriptum pseudole.ps.o miserrime.
Ca.Quin fles?ps.pumiceos oculos habeo,non queo
Lachrumam exorare ut expuant unam modo.
Ca.Quid ita?ps.genus nostrum semper siccoculum fuit.
Ca.Nihil ne adiuuare me audes.ps.quid faciã tibi?Ca.heu.
Ps.Heu?id quidem tibi hercle ne parsis,dabo.
Ca.Miser sum,argentum nusquam inuenio mutuum
Pseudole.ps.heu.ca.neq; intus nummus ullus est.ps.heu.
Ca.ille abducturus est mulierem cras.ps.heu.
Ca.Istocine pacto me adiutas?ps.do id quod mihi est,
Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.
Ca.Actum hodie de me est,sed potes nunc mutuam
Drachmam dare mihi unam,quam cras reddam tibi?
Ps.Vix hercle opinor,si me opponam pignori.
Sed quid de drachma facere uis?Ca.restim uolo
Mihi emere.ps.quamobrem?Ca.qui me faciam pensilem.
Certum est mihi ante tenebras persequi tenebras.
Ps.Quis mihi igitur drachmam reddet,si dederim tibi?
An tu te ea caussa uis sciens suspendere,

SARACENVS.

¶ ARgenteam. Naʒ ei pecunia opus erat: ut mulierẽ abduceret ab lenone. ¶ Pro lignea: Vel pro linea: quia dixit per cæram: & linum salutem mittit. ¶ Proxima dionysia. Vetuia bacchanalia. ¶ Pumiceos oculos: naʒ pumex aridus est. ¶ Siccoculum. Non sic conclitũ: ut prius legebat. Siccos enĩ oculos eos dicimus habere: qui nõ lachrymant. Hora. Qui siccis oculis monstra natantia: qui uidit mare turbidũ: infames scopulos acroceraunia: sic Luca. qui sicco lumie cãpos: uiderit emathios: ¶ Neq; intus ullus nũmus. Loquit callidorus: & rursus ille abducturus ẽ mulierem cras: Ita ut tantum pseudolo relinquatur uerbum heu: ut emẽdauimus. ¶ Cuculus. A uoce propria nomen habet: auis peregrina est: & loco non stabilis: non nidificat: sed in nidis parit alienis: & ut traditur ab Aristot. cum.n. se ignauum: minimeq; opitulãdi potẽtem nouerit: facit: quasi suppositios suos pullos: quo fuari possint: timiditate enim hęc auis excedit: quippe ab auiculis uallatur: & prę metu earum fugiat. Tradit Pli. quoddam mirabile: sed potius ridiculũ de cuculo: quo quis loco primum audiat alitem illam: si pes dexter circũscribat: ac uestigium id effodiat: nõ gigni puplices ubicũq; aspergatur. ¶ Mea si cõmoui sacra. i. si quid facere accipiã. ¶ Vtrũuis cõquiescito. Quid si cõgniscito potius legatur: est.n. cõquiniscere: ut in cistellaria dictum est inclinare: sensus ẽ: dic mihi: an potius optes patrẽ fallã: an matrem: id dicito in oculum: cũ in aurem dicer debuisset: sed peruulgata nimis oratione uti noluit: ut magis iocosum dictum redderetur. ¶ Pube prę senti: Populo astante: id quod sentit Festus.

Cuculus q̃ & unde.

Miraculuʒ plinianum

VALLA.

¶ VSVS inuento siet: idest opus sit inuenire. ¶ Vnę quinq;. non iteratę: sed semel quinq; remorantur: in mora tenẽt. ¶ Expręssam in cęra ex anulo suã imaginem. hoc erat: quo iter se conuenerãt symbolum. ¶ Ei rei: ad hanc reʒ conficiendaʒ. ¶ Dies hęc præstituta ẽ: hęc dies constituta prę cęteris. ¶ Quę est proxima dionysia: idest bacchanalia. ¶ Horridularum: quę horrorẽ mẽbris moueãt. ¶ Puniceos oculos habeo .i. aridos: quia nihil ęque aridũ: ac pumex. ¶ Vt expuant unam modo. ut lachrymã eiiciant: si exprimãtur. ¶ Genus nostrum semper sic coculum fuit. Fest. cocula uasa ahenea coctionibꝰ apta. Alii cocula dicunt ligna minuta: quibus facile decoquantur obsonia. coculum ergo: ut ligna sunt arida. ¶ Sincoclatuʒ legatur. quia coclaces sunt lapides durissimi: & glareosi: melius tamẽ ac simplicius erit legere: sicco occulo

Cocula q̃ sint

neci ſermone ulla apparebit aſperitas quod maxime conuenit comicis con/gruitq; cum ſuperiore puniceos ocu/los habeo. ¶ Vt par ſis: ideſt ęq̃lis mi/hi: Drachmam dare mihi. drachma. quæ & dragma dicitur a latinis. c h in mediam litteram mutata: ſiue: ut inq̃t Priſcianus: argēteus nũmus: ſiue ſcru/puli tres. ¶ Qui me faciam penſilem: ideſt ſuſpendam: ut inde pendeã. Quã doq; penſile quod pependerat. Hora/tius. Penſilis una ornabat menſas cum duplice ficu. ¶ Non pluris refert. Non plus intereſt. ¶ Quaꝫ ſi imbrem in cri/brum geras: ideſt genere tentaueris. nã geri qui poteſt imber in cribro facta ſuppetant: ita facta ſuggerantur: ut tu dicis. ¶ Mea ſi commoui ſacra: ideſt ſi me: ut poſſuꝫ commouero. & hoc pro/uerbialiter dictum. nam cum ad ſacra uentum eſt: nihil ultra quærendum eẽ ſunt ueteres opinati. ¶ Dabis ne argen/ti mihi hodie uigiti minas: dabo. Hæc ſtipulatio perfecta eſt. ideo ſubdit: mo/leſtus nunc iam ne ſis mihi. ¶ Vtrum uis conquiniſcito: ideſt ĩclinato. id. n. conquiniſcere eſt: ut ſupra quoq; oſten/ſum conquiniſco conquexi prętteritũ. ¶ Pube præſente. Feſt. pube præſente: eſt populo præſente ab his: qui pube/res ſint omnem populum ſignificans. ¶ Crura mauel. mõ. ſ. audi crepuiſſe.

VGOLE/TVS ET GRAPA.

¶ COMpræſſiones arctæ amantum compares. ita ſcribẽdus eſt uerſus hic: niſi trimetro iambico iniuriam facere uolumus: & ſententiæ. arctæ enim ex codicibus ſcriptum eſt amantium cõ/paratæ: non patitur: ut dixi: lex car/minis. quod Pius non uidens: ut pote luſcitius: præteriit. ¶ Siccoculũ profe/cto legendũ eſt ex codicibus antiq̃s: & ſententiæ concinnitate: hoc eſt: oculo/rum ſiccorum: & non procliue ad la/chrymas non ſic conclitum: hoc eſt lu/ſcorum: ut inſtar orborum oculos nõ haberent: quibus: expuuntur lachry/mæ: ut inepte legit: & exponit Pius amens interpres addens etiam ſecũdũ deliriuꝫ his uerbis in priſcis tamẽ exẽ/plaribus legitur coculum: hoc eſt du/rum: quia res coctæ duriores ſunt. ¶ Neq; libellæ ulla ſpes: ulla addi de/bet: neceſſitate metri: quod Pius com/mentatur ignariſſimus non aduertit. ¶ Niſi quia futurum eſt: niſi aſcribendum eſt: ita metri lege expoſcente: & ſen/tentiæ congruitate: aliter enim non quadret ſententia id quod a pio interprete non eſt uiſum: qui etiã pro quia: quæ legendum cenſet. ¶ Atq; hoc: aſcribendum eſt hoc ex ueteribus codicibus: & metri neceſſitate: cui pes unus deficeret. ¶ Dii te omnes mihi: ſeruent: ita ſcribendus eſt uerſus: & omnes: inter ſcribẽdum metri ratione: ne uerſus claudicet: ut claudum Pius reliquit: ac legit.

Vt me defrudes drachma, ſi dederim tibi?
Ca. Profecto nullo pacto poſſum uiuere,
Si illa a me abalienatur atq; abducitur.
Pſ. Quid fles? cucule? uiues. Ca. quid ego ni fleam,
Quoi nec paratus nummus argenti ſiet?
Neq; libellæ ulla ſpes ſit uſquam gentium?
Pſ. Vt literarum ego harum ſermonem audio,
Niſi tu illi drachmis fleueris argenteis,
Quod tu iſtis lachrumis te probare poſtulas.
Non pluris refert, q̃ ſi imbrem in cribrum geras.
Verum ego te amantem, ne paue, non deſeram,
Spero alicunde hodie me bona opera, aut mala
Tibi inuenturum eſſe auxilium argentarium.
Ca. At id futurum unde? Pſ. unde dicam? neſcio
Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.
Ca. Vtinam quæ dicis, dictis facta ſuppetant.
Pſ. Scis tu quidem hercle mea ſi commoui ſacra,
Quo pacto & quantas ſoleam turbellas dare?
Ca. In te nunc ſunt omnes ſpes ætati meæ.
Pſ. Satin eſt ſi hanc hodie mulierem efficio tibi
Tua ut ſit? aut ſi tibi do uiginti minas?
Ca. Satis, ſi futurum eſt. Pſ. roga me uiginti minas.
Vt me effecturum tibi, quod promiſi, ſcias,
Roga. Ca. obſecro hercle. Pſ. geſtio promittere.
Ca. Dabis ne argenti mihi hodie uiginti mnas?
Pſ. Dabo, moleſtus nunc iam tu ne ſis mihi,
Atq; hoc ne dictum tibi neges, dico prius,
Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.
Ca. Dii te omnes mihi ſeruent, uerum ſi potes,
Pietatis cauſſa, uel etiam matrem quoq;.
Pſ. De iſtac re in oculum utrumuis conquieſcito.
Ca. Oculum utrũ, an ne in aurẽ? Pſ. at hoc puol gatũ eſt minus.
Nunc ne quis dictum ſibi neget, dico omnibus,
Præſenti pube, in contione, omni populo,
Omnibus amicis, notiſq; edico meis,
In hunc diem a me ut caueant, ne credant mihi.
Ca. Tace obſecro hercle. Pſ. quid negocii eſt? Ca. oſtium
Lenonis crepuit. Pſ. crura mauellem modo.
Ca. Atq; ipſe egreditur, penitus periurum caput.

Exite:

SARA CENVS.

Xite: agite. Leno celebraturus suũ natalẽ diẽ cũctos arguit domi familiares: q nullam adhibeãt in rebus agẽdis solertẽ operã. Quibus nisi ad hoc exẽplũ. s. ut nihil recte faciant. Nõ põt usura usurpari. i. eo rũ opa uti: ne quo uel eo℞ opera usui esse nõ põt. Hi sunt flagricibæ. Melius flagritribæ: ut ulmitribæ: a tribo græco uerbo. i. frico & cõteto: flagritribæ ergo q̃si flagra cõterentes: qd fit ex pcussione nimia dũ uapulant. Callẽt. i. calla admiscere pp plagas. Consilia: Instituta: mores. Clepe. Fureris: est. n. clepere furari a græco clepto: ut rettulit Nonius. Harpaga. Rapias de hoc uerbo alias. Valde uaria. Nã caro pcussa: & flagris cæsa uarios colores admittit ex percussionibus. Peristromata: & peripetasmata: ac aulæa sunt ornamẽta: q̃bus parietes: & aulæ tegunt: quæ ex diuersis picturis: & floribus: lana: uł serico cõtexta fiunt: dicta nãq; sunt aulæa: ut quidã uolũt: q primũ i aula Attali regis: q romanũ populũ heredẽ instituit: uisa sunt. Tapetia. Dicit hoc tapete: ut hoc sedile: & tapetũ ti. ut hoc tẽplũ: q̃bus mẽsę & pauimenta sternunt. Vos uincere duricia tergi: Verbera cõstanter pati: ut magis uerbera uincere q̃ uinci a uerberibus uideant. Terginum hoc: Scuticã: uel flagrũ dicit: fit. n. e tergo bubulo. Hem Sic dat: Percutit deide seruos. Caudicali puinciæ: Ad ligna scindenda: caudex. n. siue codex tabula dicit Seruio: ita. n. apud antiquos caudex pluriũ tabularũ contextus dicebat: uñ caudicariæ naues dicunt a Festo ex lignis grossioribus factæ: uel q̃ cõmeatus per tyberi subuehebãt. Retõsa. Scil; acie obtusa.

Clepere qd sit

Caudex qd sit

Ballio leno. Lorarii. iiii. Pseudolus. Callidorus.

Xite hinc agite, ite ignaui, male hiti, & male cõciliati.
Quorũ nunq̃ qcq̃ quoiq̃ uenit in mẽtẽ, ut recte faciant,
Quis nisi ad hoc exẽplũ experior, nõ pt usura usurpari.
Neq; homines magis asinos unq̃ uidi, ita plagis costæ callent,
Quos dũ ferias, tibi pl' noceas, eo. n. igenio hi sũt flagritribæ,
Qui hæc hñt cõsilia, ubi data occasio ẽ, rape, clepe, tene, harpa(ga.
Bibe, es, fuge. op' hoc eo℞, ut malis lupos apd̃ oueis liq̃re,
Quam hos domi custodes, at faciem quom aspicies eorum,
haud uidentur mali.
Opera fallunt, nunc adeo hãc edictionẽ animo oẽs aduortitę.
Nisi somnum secordiãq; ex pectore, oculisq; amouebitis.
Ita uostra ego latera loris faciam, ut ualide uaria fient,
Vt ne peristromata quidem æque picta sint campanica.
Neq; alexandrina belluata, consutaq; tapetia.
Atq; here ante cixeram omnibus, dederamq; eas prouincias.
Verum ita uos estis perditi, neglegentes, ingenio improbo,
Officium uostrum ut uos malo cogatis commonerier.
Nẽpe ita animati estis, uos uincere hoc duricia tergi, atq; me.
Hoc, uide sis, ut alias res agũt, hoc agite, huc aium aduortite.
Huc adhibete aureis, q̃ ego loq̃r, plagigera gña hoium, nunq̃
Aedepol uostrum durius tergum erit, q̃ terginum hoc meum.
Quin nunc dolet ne? hem, sic dat, si qs herũ seruos spreuerit,
Assistite oẽs cõtra me, & quæ loquor, aduortite hũc animũ.
Tu qui urnam habes, aquam ingere, face plenũ ahenum sit.
Te cum securi, caudicali præficio prouinciæ.
Lo. At hæc retõsa ẽ. Le. sine fiet, itidẽ quoq; uos estis plagis
Omnes, num qui minus ea gratia tamen omnium opera utor?
Tibi hoc pcipio, ut niteãt ædes, hẽs qd̃ facias, ppera itro abi.
Tu esto lectisterniator, tu argẽtũ eluito, atq; id extruito.
Hæc, quom ego a foro reuortor, facite ut offendam parata oĩa,

VALLA.

Xite agite. ballio qd̃ dies eius eẽt natalis: obsonium erat amplũ paratur?. qd domi fieri uelit: primũ pscribit seruis. dei nancillis mandat: ut amatoribus singulæ suis pro ut illorũ sunt facultates: afferri iubeãt munera. Ite ignaui. Nauus uñ nauiter. i. solerter: & nauare operam. i. solerter operã dare hinc ignauus. Nauus quoq; celer: ac strenuus a nauium uelocitate uł dictus. Ennius lib. vi. nauus repertus hõ: graio pre: graius hõ rex. & lib. xvi. nauo℞ imperiũ seruare ẽ insupatũ. Plau. in friuolaria. naue agere oportet: q agas nũc ductarier. Male cõciliati. sub/audi mihi. Quos ego nõ diligo. Nisi ad hoc exẽplũ. nisi hoc mõ: quo nũc. Plagis costæ callẽt. Callum admiserũt. Nam a callo callidus est inqt Cice. Flagricibæ. Qui p cibo flagris cædi hẽant. Clepe. i. furator. nã clepto fu/ror significat. uñ cleptis fur. Harpaga. i. rape. Arpazo. n. græci rapio. Vt mauellis lupũ apud ouis linq̃re. i. sa/tius ducas ouib9 custodẽ lupũ dare: q̃ his meretricibus domi custodes. Inde uetus puerbiũ pulcher ouiũ custos lupus de illis dictũ: q̃bus pniciosis inisũcta aliq̃ cura sit. Hanc edictionẽ: pscriptionẽ. Valide uaria sint. i. flagris mitis uarient. Vt ne pistromata qdẽ. Peristromata: & pipatesmata. ornamẽta sunt: q̃bus sedilia: & dorsa parietũ ad mẽsam discũbẽtiũ exornant: ut aulea altius pẽdẽtia. Cãpanica: q̃bus cãpano℞ luxuria prio usa ẽ. Neq; alexãdrina beluata cõsuta tapetia. Quæ ab alexãdria deferunt beluis exornata: & q̃ uariæ cõsuunt. Tapetia. tapes tapetis amphitapetis. tapetũ tapeti: & amphitapetũ: tapetiũ & amphitapetiũ. deduci ãt p mutationẽ lr̃arũ ab eo qd̃ ẽ talpo. i. foueo. alii ab eo qd̃ est pato qd̃ signt̃ cõculco ppostere positis lr̃is fieri putauerũt. Plagigera gña hoium. Qui estis hoies ad plagas geniti. Quã terginũ huius meũ. i. lo℞: & scutica de tergore aiantis factũ: sensus est: nõ erit durius dorsum uestrũ ad ferendũ uerbera: q̃ hoc meũ fuerit lorũ ad uos uerberandũ. Qui urnã hẽs. qui aquatũ mitteris cũ urna. ab urinãdo. i. mergẽdo urna dicta: uñ & urinatores: qui sub aqua natãt. Caudicali pficio puinciæ. i. prępono te oneri sciũdẽdo℞ ligno℞ crassio℞: qui codicis nãq; ea noie appellant. Iuue: horrida q̃le facit residens in codice pellex. uñ codicalis: & per o in au caudicalis. codex caudex: ut coda cauda: sorex saurex. plostrum plaustrum. At hæc retunsa est: securis inquit obtusam habet aciem: ut ad scindenda ligna non sit idonea. Lecti sterniator. Lectis sternendis præeris. Tu argentum eluito. tergeto inquit uasa argentea.

Callid' uñ dicatur

Tapetũ uñ dictum

SARACENVS.

Pātices quę

¶PERnam. Quid perna: quid glandiū: & sumen dictū abūde in superioribus comœdiis. ¶In aqua iaceāt. Vt elixa fiant. ¶Mihi esse rem. Facultates: & opes. ¶Præstinem: Emā. ¶Puere: pręmittit famulū cum marsupio: ne quis crumenam furet. ¶Mulieres. Meretriculas: quas alebat domi. ¶Nisi penus annuus. Minat: ꝙ nisi mulieres ab amatoribus tantarū rerū copiā cōparēt ut uictui annuo sat sit se illas in publicū ꝓstituturū. ¶Manipulatim. Gregatim. ¶Pantices. Ventres: sed ꝓprie dicunt̃ Fes. authore fluxus uētris eo ꝙ uēter pandatur. ¶Siccus. Ieiunus & sobrius. ¶Hedillū. Nomē meretricis. ¶Iasonē: Iō dixit: qa dr̃ prius naui lōga nauigasse: & mercimōiis abūdasse. ¶Aeschrodora. Meretrix alia. ¶Lanios q carnes uēditat: quos lenonū æmulos: iō dixisse uī: qa lenones cum meretriculas ad q̃stū ꝓstituunt: & ex eoꝝ corpore sibi lucrū cōparant: humanam carnē dicunt̃ uēditare. ¶Quasi dircē. Lucus uxorē duxerat antiopē nictæi regis filiā: qua post modū spreta pellicē habuit dircē: ātiopes amore captus iuppiter in satyrum couersus mulierē cōpressit: ex qua nati sūt zetus & amphiō: qđ memoratur ab Ouidio in metamor. Addit ut satyri celatus imagine pulchra: Iuppiter implevit gemino nictæida fœtu: hi ad ætatē uirilē ꝑducti lycū e regno turbarūt: dircēq; currui alligatam discerpserūt: ubi fons scatuit eodem noīe: inde dircæi thebani dicti. Statius: Scit dircæus ager.

VALLA.

Stega quid sit

¶VERsa ꝑstega. i. scobibus purgata. stega græce tuguriolū dr̃. ꝑstega aūt: ubi ocii cā sint sub tecto tm̃. patula reliqua pte tanq̃ sub porticu. uerrēdā ergo eā pte ait. ¶Pernā callū: ꝑnā petasonē uocat callū: quē i corpe aialis lūbū uocitamus. ¶Glandiū & sumē. In captiuis exposuimus. ¶Mihi rē eē reant: Me putent hr̃e opes: rē nanq; ꝓ oibus. Hora. nunq̃ rē facies. & rē litē. Cice. ꝓ murena: rē: siue litē dr̃e opꝫ. ¶Cito celebrate. celebro ab eo ꝙ græci celado fieri ondit: Hora. cū inqt quē uirū: aut heroa lyra: uel acri tibia sumis celebrare clio. a pīdari hymno i latinū uertēs. quo ille κελαδήσομεν y. iqt. ¶Pretio ꝑstinem: emēdo ꝓccupē. ¶Vel opire. cū puero dixisset i p: recordat⁹ adhuc: qđ sibi domi cōstituēdū ait: expecta. ¶In mūdiciis molliciis. q̃ mūdæ eē studētis: & molles. ¶Quę capiti. i. q̃ libera uelit eē: ac uelit honorari. ¶Quę uētri. i. q̃ nō curet: nisi uētrē mō iplere. ¶Quęq; suæ rei: suo cōmō. ¶Pœn⁹ annu⁹. Tm̃ mihi i pœnario cōgerat: ut ad ānū satis sit. ¶Populo ꝓstituā uos: e plebe oib⁹ uos ꝓstibulas faciā. ¶Mamilla melita: mamilla dulcis ut mel. ¶Manipulati. i. turmati per singulos māipulos: sūpta a militarib⁹ ordib⁹ trāslatiōe. ¶Munigeruli: mūeꝝ gestores. ¶Quib⁹ ē uobis co. qb⁹ abūdatis. ¶Vr̃os pātices. Fe. pātices satui uētres: ac suilli uētris ptes: ide pāticosi uētriosi. ¶Frumtū hūc ānū. i. ad hūc ānū: ē. n. elipticos dcm̃. ¶Aediliū. iō uī dcā: qđ ædib⁹ exornādis satis eē possit. ¶Regē iaso. q primus lōga naui usus est. ¶Aeschrodora. a turpib⁹ nomē hr̃e uī munerib⁹: ęschrō. n. turpe signt: & dorō donū. ¶Laniōis q a laniādis carnibus nom̄ hn̄t: q̃s pplo uēditant: dicunt̃ & laniōes. ¶Tergoribus onerata. Tergora uocat scisa bifariā aialia. ¶Iussferitis ho. mi. eē. subaudi p ur̃os amatores. ¶Cras q̃. dir. Lic⁹ rex thębāoꝝ ātiopa uxore nictei regis: ut Homer⁹ iiqt: asopi filia spreta dirceri duxit: ātiopā ↄclusit. Iuppiter ei⁹ amor captus mutat⁹ i satyꝝ eā abstulit i mōtes ꝓxios: cui⁹ cōpssu⁹ nati sūt zetus & āphiō: q cū ad ętatē eā pueissēt: ut mr̄is possēt ulcisci iniurias: mr̄tis ↄstipati agricolis lycō occi. dircē tauris alligatā discerpserūt: ubi dicē ↄtabuit: đ ei⁹ noīe dirce fōs emāauit: a quo dircei thebāi lr̄ appellati.

Vorsa, ꝑsterga, strata, lautaq;, coctaq; oīa uti sint, nam mihi
Hodie natalis dies est, decet eum omnes uos concelebrare.
Pernam, callum, glandium, sumē, facito in aqua iaceāt, satin?
Magnifice uolo. n. summos uiros accipe, ut mihi rē esse reant.
Intro abite, atq; hæc cito celebrate, ne mora q̃ sit, quom coquos
Veniat, mihi, ego eo i macellū, ut pisciū qcqd ē, ꝓcio præstinē.
I puere præ, ne quisq̃ pertundat crumenam, cautio est,
Vel opperire, etiam est quod domi dicere pene oblitus fui.
Auditin? heus uobis mulieres hanc edictionem habeo,
Vos quæ in mundiciis, molliciis, deliciisq; ætatulam agitis
Viris cum summis inclytæ amicæ, nunc ego scibo, atq; hodie
Experiar, quæ capiti, quæ uentri operam det, quæq; suæ rei,
Quæ sōno studeat, quā libertā fore mihi credā, & quā uenalē,
Hodie experiar, facite hodie ut mihi munera multa huc ab ama
Conueniant, nam nisi penus annuus hodie conuenerit, (toribus
Cras populo prostituam uos, natalem scitis mihi esse diē hūc.
Vbi isti sunt, quibus uos oculi estis? quibus uitæ? quibus
Deliciæ estis, quibus suauia mellita? manipulatim mihi
Munigeruli facite ante ædeis iam hic adsint, cur ergo uestem,
Aurum, atq; ea quibus est uobis usui perhibeo? quid mihi
Domi nisi malum, uostra opa est iprobæ? uino mō cupidæ
Estis, eo uos pāticesq; adeo madefactis, quom sim ego hic sicc.
Nunc adeo hoc factū est optumū, ut noie quāq; appellem suo.
Ne dictū esse actutum sibi quæpiam uostrarum mihi neget.
Aduortite huc animum cunctæ, principio Hedillū tecum ago
Quæ amica es frumentariis,
Quibus cūctis montes maxumi acerui frumēti sunt domi.
Fac sis sit delatū huc mihi frumentum, hunc annū quod satis
Mihi, & familiæ omni meæ sit, atq; adeo ut frumento affluam,
Vt ciuitas nomen mihi cōmutet, meq; ut prædicet
Lenone ex Ballione regē Iasonem. Ca. audin furcifer
Quæ loquitur? satin magnificus hic tibi uidetur? ps. pol iste
Ita uidetur, atq; etiam maleficus, sed tace, atq; hanc rem gere.
Le. Aeschrodora, tu q̃ amicos tibi hēs lenonū æmulos, lanios,
Qui item, ut nos, iureiurando malo quærūt rem, audi, nisi
Carnaria tria grauida tergoribus onerata, uberi hodie
Mihi erūt, cras te q̃si Dircē oli. (ut memorāt) duo gnati Iouis

¶CVM

CVM sermone huic obsonas: Ita uoce tua resonas: ut huius sermonē nō pcipiā. Xistilis. Alterius nomē mulieris. Oliuinā redditū oliui. Culeus. Capit quadraginta urnas ex Pli. ac columella. In pgulā. In locū. s. publicū & ęditū: & aptū: ut a trāseūtibus cōspiciare: pgula locus erat: ubi pceptores cōsueuerant discipulos erudire: artifices quoq opera sua in ppatulo habere: queādmodū de lucio crassitio claro grāmatico tarentino scribit suetonius: qui cum in pgula docuisse testat: & Iuue. cui cedere debeat omnis pgula. Pli. de appelle locutus inquit: idē perfecta opera proponebat in pergula trāseuntibus. En execrato. Noiat ad huc aliā meretriculam. Tu autem. Ad phænicciū cōuersus: cui illud obiicit: q pro suo capite reliq nō fuerint dinumeratæ pecuniæ. Ex fundi. Ex prouentibus. Corio phænicio. Rubro: allusio est ad nomen.

SARA CENVS.

Ad taurum deuinxere, item hodie te stringam ad carnarium.
Id tibi profecto taurus fiet. Ca. nimis ego sermone huius
Ira incendor. ps. huccine hic hoiem pati colere iuuētā atticā?
Vbi sunt, ubi latēt, quibus ætas integra est, qui amāt a lenone.
Quin conueniunt? qn oēs una peste hac populum hūc liberāt,
Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus, illi ne audeant
Illis id facere, quibus ut seruiant suus amor cogit simul,
Simul autem prohibet, faciant aduorsum eos quod uolunt? ca.
uah tace. ps. quid est? (nas. ps. taceo.
Ca. Malemorigerus male facis mihi, qūo sermone huic obso
Ca. At taceas malo, q̄ tacere te dicas. Le. tu autem Xistilis
Fac ut animum aduortas, quoius amatores domi Oliuinā hn̄t
Maxumam, si mihi non iam huc culleus oliui deportabitur,
Te ego ipsam culleo cras faciam deportere in pergulam.
Ibi tibi adeo lectus dabitur, ubi tu haud capias somnium.
Sed ubi lāgorē ad usq, tenes hæc quorsum tēdāt quæ loquor?
En exergato, q̄ tibi amicos tot habes tā probe onustos oleo.
Nunc tua etiam est mihi hodie & tuorū opera cōseruorū caput
Nitidissumū, ac nō ipse ego pulmento utor magis unctiusculo,
Sed scio tu haud oleum magnipendis, uino te deuincis.
Sine modo, rependam ego cuncta ob hæc hercle una opera,
Nisi qdē hodie tu omnia facis scelesta ita, hæc ut ego loquor.
Tu autem quæ pro capite argētū mihi iā iāq sæpe numeras,
Eaq pacisci modo scis, sed quæ pacta es, non scis soluere.
Phœnicium, nunc tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum uirū,
Nisi hodie ex fundis mihi tuorū amicorum omnis huc penus
Affertur cras Phœnicium phœnicio corio inuises pergulam.

HVIC obsonas: idest obstrepis: ne possim qd dicat accipere. Xistilis. quasi ab rasa. xystū. n. dicimus locū tersum iuxta impluuiū apertū. columnis suffultū: ut ex uictruuio licet accipere: & Cicero in bruto: cū ambularē in xysto inqt. Oliuinā domi habent. i. olei copiā ex oliuarū multitudine. Inde oliuitā inquit festus antiq dicebāt: quū olea cogebat: ut messes: quū frumēta: aut uidemiā: quū uuas. qd uocabulū potius frequētari debebat q̄ nullā eius significatōis cām habéremus: quāuis qdā oliuitatē meam dicant. Culleus olui. duo inqt iunius bassus cullei modii sexanginta. Deportere in pgulā. Pergula aliqn topiarium opus significat columella ubi de uineis: in pgulis aūt inquit singulæ denas amphoras peræquēt: & rursum: illa. n. pgulæ magis q̄ uineę figurā obtinet: & pgula breue ambulacrū camerat ūq dictam puto a pgēdo. Vlpianus de iudiciis: & ubicūq agere: uel conueniri aliqs debeat: durissimū est: quotquot locis quis nauigat: uel inter facies delatus est: tot locis se defendi: atsi quo consistit: non dico iure domicilii: sed tabernulas pgulā: horreū: armariū: officinā cōduxit: ibiq distraxit: egit defendere se eo loco debebit. idē de his: q deiecerint uel effuderint: nā & cū pictor in pgula clypeū: uel tabulā expositā habuisset: eaq excidisset: & trāseunti dāni qd dedisset: Seruius respondit ad exēplū huius actionis dari oportere actionē. Itaq Propertius synecdochicos uideri pōt dixisse. Atq aiam in tegetes putrē expirare paternas. Corruit algēti pgula curua foco. Pli. idē pfecta opera proponebat in pergula transeuntibus: atq post ipsam tabulam latens uitia: quæ notarentur auscultabat. Vsq ad lāgorem. per elipsim dictū est: subaudiendum habeas. Execrato. i. obsecres quantū quæas. Oleo onustos: diuites oleo. Magis unctiusculo. Comparatiuo: & diminutiuo usus: ut præter solitum ostēdat magis unctum. Vino te deuincis: ebriosa es. Omnia facis scelesta. uocatiuus est scelesta. Summatum uirum. i. primorū. summates enim dicuntur ut optimates. Bras pœni pœnicio. i. tu corio pœnicio: quod & phœnicium dicimus. Inuises pergulam: de qua supra dictum pœni: quia id ob pœnum.

VALLA.

Xystū qd sit

Pergula quid sit

IVVENtam ex codi. antiquis: & metri necessitate.

VGOLETVS ET GRAPA.

Callidorus. Pseudolus. Ballio Leno.

Pseudole nō audis q̄ loqr hic? ps. audio here equidē,
Atq aiū aduorto. ca. qd mihi autor es huic ut mittā,
Ne amicam hic meam prostituat. ps. bene curassis, liquido animo es.
Ego pro me & pro te curabo, iā diu ego huic bene, & hic mihi
Volumus, & amicitia est antiqua, mittam hodie huic suo
Die natali malam rem magnam & maturā. Ca. quid opust?

q

Vid mihi es author? Quid me facturum consulis. Liquido. Tranquillo: & qeto.

SARA CENVS.

Pseudole nō audis: facta phœnicii mētiōe: iā diutius callidor⁹: & pseudolus se cōtinere nō qunt: qn ballionē inuadāt iurgiis: cōtumeliisq obruāt. Quid mihi es autor qd suades faciā. Bn̄ cu. curaueris. Liqdo es aio. es iperatiu⁹ modus. liqdo aio nihil admodū metuente:

VALLA.

SARACENVS. ¶IN rem:quod sit præuortaris. Vt animũ ad ea potius applices:quæ tibi utilia sint futura: q̃ quicq̃ feras iniquo aio. ¶ Stulte.incõsiderate:& temere. ¶ Vna mãta. Loquit̃ callidorus:ab eo.n.qđ est maneo fecit mãto. ¶ Inanilog⁹. Inanis locutor:qa uerba nõ pecunias dabat. ¶ Porriciã.est porricere porro.i.ualde iacere:uerbum in sacrificiis usurpatum. Vir.Di quibus imperium est pelagi quorum æquora curro:uobis lætus ego hoc candentem in littore taurũ constituam ante aras uoti reus:extaq; salsos porriciam influctus.

Inanilogus qui dicat̃ · *Porricere quid sit*

Ps.Potin aliã rẽ ut cures?ca.at.ps.bat.ca.crucior.ps.cor dura.
Ca.nõ possũ.ps.fac possis.ca.quo pacto possim aium uincere?
Ps.In rẽ qđ sit præuortas,quã rem aduorso animo ausculte.
Ca.nugæ ista hæc sunt,non iucundũ est nisi amans facit stulte.
Ps.pergi.ca.o pseudole misine sim nihili.ps.mitte me sis.ca.si/
Ps.Mõ ego aberã.ca.mane mane iã ut uoles eẽ me,ita ero.(no
Ps.nunc tu sapis?Ba.it dies ego mihi cesso,i præ puere.
Ca.Heus abiit,quin reuocas?ps.quid properas?placide.Ca.at
 priusquam abeat.
Quod hoc malũ?tã placidus?puere hodie.ps.nate he⁹,hodie
Nate,tibi ego dico,heus hodie nate,redi,& ad nos respice
Tametsi occupatus,moramur,mane,sunt q colloq te uolunt.
Ba.Quid hoc est?quis est qui moram occupato molestam ob/
 tulit?ps.qui tibi
Sospitalis fuit?Ba.mortuus est,qui fuit,qui est,uiuos est.
Ps.nimis supbe.ba.nimis molest⁹.ca.rephẽde hoiem adseqre.
Ba.I puere.ps.accedamus hac obuiã.ba.iupiter te quisquis es,
Perdat.ps.te uolo.ba.at uos ego ambos,uorte hac te puere.ps.
 non licet.
Colloqui te?Ba.at mihi nõ lubet.ca.sin est tuã in rẽ quippiã?
Ba.Licet ne obsecro uiuẽ,an nõ l;?ps.uah mãta.ba.omitte me.
Ca.ballio audi.ba.surdus sum,pfecto inanilogus es.ca.dedi
Dum fuit.ba.non peto quod tu dedisti.ca.dabo quando erit.
Ba.Ducito qñ habebis.ca.heu heu quã ego malis pdidi modis
Quod tibi detuli,& qđ dedi.ba.Mortuo uerba famulare nũc.
Satis stultus es,rem actam agis.ps.nosce hunc saltem quis est.
 ba.iam diu
Scio qui fuit,nunc qui est is ipsus sciat,ambula tu modo.
Ps.potin ut semel modo Ballio hunc cum lucro respicias?
Ba.Respiciam istoc pretio,nam si sacruficem summo Ioui
Atq; in manibus exta teneam ut porriciam,interea loci
Si lucri quid detur,potius rem diuinam deseram.
Ps.non potest pietati obsisti huic,ut res sunt ceteræ.
Deos quos maxumæ æquom est metuere,eos minimi facit.
Ba.Compellabo,salue multum serue Athenis pessume,
Ps.Di deæq; ament te,uel huius arbitratu uel meo,
Vel si dignus alio pacto,neq; ament,nec faciant bene.
Ba.Quid agitur callidore?Ca.amatur,atq; egetur acriter.
Ba.Misereat,si familiam alere possim misericordia.
Ps.Eia scimus nos quidem te,qualis sis,ne prædices.
Sed scin qd nos uolumus?ba.pol ego ppe modũ male sit mihi.
Ps.Et id,& hoc qđ te reuocamus qso aium aduorte?ba.audio.

VALLA. ¶At bat.pseudolus bat rñdet callidoro.quasi non recte sentienti: cum a principio at:uideretur plura iniũcturus:non sinit: ut plura loquatur. ¶ In rem:quod sit præuortaris. Cõuerte te ad id:quod utile est:ac id primum capias:ut ea res animo aduersetur tuo ita animũ uinces:idest animi cupiditatem. ¶ Ego mihi cesso.f. in dãnum meũ. Nam suo natali die supra dixit ballio se uelle bene hẽre. ¶ Quid properas placide. interpunctim legendũ est.hæc enim ballioni dicũtur.ut sit quid properas ballio. cumq; is obaudieret: addit placide. hoc est clementer:quicquid facis:facito: quo nos queas audire. ¶ Puere hodie. cum adhuc properaret bal/lio puerum uult consistere ballionis: quo ballio quoq; consistat: ideo ait: puere.pro o puer.subaudi consistito interat q pseudolus. ¶ Nate heus hodie nate:& quæ secuntur.omnia enĩ eo tendunt: ut in itinere persistat ballio. ¶ Sospitalis fuit.i.qui attulit cõmodum. ¶ Adsequere.icede inquit & sequere hoiem cõtumeliis. ¶ Sin tuam est quippiam in rem.si tuæ cessurum utilitati. ¶ Manta.i.mane ob mantas.Liuius andronicus in odissea:cum ait in pillum deuenies: aut ibi obmantans significat obmanens: sed ea significatiõe qua sæpe fieri dicitur:id enim est mantare. ¶ Inanilogus es:idest innania loqueris quæ in rem meam non sint.compositum ex græco:latinoq;.Inanis latinum: logos græcum:quę dicit̃ oratio. ¶ Rẽ actam agis. quæ præteriit redordiris. ¶ Nunc qui est is ipsus sciat.ordo est nunc is sciat ipsus: qui est. sensus est noui:cum dabat mihi pecuniam: nunc ipse se nouerit:qui sit.mihi curæ scire nõ est. ¶ Ambula tu.ad puerum hæc uerba. ¶ Egetur acriter: hæc ipersonaliter omnia dicta sunt. ¶ Ego prope modum.subaudi scio. nimis inq̃ scio.

Mantare quid sit

VGOLETVS ET GRAPA. ¶IN rem quod sit preuortas: q̃ rẽ aduerso animo ausculte:hic sensus. præuortas: idest prius uortas consideres id quod sit in rem. q̃ rem aduerso animo ausculte: idest q̃ rem tibi proponas odiosam: & q̃ aduerbium est comparandi:non nomẽ relatiuum: ut insulse exponit Pius interpres sententiam huiusmodi non capiens:neq; aliam idoneam eliciens. ¶ Mortuo uerba fabulare nunc: ita uersus integrandus est:nisi rationi metricæ iniuriam facere uelis:cui duo pedes deficerent:& etiam ex clariore sensu. Et sequens uersus ex priscis codicibus satis: incipit:non facis:& mortuo etiam scribitur non mortua:ut Pius interpres: ubiq; male scriptum reliquit:& mutilum.

Atq; in pauca ut occupatus nunc sum, confer quid uelis.
Ps. Hunc pudet quod tibi promisit, quaq; id promisit die,
Quia tibi minas uiginti pro amica etiam non dedit.
Ba. nimio id quod pudet, facilius fertur, q̄ illud, quod piget.
Non dedisse, istum pudet, me quia non accepi, piget.
Ps. At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modo.
Nam hic id metuit, ne illam uendas ob simultatem suam.
Ba. Fuit occasio, si uellet iampridem argentum ut daret.
Ca. Quid si non habui? ba. iam haberes, inuenires mutuum.
Ad danistam deuenires, adderes fœnusculum.
Surriperes patri. ps. surriperet hic patri audacissume?
Non periculum est, ne quid recte monstres, Ba. nō lenoniū est?
Ca. egon patri surripere possim quicq̄ cauto seni?
Atq; adeo si facere possem, pietas prohibet. Ba. audio.
Pietatem ergo istam amplexator noctu pro phœnicio.
Sed quom pietatem amori uideo tuo præuortere,
Omnes tibi patres sunt, nullus est tibi quem roges mutuum
Argentum. Ca. quin nomen quoq; interiit iam mutuum.
Ba. Heus tu, postq̄ hercle isti a mensa surgunt saturi, poti.
Alienum reddunt nato nemini, qui suum repetunt
Ab alienis, cautiores sunt, ne credant alteri.
Ca. nimis sum miser, nummum nusq̄ reperire argenti queo.
Ita miser & amore pereo, & inopia argentaria.
Ba. eme die cæca hercle oliuum, id uendito oculata die.
Iam hercle uel ducentæ fieri possunt præsentes minæ.
Ca. perii an non tum lex me perdit, quina uicenaria
Metuunt credere omnes. ba. eadē est mihi lex, metuo credere.
Ps. Credere autem eho an pœnitet te, quando hic fuerit usui?
Ba. non est iustus quisq̄ amator, nisi qui perpetuat data,
Datq; usq;, quando nihil sit, simul amare desinat.
Ca. nihil ne te mei miseret? Ba. inanis accedas?
Dicta nō sonāt, atq; ego te uiuom saluomq; uellem. ps. eho an
Mortuus iam est? Ba. illico uixit amator, ubi lenoni placet.
Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia.
Nam istuc quod nunc clamitare, non esse argentum tibi,
Apud nouercam querere. ps. ego an unq̄ huius nupsisti patri?
Ba. di melius faciant. ps. fac hoc, quod te rogamus Ballio
Mea fide, si isti formidas credere, ego hoc triduo
Aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi.
Ba. Tibi ego credā? ps. cur. nō? Ba. qa pol qua opa credā tibi.
Vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus.
Ca. Sicine mihi abs te bene merenti male refertur gratia?
Ba. Quid nunc uis? Ca. ut opperiare hos sex dies saltē modo,
Ne illam uendas, neu ꝑdas me hoīem amantē. ba. bono aio es
Vel sex opperibor menses. ca. euge homo lepidissume.
Ba. Imo uin etiam te faciam ex læto lætantem magis?
Ca. Quid iā? ba. qa enim nō uenalē ego habeo phœnicium.
Ca. nō hēs? ba. nō hercle uero. ca. Pseudole accersi hostias,
Victimas, lanios, ut ego nunc huic sacrufice summo ioui.
Nam hic mihi nunc est multo potior iuppiter, quam iuppiter.

SARACENVS.

Artibus tribus, ter demeritas dein laeticias, de tribus
Fraude partas, per maliciam, & per dolum, & fallaciam,
In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo.
Ca. illic homo est, uide ut paratragoediat carnufex.
Confer gradum contra. ps. affero ad te salutem, brachium.
Ca. Dic utrum spem ne, an matrem te resalutem Pseudole?
Ps. Imo utrũq;. Ca. utrũq; salue, sed qd actum est? Ps. qd times?
Ca. Attuli hunc. Ps. quid attulisti? Ca. adduxi uolui dicere.
Ps. Quid istic est? Ca. charinus. ps. euge, iam Carinum uolo.
Car. Quin tu quicquid opus est, mihi hic audacter imperas.
Ps. Bene sit Charine, nolo tibi molestos esse nos?
Car. Vos molestos mihi? molestũ ẽ id qdẽ. Ps. tũ igitur mane.
Car. Quid istuc est? Ps. mõ epistolã hãc intercepi, & symbolũ.
Ca. symbolũ? quẽ symbolum. Ps. qui a milite alienatust, modo,
Eius seruos, qui huuc ferebat cum quinq; argenti minis,
Tuam qui amicam hinc accersebat, ei os subleui modo.
ca. Quo modo? Ps. horũ causa haec agitur spectatorum fabula.
Hi sciunt, qui hic affuerunt, uobis post narrauero.
ca. Quid nũc agimus? Ps. liberã hodie tuã amicã amplexabere.
ca. Ego ne? Ps. tu te. ca. ego ipsus inq̃. ps. siqdẽ hoc uiuet caput.
Si mõ mihi hoiem inuenietis propere. car. qua facie. ps. malũ,
Callidum, doctum, qui quando principium praehenderit.
Porro uirtute sua teneat, quid se facere oporteat.
Atq; eum qui hic non usitatus saepe sit. car. si seruos est
Nunquid refert? Ps. imo multo mauolo, q̃ liberum.
Car. Posse opinor me dare hoiem tibi malũ & doctum, modo
Qui a patre aduenit Charisto, necdum exiit ex aedibus
Quoquam, neq; Athenas aduenit unq̃ ante hesternum diem.
Ps. Bene iubes sed quinq; inuentis opus est argenti mnis
Mutuis, quas hodie reddam, nam unã huius mihi debet pater.
Car. Ego dabo, ne quaere aliũde. Ps. o hoiem opportunũ mihi.
Etiã opust chlamyde & machaera, & petaso, Car. a me possũ da(re.
Ps. Di imortales, nõ Carinus mihi hic quidẽ ẽ, sed copia
Sed istic seruos ex Charisto hic, qui aduenit, quid sapit?

¶QVO iter. In quã partẽ eas. ¶ In libello hoc obsignato. i. in lr̃is a milite obsignatis. ¶ Illic hõ ẽ: iterrogatiue legẽ/dum est: an ille ẽ: de quo mecũ dudũ lo/cutus es. Deide subdit: ut ipsum loquẽ/te; audiuit. ¶ Vt paratragoediat. i. ut tragico more turget: & iflat. tragoedię eni oẽs ob psonarũ dignitatẽ: & ampli/tudinẽ turrgidos sermones usurpant. para praepõ est graeca. tragoedia quo/q; uerbum graecum: ergo patragoedia de uocibus graecis latinũ formauit uer/bum. ¶ At saltem brachy. breue: hoc est breuib⁹. ¶ Adduxi uolui dicere. ad ducuntur enim nõ afferũtur homines. ¶ Inter caepi: & simbolu; de medio eri/pui militis & ballionis. Os subleui mo/do: idest imposui: fefelli. ¶ Inuenietis propere: cõparietis properãter. ¶ Pro sua uirtute. calliditate: astu. ¶ Nunquid refert. interest ne quicq;. ¶ Quinq; inuentis opus est. opus inquit est: ut iã in/uentae sint. ¶ Nam una. i. xx. quoq;: uel uicena mihi debet simo. paulo eni; ante promiserat si ballio fallebatur se tra/diturũ. Chlamyde & machera & petaso: haec omnia militis iter facietis. deq; interpretatione abunde supra. Ex cha/risto. i. ex gratioso. nam charis. i. gratia: genitiuũ charitos: & charistos facit. & charistos quoq; superlatiuum gratio/sissimum enim signt. Vsq; a cunabulis. subaudi habuit sapientiã. Manuleatam tunicã. i. cum manicis. nam sine ma/nicis uetustissimi tunicas gestabant. Virg. Et tunicę manicas: & habent redimicula mitrę.

VALLA.

Paratragoe diat̃ qd sit.

SARACENVS.

Murratum uinũ qd sit.

ACEti: acrimoniæ. Indidẽ. pariter. Murrinam. Siue myrrhinum: ut nonnulli arbitrari sunt: asserẽtes myrrhina esse uina myrrhæ odore cõdita: quod tãgere uidetur Martialis illo disticcho: Si calidũ potas ardẽ; ti myrrha falerno. Cõuenit: & melior fit sapor inde mero. Festus tñ murrinam facit potionis gen⁹: quã qdam murratũ siue murriolã dicebãt: idq; putabãt ex uuę genere murrinæ noĩe: cui sniȩ non inuitus accedo: uel potius murratũ uinũ: ci arbitror id: qđ uinũ suaue aromaticũ appellamus. Pli. in decimo quarto naturalis historię: non solum inter uina: sed inter dulcia quoq; murrinã dixit nominari: testemq; adducit hũc Plautinũ locum. Plautus quoq; in persa myrrhinam inter dulcia cõmemorat: idẽ q; in pœnulo inter odorata: sensus ergo est Palutina iocositate refertus: tot & tãta inqt illũ in pectore dulcia hẽre: ut aliogn sibi ex ducibus hmõi ɔstituerit apothecã. sed ne murrinã oĩno deseram: inqt No. lorã esse cõfectæ potiõis genus grãde uis aptũ: quã mulieres natu maiores bibebãt: quã murrinã qdẽ; Plau. appellari putat: lorã aũt dicebãt i uidemia cũ expssissent acinis: mustũ: & folliculos i doliũ cõiecissent: hãc grȩci deuteriam dixerunt. i. secũdariam. Passum. noiabant: ut ex dictis Varronis colligitur: si in uindemiam uua; diutius coctã legerent: eamq; passi essent in sole aduri. Defrutũ: mustũ ex duabus partibus ad tertiã redactu; de feruescendo. Mellinam. Ex melle potionem. Turbo. Trochus a græcis: quem insectant pueri busitantes flagello. aliter turbo uentus dicitur: typhon appellatur Plinio. Plebis scitum. Populi decretum: sciscere: idest sancire leges populus rationes solebãt. Defecatum: Purgatum: omni. s. suspitione. Aui sinistra. Quod erat fœlicissimũ augurium ut supra dictum est. Cicero quoq; tradidit in lib. de natura deo℞.

VALLA.

Acetũ unẽ dictum

Ecqd habetis hõ aceti in pectore. Nũ inqt. n. in corde acumẽ est ei aliqd ab actumine. n. acetũ dictũ. Indide; ecqd habet. Itidẽ inqt h; ne aliqd dulcedinis: si dulce qcq̃ opus fuerit depro re. Rogas. interrogas. nũ hæc hẽat. Murinã passum defrutu;. Pl. in. iii. fabius dosennus his uersib⁹ decreuit. Mittebã uinũ pulchrũ myrinã: panẽ & polẽtã: uinũ myrinã. et i acharistõe scȩuolã quoq;: & lȩliũ: & ateiũ capitonẽ i eadẽ snia fuisse uideo: qm̃ i pseudolo: sit: qđ si op⁹ ẽ: ut dulce pmat: idẽ: ecqd hẽat roga murinã: passũ: defrutũ: mella. qbus appet: nõ iter uina mõ murinã: s; iter dulcia quoq; noiatũ. Fe. muria genus potionis: q̃ græce dr̃ νεκ ταρ. hãc mulieres uocabãt muriola;: qdã muriatam: uinum quidam id dici putant ex uuę genere murinæ nomine. No. lotã confectæ potionis genus grãdȩuis aptũ. Varro de uita patrũ in primo: antiq̃ mulieres maiores natu bibebãt lotã: aut sapa;: aut defrutũ: aut passum. quã murinam quidẽ Plau. appellare. putat.


Sapa quid sit.

Sapa quod nũc mellitum dicimus mustũ ad mediã partẽ decoxerãt. Defrutu; si ex duabus ad tertiã redegerãt de feruefaciendo. Passum. Varro de uita patrũ. passum noiabãt: si in uindemia uuam diutius coctã legerẽt: eãq; passi essent in sole aduri. Moriolã. Var. de uita patrũ: uino addito passo lotam uocare cœpere: murilã noiabant: qđ ex uuis expressum erat passum ad folliculos reliquos: & uinatia eã dicebãt sapã. Mellitũ mel. i. aliis rebus ammixtũ. Quoiusmodi. cũ admiratione legendũ. i. eiusmodi. cuiusmodi dicere nõ quçã. Instituere quõdam cœpit thermipoliũ. i. apotecã: ubi callidæ uenderẽtur potiones: ueluti supra quoq; diximus: & i curgulione: cum de græcis locutus inqt. Quos semper uideas bibẽtes esse in thermipolio: ubi qd subripuere: operto capitulo: calidũ bibũt. Ita igit legẽdũ potius existimauerim: q̃ ut qdã cẽsent monopolio. i. ubi unus dũtaxat uendat. In re aduorsa. ubi res aduorsæ. sit ne sese uortere. Turbo nõ æq; citus est: Turbo q̃nq; uiri propriũ: sed tũ genitiuus ẽ turbonis. Hora. Turbonis in armis. Cũ aũt gtũs turbinis duo sigñt: quẽ græci trochũ uocãt a currẽdo nomẽ habẽs. quo lusitãt pueri. & quẽ gręci tiphonẽ dicũt: nẽpe uentũ austerissimũ: qui q̃nq; subuertit nauigia & radicitus ɔuellit arbores: sicut & ecnephias. Dubiũ ergo est: num p turbinẽ uentũ: an throcũ dicat. Ecquid argutus est. nũquid acutus ad inuestigãdum. nam inde sunt argumẽta.

Arguere quid sit.

Arguere eni acute ostẽdere. Nã & argutu; ẽt stridulum. Virg. Arguto cõiunx percurrit pectine telas: & argutũ breue. Plebescitũ: non equæ scitũ est: q̃ plebs legẽ sciuit plebescitum dictũ: a plebe

Car. Vsq; a cunabulis. Ps. manuleatã tunicã hẽre hoiem decet.
Ecquid habet is homo aceti in pectore? Car. atq; accidissumi.
Ps. Quid si opus sit, ut dulce pmat ididẽ, ecqd h;? Car. rogas?
Murrhinam, passum, defrutum, mellinam, mel quoiusmodi.
Quin in corde instruere quondam cœpit œnopolium.
Ps. Euge pellepide Charine, me meo ludo iam beas.
Sed quod nomen esse dicam ego isti seruo. Car. Simiæ.
Ps. Scit ne in re aduorsa uorsari? Car. turbo nõ æque est citus.
Ps. Ecquid argutus est? Car. malorum facinorum sæpissume.
Ps. Quid quom manifesto tenetur? Car. anguilla st, elabitur.
Ps. Ecquid is homo scitus? Car. plebiscitũ non æque scitum est.
Ps. Probus homo est, ut prædicare te audio. Car. imo si scias
Vbi te aspexerit, narrabit ultro quid esse uelis.
Sed quid es acturus? Ps. dicam, ubi hominem exornauero,
Subditicium fieri ego illum militis seruom uolo.
Symbolum hunc ferat lenoni cum quinq; argenti minis.
Mulierem ab lenone abducat, hem tibi omnem fabulam.
Cæterum quo quicq; pacto faciat ipsi dixero.
Car. Quid nunc igitur stamus? Ps. hoiem cũ ornamẽtis oĩbus
Exornatum adducite ad me, iam ad trapezitam Æschinum.
Sed properate. Car. prius illic erim⁹, q̃ tu. Ps. ergo abite ocyus
Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit,
Nunc liquet, nunc defecatum, si cor mihi nũc per uiam est,
Omnes ordines sub signis ducam, legiones meas
Aui sinistra, auspicio liquido, atq; ex sententia
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.
Nunc ibo ad forum, atq; onerabo meis præceptis Simiam,
Quid agat, nequid titubet, docte ut hanc ferat fallaciam.
Iam hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit lenonium.



TERTIVS ACTVS.

Puer.

QVoi ſeruitutem di danunt lenoniam
Puero, atq; eidem ſi addunt turpitudinem,
Næ illi, quantum ego nunc corde conſpicio meo
Malam rem magnam, multaſq; ærumnas danunt.
Velut hæc mihi euenit ſeruitus, ubi ego omnibus
Paruis magniſq; miſeriis præfulcior,
Neq; ego amatorem mihi inuenire ullum queo,
Qui amet me, ut curet tandem nitidiuſcule.
Nunc huic lenoni eſt hodie natalis dies,
Interminatus eſt a minimo ad maxumum,
Si quis non hodie munus miſiſſet ſibi,
Eum cras cruciatu maxumo ſe præbitere,
Nunc ſcio hercle rebus quid faciam meis.
Neq; ego illud poſſum, quod illi, qui poſſunt, ſolent.
Nunc niſi lenoni munus hodie miſero,
Cras mihi potandus fructus eſt fullonius.
Heu q̃ ille eſt hercle, ego etiam nunc ſum paruolus.
Atq; ædepol ut nunc male eum metuo miſer.
Si quiſpiam det, quoi manus grauior fiet,
Quãq; illud aiunt magno cum gemitu fieri,
Comprimere dentes uideor poſſe aliquo modo,
Sed comprimenda eſt mihi uox, atq; oratio.
Herus eccum recipit ſe domum, & ducit coquom.

a plebe enim & ſciſco fit plebeſcitum: ſicut quod ſenatus: ſenatus decretum: & ſenatus conſultum: quę tñ ita diſtinguitur ut Feſt. inquit. ſenatus decretũ a conſulto. Aelius gallus ſic diſtiguit: ut id dicat particulã; quãdã eſſe ſenatus conſulti: ut cum prouincia alicui decernitur: q̃ tantum ipſum ſenatus conſulti eſt. Scita autem plebei appellantur ea: quæ plebs ſuo ſuffragio: ſiue patribus iuſſit: plebei magiſtratu rogante. ¶ Subdititiũ: ideſt loco alteriꝰ poſitum nẽpe pro ſeruo militis. ¶ Omnes fabulam: ideſt rem omnem: quæ mihi foret memoranda. ita enim fabulam dixere ueteres a fando. unde natum ꝓuerbium: lupus eſt in fabula: quo Pla. Terentiuſq; utitur. Iuue. quoq;. It noua nec triſtis per cũctas fabula cœnas ¶ Nunc liquet: nunc defęcatum. Clarum eſt: ac ab omni fæce ſemotum. ¶ Omnes ordines ſub ſignis. a militibus ſumpta tranſlatio: ordines: imperia eorum: qui in magiſtratu: quo utitur ſępe Cicer. ſub ſignis ſub uexillis. ¶ Aui ſiniſtra. Nam ſæpe bonũ augurium putabant ueteres: auẽ a ſiniſtra: unde illud Virgil. Sępe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix. ¶ Hoc ipſuꝫ opidũ. Opiduꝫ dicit lenonis pulcaciã. ¶ SYMbolum genere maſculino ꝓtulit. ¶ Petaſus quid ſit uide in Amphitryone. ¶ Manuleatam tunicaꝫ i. manicataꝫ priſci hunc locũ adducẽs.

VGOLETVS ET GRAPA.

QVi ſeruitutem. iducitur puer: ut ex uerbis licet dieectari ſub lenõe meritorius: is cõqueritur: cuꝫ nihil habeat: qđ forte offerat die natali patrono ſuo: ne alicui tandeꝫ proſtituatur homini: qui magnum ei cruciatum afferat: ſed rei turpitudinẽ honeſtioribus uelat uerbis. ¶ Fructꝰ fullonis. Ideſt laborioſus: ſenſus enim eſt horum uerborum omnis: timet enim cum puer ſit: ne pedicetur a mentulato uiro.

SARACENVS

QVi ſeruitutem dii damnunt Puer ballionis q̃ritur: ſeruitutem ſuam apud ballioneꝫ miſeram: & infœlicem eſſe: ¶ Dii damnunt: ideſt ꝓbent. ¶ Turpitudinem. libidinis dicit intẽperantiam. ¶ Multaſq; ærumnas dãnunt. multas dant calamitates. Labor enim ingens: & uix ſuperabilis ẽrũna: unde & herculanas ærũnas dicimus. ¶ Præfulgior. præ cunctis: quaſi fulgore ſum inſignis. ¶ Curet tandem nitidiuſcule. Curam mei habeat: ut aliquantulum modo niteſcam: & eluceſcam. ¶ Interminatuſt. inter alios ſingulis minitatus. ¶ Fructus eſt fullonius: ut ita conculcer: ut fullones ueſtes ipſas.

VALLA.

Aerumna quid ſit.

SARA CENVS.

F Orꝝ coqnum. Hæc scæna tota plautina est: exea undiq; scatent facetię: ioci: & lepidissimi sales: Inducitur cũ lenone coquus: q scænã exhilarescit oẽm dictis iocularibus. ¶ Illi drachmis iissent. q̃si uiliori ꝓcio conducti: nã drachma trib⁹ constabat scrupul': scrupulus: q & obolus latine: sex siliqs conficiebat: siliqua uero oium minimũ habebat. ¶ Condita prata. Olera dicit: qbus patinas iplent. ¶ Boues cõuiuas faciũt. propt esum oleꝝ & herbaꝝ. ¶ Coriandrũ. Quod inter herbas ponit: semẽ eius aceto ꝑparatũ: & cu; sacharo pꝛohibet fumos ascẽdere ad caput: & cõfert dolori capitis: & ebrietati: nimius ãt eius usus malus. ¶ Feniculũ: qui grę co noĩe marathrũ dr̃: semen ei⁹ acuit uisũ: & opilationes apit: ꝑpea usus eius optim⁹ frigide ꝑsertim cõplexiõi. dñr serpẽtes usu eius delectari: ꝙ uisũ eoꝝ confortet: urinã & mẽstrua educit: lacq; in mamillis generat: ex Dioscoridis: & medicoꝝ snia. Alliũ. dictũ arbitrant: ꝙ olleat: cuius odorẽ sufferre tanq̃ inimicũ non põt ꝑ dus: ad multa ruris medicamẽta ꝓdesse credit. Pli. li. xx. allio magna uis: magnę ẽt utilitates cõtra aquaꝝ: & quorũlibet locoꝝ mutatões: serpẽtes abigit: & scorpiões odore: atq; ut aliq tradidere: & bestiaꝝ oĩu; ictibus medet: plura alia Pli. ¶ Atrũ olus. qđ ꝑ cõpositione olisatrũ: uocãt petroselinũ: qđ inter selini. i. apii genera ãnumerat: petroselinũ quasi petrariũ apiũ: a gręcis: & ab ipso quoq; Galeno smirinũ olisatrũ: qđ nos petroselinũ dicimus uocitatũ est. ¶ Rumicẽ. herbam odore gratissimam: est siluestris: & urbana: ut tradit Theophrastus in septio: siluestris gustu gratior q̃ urbana. s; succo acutior. quo ꝑcipue differãt: dr̃ cerã confici ex oĩum arboꝝ: satorũq; foliis: ꝑterquã ex rumice: & cheno pode. ¶ Brassicã. Quæ itẽ & siluestris: & urbana reperit: ut idem author ẽ theophrastus: cuius laudes exeq longũ esset: ut Pli. uerbis utar: cũ chrysippus medicus priuati uolumẽ: & dicauerit per singula mẽbra hoĩs digestũ: pythagoras quoq; & cato nõ ꝑcius celebrarint: inimicã autẽ uitibus: idẽ theophrastus dicit utpote inimicũ odorẽ fugiẽtib⁹: androcides exẽplo usus ẽ de brassicæ medulla cõtra uinũ confecta temulẽtia; posse ꝓpulsare: sexcẽtis annis ꝑditũ est ꝑpl'm romanũ brassica in medicinã usum fuisse. ¶ Betã: ẽ betis: siue beta: & nigra: & cãdida: ut author Pli. est: nec sine remedio est: utraq; ẽ: & siluestris: quã limoniõ uocant: alii neurodẽ: est holus uulgo notum: & comestibile: & hortensiorum leuissima: de hac meminit Dioscorides: Theophrastus. Galenus: & reliq. ¶ Blitum. Quod iners holus dicit a Pli. ac sine sapore: & acrimonia ulla: uñ conuiciũ fœminis apud menãdrũ faciunt mariti bliteas illas uocãtes. i. inutiles & minimi ꝑcii.

Marathrũ quid sit.

Brasica q̃ sit.

Ballio Leno. Cocus Puer.

F Orum coquinũ' qui uocant stulte uocant.
Nam nõ coqnũ est, uerũ furinũ est forum.
Nam si ego iuratus peiorem hoiem q̃rerẽ
Coquom, ñ potui, q̃ hũc, quẽ duco, ducere.
Multiloquom, gloriosum, insulsum, inutilem.
Quin ob eã rẽ Horcus recipere hũc ad se noluit.
Vt esset hic, qui mortuis cœnam coquat.
Nam hic solus illis coquere quod placeat, potest.
Co. Si me arbitrabare isto pacto, ut prædicas,
Cur conducebas? ba. inopia, alius non erat.
Sed cur sedebas in foro, si eras coquos,
Tu solus præter alios. Co. ego dico tibi,
Hominũ auaricia factus sũ iprobior coquos,
Nõ meopte igenio. ba. qua istuc rõne? Co. eloq̃r.
Quia eni quom extẽplo ueniũt cõductũ coquom,
Non illum quærunt, qui optumus & carissumust,
Illum conducunt potius qui uilissumust.
Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
Illi issent drachmis miseri, me nemo potest
Minoris quisq̃ numino, ut surgam, subigere.
Non ego item cœnam condito, ut alii coqui.
Qui mihi condita prata in patinis proferunt.
Boues qui conuiuas faciunt, herbasq; aggerunt.
Eas herbas herbis aliis porro condiunt,
Indunt coriandrum, feniculum, allium, atrũ holus,
Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum.

VALLA.

F Orꝝ coqnum. Vt abiens domo ballio in macellum ꝑstinatum esculenta: & coquum conducendu; nunc cũ eo colloqtur aliq̃ndiu: & is se cæteris ꝑfert coqs. In coqnaria re administrãda. ¶ Furinũ est forum. i. furibus refertũ. ¶ Inopia: subaudi alioꝝ. ¶ Ne illũ quærunt: ne exquirunt inqt eum. ¶ Solus obsessor fori. solus assedi in foro. ¶ Subigere: impellere: nã nauim dicimur subigere: cum aliquo eam impellimus. Virg. Non aliter q̃ qui aduerso uix flumine lẽbum: Remigiis subigit. ¶ Cõdita prata. i. herbas: q̃ passim in pratis inueniuntur. Prata quasi parata: ut ait Varro: ꝙ citra ullũ laborem humanum parentur. ¶ Atrum olus. qđ græci hipposelinum: & agrioselinũ. i. igens apium: siue agreste apium: altitudine eni reliquum superat apium. Vim habet: ut medici ꝓhibent: potũ in œnomelle ad mestrua citãda: & rigores febriles sedãdos: non mõ potum: sed ẽt illitu strãgurię opitulat: tam radix q̃ fructus. ¶ Brassicã. Qua Cato usus ẽ in multis ægritudinibus: ueꝝ hebetat uisũ: humorẽ gignit melãcholicũ. Duplex tñ est: una: quæ domestica: altera agrestis. Ciema ipsius domesticæ magis stomacho cõfert: & urinã cit. salsũ autem: stomacho iprobũ: & uentrẽ perturbat: eius succus crudus cũ iride & nitro potus aluũ mollificat. cũ uino potus læthalibus morsibus opẽ fert. Vt cum farina fœni græci & aceto: podagris: & artreticis. i. articularibus morbis. attractus ꝑ nares solus purgat caput. folia ipsius per se: uel subacta cum farina: aduersus oẽm inflammationem: & tumorem faciunt. Herisipelata: & lepras cum sale carbũculos curat: florem e capite capillorum retinent: coacta & mixta cum melle. Cruda autem mansa cum aceto lienosis prosunt. Decoctio: iusq; ipsorũ potum: aluum subducit: mestruaq; citat. Flos eius prohibet partum. Lentes absterget e corpore. Caulis eius uiridis ambustus cum radicibus: & ammixtus porcinæ adipi uetustatę: doloreq; laterum sedat: si loco superponatur. Est & tertia species: quã medici brassicã marinam uocant: q̃ gustu subsalsa: & amara est: stomacho improba. non dubium igitur: qui olitoriam intelligat brassicam. nempe q̃ in hortis sæminatur: q̃ cocta: & refrigerata: & recalefacta pnicio sa: unde uetus prouerbiũ: bis brassica mors. ¶ Beta; . hęc: uulgaris herba: unde & Persius: ꝙ haud deceat plebeia radere beta. Citat aluum & succus eius radices per nares attractus purgat caput. ¶ Blitum. olus est prorsus nihil habens commodi: nisi ad aluum modo citandam.

Furtiuũ qd sit.

Bis brassica mors

¶ LA serpicii

Eo laserpicii libram pondo diluunt.
Teritur sinapis scelerata cum illis, qui terunt
Priusq̃ triuerunt, oculi ut extillent facit.
Ei. homines cœnas sibi coquont, quom condiunt.
Non condimentis condiunt, sed strygibus,
Viuis conuiuis intestina quæ exedunt.
Hoc hic quidem homines tam breuem uitã colũt,
Quom hasce herbas hmõi i suũ aluũ cõgerunt
Formidolosas dictu, non esu modo.
Quas herbas pecudes non edunt, homines edũt.
ba. Quid tu, diuinis condimentis utere,
Qui prorogare uitam possis hominibus,
Qui ea culpes condimenta? Co. audacter dicito.
Nam uel ducenos annos poterunt uiuere,
Meas qui esitabunt escas, quas ego condiero.
Nam ego cicilendrum quãdo in patina scindidi.
Aut sipolindrum, aut me acidẽ, aut sane captidẽ
Eæ ipsæ se patinæ ferue faciunt illico.
Hæc ad neptũni pecudes condimenta sunt.
Terrestres pecudes cecimandro condio.
Aut paropside, ac atharathrio. Ba. at te iuppiter,
Diiq; omnes perdant cum condimentis tuis,
Cũq; tuis istis omnibus mendaciis.
Co. Sine sis loqui me. Ba. loqre, atq; i malã crucẽ,
Co. Vbi omnes patinæ feruent, omneis aperio.
Is odos dimissis pedibus in cœlum uolat.
Eum in odorem cœnat iuppiter quotidie.
ba. Odor dimissis pedibus? Co. peccaui insciens.
ba. Quid est? Co. quia dimissis manib⁹ uolui dicer.
ba. Si nusq̃ is coctum, quidnam cœnat iuppiter?
Co. It icœnatus cubitum. ba. i hinc in malã crucẽ.
Istaccine causa tibi hodie nummum dabo?
Co. Fateor equidem esse me coquom carissumũ.
Verum pro pretio facio, ut opera appareat.
Nunc quo conductus ueni? ba. ad furandũ quidẽ.
Co. An tu inuenire postulas quẽquam coquom,
Nisi sit miluinis aut aquilinis ungulis?
ba. An tu coquinatum ire quoq̃ postulas,
Quin ibi constrictis ungulis cœnam coquas?
Nunc adeo tu qui meus es iam edico tibi,
Vt nostra properes amoliri hinc omnia.
Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis.
Quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul.
Si hic quo progredietur, pariter progredimini.
Manum si protollet, & pariter proferto manum.
Suum siquid sumet, & id tu sinito sumere.
Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus.
Si iste ibit, ito stabit, astato simul.

SARACENVS

Laserpitiũ quid sit

¶ LASER picii. laserpiciũ græci silphiõ uocant: ut affirmãt strabo. in. xvii. & pli. in. xix. in cyrenaica ꝓuincia reptũ: cuius succũ uocant laser magnificum in usu: medicamẽtisq;: & ad põd⁹ argẽtei denarii pẽsu;: meminit de laserpicio theophrastus: solinusq;: quorꝫ dctã annotauimus in rudẽte: ubi Pla. rursus facit mẽtionẽ de laserpitio: ac magudari: & ibi: an syrpe legendũ sit authoritate soliniana ꝓbauimus. ¶ Sinapis scelerata. Cui⁹ tria gña memorat Pli. est. n. calida: & sicca in q̃rto gradu: ut Galenus: & Auicẽna tradiderũt: pythagoras sinapi principatum hẽre ex iis: quorꝫ in sublime uis ferat iudicauit: q̃m non aliud magis in nares: & cerebrũ penetret: usus ei⁹ ad multas ęgritudies utilis: & ẽ ex medicinis aꝑientibus collatori opilationes sensus & sternutamẽta capitis purgat: dat suspiriosis: & comitialib⁹ tepidum cũ succo cucumerum. menstrua & urinã ciet: stomacho utilissimũ contra oia uitia: pulmõibusq; uide Pli. reliq̃ proseq̃ntem: dixit aũt sinapi sceleratã: q̄ odorata lachrymas suscitet magna ei⁹ acrimonia cerebrũ infestãte. ¶ Ei. ꝓ hi. ¶ Strigib⁹. Sũt striges aues nocturnæ: de q̄bus Luca. qđ tepidus bubo: qđ strix nocturna q̃runtur. herbas. n. & olera: q̃s memorauit nõ esse cõdimenta: sed striges: iõ dixit: q̄a sumptæ dolorẽ: & cruciatũ magis itestinis afferãt q̃ nutrimẽtum. ¶ Hoc. ob hoc: ꝓpea. ¶ Cicilendrũ. & sipolindrũ mecidẽ: & scandicẽ: & alia memorata sua cõdimenta subdit iocose coquus: qui oia confingit: & nugat: tanquã derisiculã rem: & iocosam: non autẽ seriã narraturus: ut alias sępe Pla. ¶ Ad neptuni pecudes. pisces. pecudes ꝓ piscibus posuit: Lucillius: multęq; natantes squamigere pecudes: Horatius quoq; oẽ cũ proteus pecus egit altos: uisere montes. ¶ Dimissis manib⁹. Corrigit erratu;: q̄a cũ uoluisset dicere dimissis manib⁹. i. inferis: ꝓ manibus pedib⁹ dixit: & est iocosa allusio ad nois sigñatu;. ¶ Miluinis: aut aq̄linis. Na; hmõi uolucres rapto uiuũt. ¶ Tu q̄ meus es. puerũ monet: ne unquã discedat a coquo. ¶ Amoliri. parari. ¶ Conq̄niscet: caput iclinabit: de quo uerbo in cistellaria: & alibi fctã est mẽtio. ¶ Tu medea peliã. Fabula ẽ medeã suis ueneficiis ex sene iuuenẽ pelia; reddidisse: sed qđ ad historiã attinet: hoc ẽ medeã a mr̃e hecate: a sororeq; circe ueneficia edoctã: plura suis ueneficiis: & carmibus effecisse: ob q̃ non tm̃ gentes in stuporẽ adduceret: uerꝫ ẽt ꝑsuaderet uitã: & fœlicitatem hoibus ꝑbiturã: cunq; ad peliã regem thessalię ꝑuenisset: ut fides ei hẽret: effecit primũ ut cana cu; oibus uideret: & senior anus corpe rugoso. qđ q̄busdã medicaminib⁹ prius effecerat in cõspectũ regis herbarꝫ uiribus in priorẽ ætatem restituta est: ita ꝑstigiis suis oculos oium ꝑstringebat: ut uera ea eẽ uiderent: arietem quoq;: q̄ domi mł̃tis ãnis nutrit⁹ erat: in frusta diuisũ: & i cocobũ decoctũ q̄busdã uenenis uisa ẽ in agni speciẽ eduxisse: ob q̃ tanta fides medeæ hita est: ut q̃ facillime filiab⁹ pelię regis ꝑsuaserit: p̃rem eẽ interimendũ in uaseq; ęneo coq̄ndũ: ut rursus suis medicamẽtis illũ iuuenili ętati restitueret: pelia itaq; a filiab⁹ interẽpto: fert medeã sup culmẽ regiæ ascẽdisse cũ lãpade: signũ q; iasoni: & argonautis: q̄ id expectabant in littore extulisse: illi igne e specula cõspecto factũ: qđ erat existimãtes: urbẽ aggressi sũt: uigilib⁹ qui obstiterãt interfectis: atq; tãdẽ urbe: & iperio potiti sũt: sed plib⁹ historiam ꝑseq̄tur Diodorus in q̄nto. ¶ Prædo in proxio. Pseudolũ dicit: a quo maxime sibi cauendum erat.

Medeæ fabulam

¶ EO laserpicii. solinus: apud cyrenenses ꝑterea syr pegignit: odoratis radicib⁹: uirgulto herbido magis q̃ arbusto: cui⁹ e culmo exudat æstatis tp̃e pingue rosidu;: idq;

VALLA.

Si conquiniſcet, conquiniſcito ſimul
Item diſcipulis his prius cuſtodes dabo?
Co. Habe modo animũ bonũ. Ba. quæſo qui poſſim, doce,
Animum bonum habere, qui te ad me adducam domum.
Co. Quia ſorbitione faciam ego te hodie mea
Item, ut Medea Peliam concoxit ſenem,
Quem medicamento, & ſuis uenenis dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum,
Item te ego faciam. Ba. eho an tu etiam ueneficus?
Co. Imo ædepol uero hominum ſeruator magis.
ba. Hem mane quanti iſtuc unum coquinare perdoces?
Co. Quid? ba. ut te ſeruem, nequid ſurripias mihi?
Co. Si reddis nummos mihi meos, ne metuas quidem.
Sed utrum amicis hodie, an inimicis tuis
Daturus cœnam? ba. pol ego amicis ſcilicet.
Co. Quin tu illos inimicos potius, q̃ amicos uocas?
Nam ego ita conuiuis cœnam conditam dabo
Hodie, atq; ita ſuauiter conditam,
Vt quiſq; quicquid conditum guſtauerit,
Ipſos ſibi faciam ut digitos prærodat ſuos.
ba. Quæſo hercle priuſq̃ quicq̃ conuiuis dabis,
Guſta tute prius, & tuis diſcipulis dato.
Vt prærodatis ueſtras furtificas manus.
Co. Fortaſſe hæc tu nunc mihi non credis, quæ loquor.
ba. Moleſtus ne ſis nimium, iam tinnis non places.
Hem illic ego habito, intro abiſis, & cœnam coque
Propere. Co. quin is accubitum, & conuiuas, cedo,
Corrumpitur iam cœna, hem ſubolet ſis uide,
ba. Iam hic quoq; ſceleſtus eſt coquos, ut hinc conicio.
Profecto quid nunc primum caueam neſcio.
Ita in ædibus ſunt fures, prædo in proxumo eſt.
Iam mihi hic uicinus apud forum paulo prius
Pater huius Calidori opere fecit maxumo
Vt mihi cauerem a Pſeudolo ſeruo ſuo.
Neu fidem ei haberem, nam eum circumire in hunc diem,
Vt me, ſi poſſet, mulier interuorteret,
Eum promiſiſſe firmiter dixit ſibi,
Seſe abducturum a me dolis phœnicium.
Nunc ibo intro, atq; edicam familiaribus.
Profecto ne quis quicq̃ credat Pſeudolo.

paſcentiũ hircoꝝ inheret barbulis: ubi cũ areſactũ inoleuit guttis ſtyriacis legit̃ ad uſum mẽſaꝝ, uel medelę magis. dcm̃ ẽ primũ lac ſyrpiũ, qm̃ manat in modũ lactis. deĩde uſu deriuante laſſerpiciũ no minatum. ⁋ Diluũt: diſcutiũt: & aliis mi ſcẽt rebus. Perſ. Diluis elleboꝝ certo com peſcere pũcto. ⁋ Terit̃ ſinapis. dr̃ & ſina

Sinapis ꝓprietas

pi: & napi: & ide ſinapiſm⁹: quo medici utunt̃ ad totũ corpus purgandũ: ſucc⁹ ſi napis cũ hydro melle aſpitati arteriaꝝ medet̃: & tõſilis medet̃ gargarizando: ci tat ſternutamẽta: comitiali confert mor bo: cõfert iſchiadicis: & lienoſis: ac ꝓrſus oĩ dolori: ubi opus fuerit ad cute; fũdit⁹ leuare qppiã: faciẽ purgat. alopeciis & lepris cõfert cũ melle: uel adipe: ſ; ĩpetigi ni: & lepris cũ aceto. Cũ ficu ãt impactũ auriculæ auditui ꝓdeſt: ſonituſq; ammo uet auriũ. Ei⁹ ſuccus cũ melle uiſũ acuit. ⁋ S; ſtrigib⁹. ſtrigẽdo: & lacerãdo ĩteſti na. Qui ꝓrogare. lõgius ꝓducere. ⁋ Cici lendrũ. forte melius duo uerba: ut ſit cici .i. galla. & lindũ: nã lindũ ponit athene us ad ſapores cõcinãdos cũ myrrha: cala mo: ſtyrace: & barro. ⁋ Qũ in patina ſci ſcidi. ita ueteres ſcido fecerũt ꝑteritũ; iõ adhuc pria ſyllaba corripit̃. ⁋ Ad neptu ni pecudes condimenta ſunt. i. ad piſces. ⁋ Atq; terreſtriũ. i. uitã agentiũ in terra. ⁋ Ois opio. oẽs tego: ne qd ſpurci in eas cadat. ⁋ Cecimãdro cõdio aut paropſi

Paropſis quid ſit

de. ſpẽs uaſoꝝ ſũt. paropſidẽ poſſumus accipe: quam ẽt ſcutellã dicimus. Cic. in q̃õnibus tuſcul. Collocemus in culcitra plumea: pſaltriã adducamus: cedricũ in cedamus: demus ſcutellam dulciculæ po tiõis aliqd: & Iuu. Multa: magnaq; paro pſide cœna: a para ꝑpõne: & opto: uñ ob ſoniũ dictũ: q̃ſi eduliũ dicas. ⁋ Niſi milui nis: aut aqlinis ungulis. adũci enim ſunt haꝝ auiũ ungues. Aduertendũ rurſus: q; ungulis: non unguiculis dixit. ⁋ Tu q meus es. ſuũ alloqtur ſeruũ. ⁋ Properes ãmoliri: feſtines a ꝓſpectu huius amoue re. ⁋ Quo gradiet̃. i. in aliquẽ locũ greſ ſu; tulerit. ⁋ Teneto altriſecus. i. ab alte ra pte. ⁋ Si cõquiniſcet. i. iclinabit. Priſ. Vnũ inuenit̃ in ſco deſines uerbum apud

Cõgniſco quid ſit

uetuſtiſſimos: cuius ꝑteritũ inxi ꝓtulerũt: teſte capro. conqniſco conquæxi. Eſt aũt cõquiniſco caput inclino. Põponius i uac ca: uel marſupio ait: ſimul introueni: ac ceſſi ad pr̃em: prendi manum in terra: ut cubabat nuda ad eũ: ut conq̃xi interi mu lieres cõſpiciunt. ⁋ Vt medea peliã recoxit ſenẽ: ſecuta iaſonẽ medea: ut Diodorus author ẽ in theſſaliã cum uellere aureo ad peliã regẽ medicamẽtis ſuis ſe uetulã fœdã uideri dedit. pſuadẽs: ut oẽs ita peliæ filias poſſe a ſenectute in iuuẽtutẽ reparare: cũq; in cocobũ ueruecẽ imiſiſſet: agnũq; eduxiſſet: dixiſſentq;: cur ſe ex uetula in iuuenilẽ ętatẽ nõ reduceret: id quoq; egit. ãmotis nãq; pigmẽtis: qbus uetula appebat: puella euaſit. pelię filię idẽ arbitratę pr̃i ſuo poſ ſe fieri pr̃em cocobo ãpliſſimo imerſũ concoxerũt. Interi ut ſtatuerat medea: e ſublimi tecto face iaſoni ſignũ dedit: ut noctu ſubiret urbẽ: atq; ita potit⁹ iperio ẽ. Hic tñ coquus ab eo qđ medea pollicebat̃ ait ad iuuenilẽ reparatũ eſſe ętatẽ. recoxit ãt ſenẽ dixit. i. a ſenili ætate reuocauit id. n. re ꝑpoſitio ualet. nã coctũ uetus dixerũt ueteres. Hor. in ſer mõibus. Plęrũq; recoctus ſcriba ex qnq; uiro. Seruius quoq; ſup illo Vir. & robore cocto. Aut ãtiquã haſtã fuiſſe ſi gnificat: nã multi tpis aliqd coctũ uocam⁹. Ita pſi. Vt ramale uetus ꝑgãdi ſubere coctũ. ⁋ Iſtuc unũ me cognare. hoc inqt qđ nũc cognas apđ me: q̃nti mihi cõſtiterit. ⁋ Vr̃as furtificas man⁹. i. ad furtũ iſtructas. ⁋ Muliere iteruorteret

.i. auferret



QVARTVS ACTVS.

Pseudolus Seruus. Symia Sycophanta.

SI unq̃ queq̃ Di immortales uoluere esse auxilio
Adiutũ, tum me, & Callidorum seruatum esse uolũt,
Et lenonem extictũ, quom mihi adiutoré genuere te
Tã doctũ hoiem atq; astutũ, sed ubi illic ẽ? sũ ne ego
Homo insipiens qui nunc hæc mecum ego met loquar solus?
Dedit uerba mihi hercle, ut opinor, uæ mihi, malus cum malo
Stulte caui, tum pol ego interii, homo si ille abiit,
Neq; hoc opus, quod uolui, ego hodie efficiam, sed uideo
Eccum uerbeream statuam, at ut magnifice infert sese.
Hem te hercle ego circũspectabam, nimis metuebam, male
Ne abiisse. Sy. fuit meum officium fateor, ut id facerem.
Ps. Vbi restiteras? Sy. ubi mihi libitum ẽ. ps. istuc ego sat scio.
Sy. Cur ergo quod scis, me rogas? ps. at hoc uolo monere te.
Sy. Moned'ne me moneat. ps. nimis tãdé ego abs te cõtẽnor.
Sy. Quid ni ego te contemnam, stratioticus homo qui cluear?
ps. Iã hoc uolo qđ cœptust agi. Sy. nũqd agere aliud me uides?
ps. Ambula ergo cito. Sy. imo ociose uolo. ps. hæc ea ẽ occasio,
Dũ ille dormit, uolo ut prior tu occupes adire. Sy. quid ꝑpas?
Placide, ne time, ita ille faxit iuppiter ut ille palam ibi
Dentiat quisquis ille est, qui adest a milite, ut nunq̃ ædepol
Erit ille potior harpax, q̃ ego, habe modo animum bonum.
Pulchre hanc ego explicatam tibi rem dabo, sic ego illũ dolis
Atq; mendaciis dabo in timorem militarem aduenam,
Ipse sese ut neget eum esse, qui siet, meq; ut esse autumet,
Qui ipsus est. ps. q pt? Sy. occidis me, cũ istuc rogitas. ps. o ho
Lepidũ, te quoq; etiam dolis, atq; etiã mẽdaciis (minem
Iuppiter mihi seruet. Sy. imo mihi sed uide an ornatus hic
Me satis cõdecet? ps. optume habet. Sy. esto. ps. tantũ tibi bõi
Di immortales duint, quantum tibi optes, nam si ego
Exoptem quantum dignus, tantum dent, minus nihilo est.
Neq; unq̃ ego hoc homine quenq̃ uidi magis malum,
Et maleficum. Sy. tum id mihi? ps. taceo, sed ego quæ tibi
Dona dabo, & faciam si quidem hanc rem accurassis sobrie?
Sy. Poti ut taceas? memoré imemoré facit, q monet qđ memor
Meminit, teneo, omnia in pectore condita sunt, meditati

.i. auferret mulierẽ eaq; me priuaret. ¶ Quicquã credat. i. ne fidei ei⁹ cõmittat aliquid.

¶ FERuent: hñt antiq codi. & ñ feruũt: ut Pius legit. ¶ Tu q me⁹ es: iã edico tibi: ita hñt codi. antiq: & sic magis sniæ cohęret: q̃ me⁹ es a me: ut cõmetatur Pius. ¶ Cõcoxit: ex antiqs codi. & metri necessitate: ñ recoxit: ut Pius legit cõtra legẽ carminis. ¶ Rursus metri necessitate: ñ rursum: ut Pius legit. ¶ Mihi ex codi. antiquis: non nimis: contra sententiæ concinnitatem.

VGOLETVS ET GRAPA.

SI unq̃. interim simul cõuenerãt pseudolus: & simia sicophãta: collocutiq; sunt: quo pacto lenonẽ doł agãt: lætatur ergo pseudolus: nactum ẽẽ hoiem ad fallẽdũ aptũ: s; dũ loqtur ille e cõspectu se paulũ surripuit. ¶ At hoc uolo monere. Loqtur pseudolus. ¶ Stratiotic⁹. Militaris: quo hitu erat idut⁹: ut famulũ militis mẽtirẽ. ¶ Cluear. sim. ¶ Dum ille dormit. s. harpax militis seru⁹: q supra in ꝓximã tabernã diuerterat. ¶ Qui adest a milite. i. a milite missus ẽ. ¶ Mihi obtrudere ñ potes palpũ. Vt mihi. s. blãdiri & adulari sinã: palpũ. n. blãdimẽtũ & adulationẽ itelligim⁹: nã palpari blãdiri: & palpatores adulatores. ¶ Hiscũt. Apiunt. Lenonẽ euomũt. Quia tunc foras exibat. ¶ Cãcer solet. Cui⁹ natura ẽ in trãsuersũ ire: ac retrocedere. ꝓpea cancrũ cæleste signũ dicũt astronomi: qa in eo exñte sole: retrocedit sol: & se cõuertit ad inferius hemisperium.

SARACENVS.

palpu; qđ sit

SI unq̃ queq̃. Pseudolus simiam sycophãtã in dolos istruit: ut ballione; adeat: ipsũq; phænicio circũuẽiat. ¶ Malus cũ malo. ego cũ simia nõ satis mihi caui. ¶ Verbereã statua;. i. dignã uerberib⁹: qppe q̃ ita me illuserit. ¶ Vt magnifice ifert sese. magnifico accedit apatu. ¶ Stratiotic⁹ hõ. i. q effect⁹ sim iã militaris: q serui militis uices gero. ¶ Cluear censear. ¶ Volo qđ occeptũst agi. qđ negociũ icepim⁹ ꝓseq. ¶ Dũ ille dormit. Donec hapax cacula i diuersorio qescit. ¶ Qui põt: quo pacto: qđ polliceris fieri pt. ¶ Satis cõdecet. i. an satis militaris uideať. ¶ Tun id mihi: subsanãdo hoc ꝓnũciandũ ẽ: ut uult⁹ sẽsũ adiuuet. ¶ Meditati sunt doli docte. Passiue meditati sũt: q̃. n. nũc deponẽtia uerba olim oia fuere cõia. ¶ Istuc aliis dare cõdidici. Blãdimẽta inqt ista tua tibi teneas: aliis ipse obiicere soleo. ¶ Obtrudere nõ potes palpum. obiicere mihi non potes adulatiõem: palpare est uerbis: manuq; mulcere quempiam: ac etiam muneribus. Iuue. Quem munere palpat: carus. Inde palpo palponis.

VALLA.

Palpaŕ qđ sit.

Persius. Ius habet ille sui palpo: quem ducit hiantem: cretata ambitio: & palpum palpi blandimentum: ut hic. ¶ Pulpamentis: idest e carne condimentis: quod dentibus pulsetur pulpa dicta. ¶ Aedes hiscunt. diducuntur: aperiuntur. Hiscere & enim ab hio hias: & iteratiuum ito itas: idest rictum diduco: unde & hiscere loqui modo aliquid. Iuue. Si quid tentaueris unq̃: hiscere. ¶ Nõ prouersus: idest recta uia aduersus lenonẽ: sed transuersus it. ¶ Quasi cancer solet, ut solitus est cancer incedere.

VGOLETUS ET GRAPA. ¶ VERbereã statuã: hoĩem nihili occalosum: dignũ uerberibus: & flagris: ut mastigia. Et hinc hñr Grapaldi q̃da; quasi scholia rogatu ipressoris tumultuarie inter formandũ adscripta: omissis q̃ntũ fieri potuit: q̃ in cõmentariis hẽbant. Cluear: nominer: sim: cluet inq̃t Nonius nominat ex ueteribus: cluo pugno: uñ cluacina uenus. ¶ Stratioticus. stratiotis miles. unde Stratioticos passim lancearios

Sũt doli docte. ps. pb' ẽ hõ. sy. neq; is est pb', neq; nego.
Ps. At tu uide ne titubes. Si. potiꝰ ut taceas? Ps. ita me di ament,
Sy. Ita ñ faciet, mera iã mendacia fũdis. Ps. ut ego ob tuam
Simia perfidiam te amo, te metuo, te magnifacio.
Sy. Ego istuc aliis dare condidici, mihi obtrudere nõ potes
Palpũ. ps. ut ego te hodie accipiã lepidẽ, ubi effeceris hoc op'.
Sy. Ha ha he. ps. lepido uictu, unguentis, uino, & inter pocula pulpamentis
Ibidem aderit mulier lepida, sauia super sauia
Quæ det. Sy. lepide accipis me. ps. imo si efficis, tũ faxo magis
Dicas. sy. nisi effecero, cruciatu me accipito carnufex.
Sed propera mihi monstrare ubi sit lenonis ædium
Ostiũ. ps. tertiũ hoc ẽ. sy. tace ædes hiscũt. ps. credo aio male
Aedibꝰ. sy. qd iã? ps. qa ædepol ipsũ lenonẽ euomũt.
sy. illicine est? ps. illic ẽ. sy, mala merx est. ps. illuc sis uide
Non prorsus, uerum ex transuerso cedit, quasi cancer solet.

q̃stres uocant: Stratinꝰ militaris Iouis cognomẽ in ponto circa Heracleã: est & stratiotis herba militaris dc̃a in colib' nascẽs: strategꝰ dux exercitus. ¶ Dentiat: dẽtes emittat: ut supra in milite: Dẽtiant: dẽtes emittere icipiãt: uñ dentitio: & dentiẽtes puelli Pli. & aliis. ¶ Harpax: q rapit: græci harpaze in nñi rape dicunt: uñ harpagones harpyię & Plau. ipsi sępe harpagatꝰ harpagauit: raptus & rapuit: Duint dederit: ut in captiuis. Duis duas hẽ sigñatiões: nã & p dir ponebãt: & p dederis: Fest. ¶ Palpũ: adulationẽ blandimentũ: ut Palpo adulator: in mercatore. Palpari inq̃t festus ẽ adulari: Palpare manu mulcere. ¶ Hiscũt: hiscere hiare est patere: Statius: uulnus hiat: hiscere loqui Acio: ut scribit Nonius: plus est autem hiscere q̃ hiare: ut sentit Diomedes ueteres hietare dixerunt: Laberius hietantur fores inquit pro eo: quod est hietant: id est patent. ¶ Prorsus ex codici. antiquis. Ex transuerso ex codicibus antiquis.

Harpax q dicatur

Hiscere q̃d sit

SARACENVS. MInus malum: Leno subsecutus coquum fuerat obseruaturꝰ ne qd domo surriperet: nunc domo exit: & i paratos icidit. ¶ Harpagauit. Surripuit. ¶ Cyathum. Poculum unde fit uerbu; cyathissare: idest uina poculo mistrare. ¶ Quotum has ędis legendu; arbitror quotas: has ædis dicit enim se rectissime uicũ tenere: sed quæ sit lenonis domus ignorare: uel sit tertia uel quarta: de angiportu satis dictum est in superioribus. ¶ S; eccum Certe dormitare uisi sunt: qui totiens Plau. emendandum susceperunt: & notiora præterierunt: loquitur hic sine controuersia simia: & rursus ad me adit loquitur ballio.

VALLA. MInus malum. Pseudolus in insidiis obseruat: quid agat simia cum ballione: simia quasi ignarus ballionem addit: quo facilius ipsum perducat in insidias. ¶ Nihil ẽt: dũ harpagauit. Du; syballica adiectio ẽ: ut nũ. tã. n. ueteres ẽt dũ ẽt nũ dixere. In freq̃ntiori tñ usu ẽt nũ: pſertim citra Cice. ętatẽ: iunioribusq;. Semel Vir. q̃tum memineri usus Celsus. Pli. & nõnulli alii freq̃ntius: harpagauit rapuit.

Ballio. pseudolus. sycophanta.

MInus hunc malum hominem esse opinor, q̃ esse censebam coquom.
Nam nihil etiam dũ harpagauit præter cyathũ, & cantharum.
ps. Heus tu nũc occasio est, & tempus. sy. tecum sentio.
ps. Ingredere in uiam dolis, & ego, hic in insidiis ero.
sy. Habui numeꝝ sedulo, hoc est sextum a porta proxumum
Angiportum, in id angiportum me deuorti iusserat.
Quotas ædeis dixerit, id ego admodum incerto scio.
ba. Quis hic hõ chlamydatuſt, aut uñ est, aut quẽ quæritat?
Peregrina facies uidetur hominis, atq; ignobilis.
sy. Sed eccum certo qui faciet mihi, quod quæro, certius.
ba. Ad me adit recta, uñ ego hoĩem hũc ẽẽ dicam gentium?
sy. Heus tu qui cum hirquina stas barba, responde q̃d rogo.
ba. Eho an nõ prius salutas? sy. nulla est salus mihi dataria.
ba. Nam pol hic tãtũdẽ accipies. ps. iã inde a pricipio pb'.
sy. Ecquem in angiporto hoc hominem tu nouisti, te rogo?

¶ Proximã angiportum. Vbi uię non sit exitus. ¶ Me deuortit iusserat. quasi sit a milite: ita loquitur. ¶ Quotas has ędis: idest num primam secundãue domum mihi incertum est. ¶ Ignobilis. abiecta: incognita. ¶ Adit recta: subaudi uia. ¶ Salus dataria: quam tibi uelim dare. ¶ Tantumdem accipies: quia ne tu quidem a me salutabere.

VGOLETUS ET GRAPA. ¶ ANgiportus iter cõpediariũ in oppido Fest. auctor: q̃si ãgustus portus. i. aditus i portũ. M. Varro sũdulæ a fundo: q exitũ ñ hẽnt: ac puiũ non ẽ: angiportũ: & id ãgustũ ab angẽdo & portu. ¶ Quotas scribendũ est: ut sit ordis nomẽ: ñ quoq; ut corrigit Pius: nullo cũ recto sensu: neq; quotas has: ut legẽdũ putat Sar. qa abundaret uersus. ¶ Hirquina barba: barbitio: hirquino denso: & crasso: qualẽ hircorum esse solet. ¶ Dataria: q̃ uicissim detur: ut datatim i uicem dando Plauto ipsi in curgulione: uel datariam dixit salutem: quę daretur: non diceretur.

Angiportꝰ quid sit.

Dataria q.

¶ Pauci

Ba. Ego met me. Sy. pauci istuc faciunt hoies, qđ tu pdicas.
Nam in foro uix decumus quisq; est, qui ipsus sese nouerit.
Ps. Saluos sũ, iá philosophat'. Sy. hoiem ego hic q̃ro malũ
Legirupá, impiũ, periurum, atq; improbum. Ba. me q̃ritat.
Nam illa sunt cognomenta mihi, nomé si memoret modo,
Quod est ei homini nomen? Sy. leno Ballico. Ba. sum ego,
Ipse ego sũ adolescens, qué tu quæritas. Sy. tu ne es Ballio?
Ba. Ego enimuero is sum. Sy. ut uestitus est perfossor parietum.
ba. Credo in tenebris, conspicatus si sis me, abstineas manum?
Sy. Herus me tibi salutem multam uoluit dicere.
Hanc epistolam accipe a me, hanc me tibi iussit dare.
Ba. Quis is homost qui iussit? Ps. perii, nunc homo in medio luto est.
Nomen nescit, hæret hæc res. Ba. quem hanc misisse ad me autumas?
Sy. Nosce imaginem, tute eius nomen memorato mihi,
Vt sciam ballionem te esse ipsum. Ba. cedo mihi epistolá.
Sy. Accipe & cognosce signum. Ba. oho Polymachæro placides.
Purus, putus est ipsus, noui, heus Polymachæro placides.
Sy. Placides est, scio iam tibi me recte dedisse epistolam.
Postq̃ Polymachæro placidæ elocutus nomen es.
Ba. Sed quid agit is? Sy. quod homo ædepol fortis, ac bellator probus.
Sed propera hanc pellegere quæso epistolam, ita negocium est,
Atq; accipere argentum actutum, mulieremq; emittere.
Nã necessest hodie Sicyoni me esse, aut cras morté exeq,
Ita herus meus est imperiosus. ba. noui, notis prædicas.
Sy. Propera pellegere epistolam ergo? ba. id ago si taceas modo miles lenoni ballioni
Conscriptam mittit Polymachæro placides imaginem
Obsignatam, quæ inter nos duo olim conuenit, & symbolũ.
Sy. Symbolum est in eplá. ba. uideo, & cognosco symbolũ,
Sed in epistola nullam salutem mittere scriptam solet?
sy. Ita militaris disciplina est ballio.
Manu salutem mittunt beneuolentibus.
Eadem malam rem mittunt maleuolentibus.
Sed ut occœpisti, perge opera experirier,
Quid epistola ista narret. ba. ausculta modo.
Harpax calator meus est, ad te qui uenit.
Tu ne is es Harpax? sy. ego sum, atq; ipse harpax quidem.
ba. Qui epistolá istam fert, ab eo argentum accipies.
Cum eo simul mulierem abs te mitti uolo.
Salutem scriptam dignum est dignis mittere.
Te si arbitrarem dignum, misissem tibi.
sy. Quid nunc? ba. argentum des, abducas mulierem.
sy. Vter remoratur? ba. quin sequere ergo intro. sy. sequor.

SARACENVS.

¶PAVci istuc faciunt: inter iocos seria imiscet. Plaut. nã hoc ex penitissimo philosophię pectore deprõptu; est: difficillimũ. n. est se ipsum nosse: cognitio hæc est oium difficillima: unũ illud est a sapiente thalete dictũ: sapienter forte cu; interrogaret: quid eēt difficillimũ: te ipsum nosce inquit. ¶ Hanc epłam. Quam supra pseudolus p dolum surripuerat a militis nuncio faciens ballionis atriensem. ¶ Purus putus: Ironice dictum. ¶ Notis: Idest his: q norunt: nã & q noscit notus dicit. ¶ Miles lenoni: Incipit epła. Expedier. Pro expedirier. ¶ Calator. Nuncius: calo enim a gręcis: a nostris uoco.

Difficile se ipsum cognoscere.

VALLA.

¶PAVci istuc faciũt hoies. subaudi: ut se cognoscãt. Ex oraculo. n. est cognosce te ipsu;. Iuue. e cœlo descẽdit. γνῶθι σεαυτόν. Platonis īterps in prio de legibus inqt. Quida; aiunt hoc pceptum Chilonis philosophi. alii autem labiis eunuchi iuuenis. Alii autem aiunt: q interrogante chilone apollinẽ: quid esset optimum: pythia rñderit: cognoscete ips;: qđ ipse quoq; Plato cõfirmat. ¶ Saluus su; philosophat. prouerbialr ab eo: q saluus sũ: saltat senex dicebat: ut in captiuis: dictũ est. ¶ Perfossor parietũ: qui ad furandũ paratus fodit parietes. ¶ Purus putus: putũ purgatum dixerunt ueteres: ut adhuc apud iuriscõsultos aurũ putilatum. Et alphenus iuriscõsultus: ut ẽ apud Aulũ gellium inqt: purũ putum ualde purũ: sicut nouũ nouitium: & ppium ppitium: augere atq; intẽdere uolẽtes noui: atq; pprii significationẽ. Non pbat Aul. Gellius simili tudinẽ. nouitiũ. n. dicit non magis nouũ: itaq; a putando putũ dici putat. i. nõ necessaria auferẽdo: & excidendo: relinqndoq;: q sit sine uitio: & pinde i carthaginẽ: si fœdere argentũ putum est dictũ: quasi exputatum: excoctũq;: oiq; aliena materia carẽs: emaculatũ: & candefactũ. ¶ Harpax callator. harpax propriũ: callator appellatiuũ ab eo: q calo. i. uoco di cũt græci. Latini calatorẽ nũtiũ: que; aliquo mittãt negocii obeũdi cã: uel uocãdi cã dixere. ¶ Vter remorat. Nũ ego te i exhibẽda pecũia: an tu me i tradẽda mlier.

puerbium antiquum

Callator q̃ dicatur

VGOLETVS ET GRAPA.

¶DECVmus: decimus: uñ decumani fluctus: decumana oua. Ego addendum ex codi. antiqs. ¶ Perfossor. Vecticularia uita Festo dr eorũ: q uectibus parietes pfodiũt alienos furãdi grã: Cato uecticulariã uitã uiuere repẽte: largiter hẽre repẽte nihil. ¶ Putus. p puro dicebat antiqs: festus auctor: & M. Varro: Vñ putatę arbores decisis ipedimentis puræ. Aurũ putum: expurgatu;: ratio putata: pura: facta. Aul. Gellius: Putum inquit argentum exputatum: excoctumq;: omniq; aliena materia carens omnibusq; ex eo uitiis detractis emaculatum: & cande factũ. ¶ Sicyoni: pelepõnesi ciuitas ẽ Sycyõ: officinarũ oium metallorũ pfia: teste

put?

Pli. a qua Sicyonii calcei:q̄ Sicyonia paꝶ uiriles:& delicatoꝶ:quos dicebat Socrates habiles q̄de:aptoſq; ubriq; ꝑ
Symboluꝫ — di:ueꝶ socrati nō conuenire. Symbolū. Signū de symbolis supra. Satis aūt cōstat anulū a priscis latinis angulū
græcis dactilō ab utriſq; postea symbolū appellatū:habet & cōdaliū ipsi plauto:& cōdulū festo:Symbola in re mi
Calator. — litari signa:q̄ dux dat militib⁹:symbola colactiōes:Calator:calatores dicebant serui a καλεῖν:q̄d est uocare:q̄a sēꝑ
ꝑ uocari posset ob necessitatē seruitutis:festus:Calonū uero ꝓprietas inq̄t Nonius hæc hētur:q̄ ligna militib⁹ submi
nistrēt κᾶλα.n.grçce ligna dn̄r:ut Homerus. Arbitrarē. Arbitrabūt Plauto ipsi in stico ꝑbiores uero arbitrabunt̄
ꝑbis narraueris.

SARACENVS — Eiorē ego hoiēꝫ.Hucusq; ex occulto obseruauit pseudolus simiā lenonti insidias dan tē. Cōparē. Sociū:& coæq̄lē meum:nā sicut pseudolus:q falsus seruus iterp̄tat:syrum se eē simulauerat ballionis seruū:sic sycophāta:simia se harpagā finxerat militis nuncium: iō ambo falsi cōpares:quo uerbo usus est Hora. in lib. carminū:& munia cōparis. Colligatis uasis:translatio a militibus q cum e loco abeunt colligūt uasa:oēmq; suppellectilē. uasis hoc loco ꝑ spiritibus cū corde manentibus. Victor sum. Deinde uidit simiam cum muliere exeuntem.

VALLA. — Eiorē ego hominem. pseudolus secum metuit:ne simia q̄q̄ cautissimus aliquo allucinet̄ mō:uel aduersū se conuertat. Metuo:& formido male:Metuo ne q̄d erret:formido ne q̄d mali aduersum me agat. In re scd̄a. ubi res uertit bn̄. Mihi obuertat cornua. Aduersum me se cōuertat. Si occasionē cœperit. si opportunitatē habeat. Hunc cōpareꝫ metuo meum. i. simiaꝫ:qui est mihi par in astu. Nimiū tarde egredit̄. Hoc solent auide expectātes:ut oia tarda uideant̄. Colligatis uasis:a militibus sūpta translatio:q mouētes exercitū uasa dn̄r colligar̄. Cor ergo inq̄t meū expectat:ut expeditus sū: si n̄ ducat mulierē:ut e corpore effugiat.

SARACENVS. — E plora. Solat̄ mulierē tanq̄ ad amatorē post pauxillū uenturā. Desedisti. Quasi deses fuisti. Retūsust:Pro retunsū est: nā dicimus aciē ferri retunsā cū saxo:ut alicui rei duriori repcutit̄. Occasionē reperisti:Scilꝫ remorandi:& in insidias hostiū deueniēdi. Gradib⁹ militariis. Vegetius militari gradu uigiti milia passuū:horis q̄nq;:dūtaxat ęstiuis cōficiēda sunt pleno aūt gradu:q citatior ē totidē horis. xxiiii. millia peragenda sūt quicquid addideris:iam cursus est:cuius spacium non diffinitur.

Grad⁹ militaris q̄ dicatur

Pseudolus.

Peiorem ego hominem, magiſq; uersute malum
Nunq̄ ædepol quenq̄ uidi, q̄ hic est Simia.
Nimiſq; ego illū hoiem metuo & formido male,
Ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit,
Ne in re secunda nunc mihi obuortat cornua
Si occasionem cæperit, nam cautio est
Qui sit malus, atq; ædepol equidem nolo.
Nam illi bene uolo, nunc in metu sum maxumo
Triplici modo, primum omnium iam hunc comparem
Metuo meum, ne deserat me, atq; ad hosteis transeat,
Metuo autem ne redeat herus etiam dum a foro,
Ne capta præda capti prædones fiant.
Quom hoc metuo, metuo, ne illic huc Harpax ueniat,
Prius hinc q̄ hic Harpax abierit cum muliere.
Perii hercle nimium, tarde egrediuntur foras.
Cor colligatis uasis expectat meum,
Si non educat mulierem secum simul,
Vt exulatum ex pectore fugiat meo.
Victor sum, uici cautos custodes meos.

Sycophanta. Pseudolus.

Ne plora, nescis ut res sit Phœnicium,
Verum haud multo post faxo scibis accubans.
Non ego te ad illum duco dentatum uirum
Macedoniensem, qui lenonem flentem facit.
Quoiam te uis esse maxume ad eum duco te.
Callidorum haud multo post faxo amplexabere.
Ps. Quid tu intus quæso desedisti? quandiu
Mihi cor retunsust oppugnando pectore.
Sy. Occasionem repperisti uerbero,
Vbi perconteris me insidiis hostilibus?
Quin hinc metimur gradibus militariis.
Ps. Atq; ædepol, q̄q̄ neq̄ homo es, recte mones.

VALLA. — E plora nescis:ut res sit phenitiū. Simia secū abducēs mulierē se ad militē abduci existimantē consolat̄. tarditatiſq; ab pseudolo arguit̄. Cuiā te esse uis. i. cuius cupis esse nēpe callidiori. Quæso desedisti. i. deses fuisti. Cor retusust oppugnādo pectore. Acies ferri alicui⁹ duræ alicui materiæ īpacta retūdit̄. Ita ergo & mucro cordis i pect⁹ subsultās retusus inq̄t ē. Hic metimur. i. abim⁹:acceleram⁹:quo gressū milites utunt̄:sed dixit gradibus militariis:Ergo nō mō militaris:& militare:sꝫ & militarius militaria. militariū.

VGOLETVS ET GRAPA. — VERsute uersuti:quoꝶ mētes ad malitiā uertūt: festus. Versutia:pītia:& calliditas hois:uersutiloq̄x Ciceroni: Versutos inq̄t Nonius non solū ad malitiā callidos:ueꝶ ēt peritos itelligi uoluit Plaut⁹ in asinaria:Nec magis uersutū:nec quo caueas ægrius. Cōligatis uasis:ut alio ituri solēt:colligere uasa:& uasis collectis:militū est cū abire uolūt:id ex Liuio & aliis historiographis satis liq̄t. Dentat⁹:qui dentes hꝫ:qui remordere p̄t:quiq; est magnis dentibus:ut aurit⁹ magnis aurib⁹:contra edētatus:edētulus. At Pli. quosdam inq̄t:& cū dentibus nasci: sic. M. Curius q ob id dentatus cognominat⁹ est. Macedoniēsis. Incola macedoniç:& inibi negociator:nō aūt macedo macedoni usue:nat⁹:& alitus in macedonia. Desedisti:ociosus morā traxisti:Militariis gradib⁹ citatis: Vegeti⁹:primis ergo meditationū auspiciis tyrōes militarē edocēdi sūt gradū:& mox:ut exercitio ābulare celerit̄ & ęqualiter discant.

Versut⁹ q̄ dicantur.

Dentat⁹ q̄ dicatur

Abs

Ballio Leno.

BAbæ nunc demum mihi animus in tuto eſt loco,
Poſtq̄ iſte hinc abiit,atq; abduxit mulierem.
Lubet nunc uenire Pſeudolum ſcelerum caput,
Et abducere a me mulierem fallaciis,
Conceptis hercle uerbis,ſatis certo ſcio
Ego perierare mauellem me milies,
Quam mihi illum uerba per deridiculum dare.
Nunc deridebo hercle hominem,ſi conuenero
Verum in piſtrinum credo,ut conuenit,fore.
Nunc ego Simonem mihi obuiam uenire uelim,
Vt mea lætitia lætus promiſcua ſiet.

Simo ſenex. Ballio Leno.

VIſo quid rerum meus Vlyſſes egerit.
Iam ne habeat ſignum ex arce ballionia.
Ba.O fortunate cedo fortunatam manum
Simo.Si.qd eſt?Ba.iam.Si.qdiam?Ba.nihil eſt,qđ metuas.
Si.Quid eſt?uenit ne hō ad te?Ba.nō.Si.qd igitur boni eſt?
Ba.Minæ uiginti ſanæ,ac ſaluæ ſunt tibi
Hodie,quas abs te inde eſt inſtipulatus Pſeudolus.
Si.Velim quidem hercle.Ba.roga me uiginti minas,
Si illic hodie illa ſit potitus muliere,
Siue eam tuo gnato hodie,ut promiſit,dabit.
Rogato obſecro hercle,geſtio promittere.
Omnibus modis tibi eſſe rem ut ſaluam ſcias,
Atq; etiam habeto mulierem dono tibi.
Si.Nullum periculum eſt,quod ſciam,ſtipularier
Vt concepiſti uerba,uiginti mnas dabin?
Ba.Dabuntur.Si hoc quidem igitur actuſt haud male,
Sed conueniſtin hominem tu?Ba.imo ambos ſimul.
Si.Quid ait?quid narrat?quæſo quid dicit tibi?
Ba.Nugas theatri,uerba quæ in comœdiis
Solent lenoni dici,quæ pueri ſciunt.
Malum,& ſceleſtum,& periurum aiebat eſſe me.
Si.pol haud mentitus eſt.Ba.ego haud iratus fui.
Nam quanti refert ei nec recte dicere,
Qui recti nihil faciat,quiq; inficias non eat?
Si.Quid eſt,qui non metuas ab eo?id audire expecto.
Ba.Quia nunq̄ a me abducet mulierem iam,nec poſt.
Meminiſtin obſecro tibi me dudum dicere
Eam ueniſſe militi macedonico?
Si.Memini.Ba.hem illius ſeruos huc ad me argētum attulit,
Et obſignatum ſymbolum.Si.quid poſtea?
Ba.Qui inter me atq; illum militem conuenerat.
Is ſecum abduxit mulierem,haud multo prius.
Si.Bonan fide iſtuc dicis?Ba.unde ea ſit mihi?
Si.Vide modo ne illic ſit contechnatus quippiam.
Ba.Epiſtola,atq; imago me certum facit.
Quin illam quidem iā in Sicyonem ex urbe abduxit modo.
Si.Bene hercle factum,quid ego ceſſo Pſeudolum

BAbæ: Lętatur leno propter abductam ab ſe mulierem: & receptam pecuniam. ¶ Promiſcua: Vel mixta: uel incerta:& inopinata. SARACENVS.

BAbæ nunc demum.ballio ſe ad militem exiſtimans miſiſſe mulierem:& uitaſſe pſeudoli inſidias: ſibi congratulatur.¶ Fallaciis conceptis. dolis:quos animo conceperit. Aut ordo eſt uerborum:conceptis hercle uerbis u: aduerſum me uerba concepit. ¶ Lætitia lætus promiſcua:ideſt tā ipſius q̄ mea. VALLA.

VIſo quid rerum. Cupit ſcire ſimō: quid egerit pſeudolus in lenonem: qui tandem illi ſit obuius uana læticia geſtiens. ¶ Signum ex arce ballionia: Alluſio eſt ad ballionis nomen:ideſt:an ipſum fefellerit:& propterea & expugnauerit:& dolis deuicerit. ¶ Venitne homo:Scilicet pſeudolus. ¶ Minæ ſaluę. Nam promiſerat ſimō pſeudolo:ſe daturum illi uiginti minas:ſi muliere lenonem falleret:& per fallaciam eam abduceret:cuius rei iam monuerat ſimo ballionem. ¶ Inſtipulatus. Per interrogationem ſtipulatus:nam ſupra fieri ſtipulationem diximus per interrogationem:utpote: promittis mihi te daturum uiginti minas:& ille reſpondebat:promitto:alioquin ſtipulatio rata non erat:ideo dicit roga me uiginti minas:quas ſe daturum leno promittit:ſi pſeudolus unq̄ fiat uoti compos. ¶ Ambo ſimul.ſ.pſeudolum: & callidorum. ¶ Contechnatus. ¶ Machinatus: techna enim dolus:ars:fallacia. SARACENVS

VIſo quid rerum meus ulyſſes ballio factus obuius ſimoni lætatur. quaſi ſe dolis pſeudoli ſubtraxerit. Simo quoq; ibi explicari uult:qua id fiducia dicat. ¶ Meus ulyſſes egerit:ideſt ſeruus meus pſeudolus:quem ulyſſi cōferendum dolis puto:ideoq; eum ulyſſem uocat. ¶ Habeat ſignum ex arce ballionia. Nam ulyſſes dolis troiæ arcem ingreſſus:occiſis cuſtodibus ſuſtulit palladium.nā ſignum ſtatuā quoq; dicimus. Hor. Centum potiore ſignis munere donat. Vlyſſi ergo pſeudolum conferens ait:Viſo ex domo ballionis: ideſt quod dicit ex arce ballionia. Habeat phœnicium id ſignū uocat. Inſtipulatus pſeudolus:ideſt per ſtipulationem: nempe per interrogationē promittendo:tu pſeudolo promiſiſti. Eſt etiam alia ſtipulationis ſpecies: quæ dicitur mortis cauſa ſtipulatio:quę ut antiſtius labeo ait:ita fit:ut morte promiſſoris confirmetur. Aut ut quidam dixerunt:cuius ſtipulatiōis mors fuit VALLA.

Signum qd ſit

causa. Rogato obsecro hercle. Vult enim legitimam esse stipulationem: & quia carere ambiguitate putat: quod cogitarit: ideo confidenter stipulatur. Habeto mulierem: subaudi phœnicium. Vt concepisti uerba: ut tu protulisti. Viginti minas dabin? hæc stipulationis interrogatio. Dabuntur promisso nil ergo deest stipulationi: quia intercessit nihil medium interrogationi: & promissioni. Nugas theatri. nugas: quę in theatris solent actitari. Nam quãti refert. Ac si dicat: nihil maledicere. qui malefacere non quęat. Ei uenisse: uenditam esse. Sit contechnatus quippiam. Ne inquit fabricarit aliquid pseudolus. diximus enim technas artes nominari a græcis omnes: sed a latinis malas: unde uerbum contechnor fecit. Det nomen ad molariam coloniam: idest pistor appelletur: ut in pistrinum mittatur: ut ibi in molẽdi labore sit perpetuo coloniam dicit locum: qui colitur. Non ædepol scio. propter illud interpositum ædepol. Iunctum est non cum scio: propterea quod si Ciceroni tradenti in oratore: non scio latinum: non est: pro quo nescio dicimus.

Facere, ut det nomen ad molariam coloniam,
Sed quis hic homo est chlamydatus? Ba. non ædepol scio.
Nisi ut obseruemus hic quo eat, aut quam rem gerat.

Techma qd sit

VGOLEATVS ET GRAPA.

DARE uerba: imponere: decipere: Terentius: at at inquit: data hercle uerba mihi sunt. ubi Donatus fraus facta interpretatur. Pistrinum: in quo pinsebant farra: quod qui exercebant pistores appellati: Varro de uita patrum. Nec pistoris nomen erat. nisi eius: qui ruri far pinsebat. Farinifici pistores dicti: postea placuit: & pistores eos nominare: qui panem faciebant: in pistrinum Serui id molas manuarias trudebantur. Instipulatus per promissione Dabin: dabis ne? respondet Ballio: Dabuntur. Ecce Stipulatio est per rogationem & sponsionem uerbis conceptis: ut Iureconsultus ostendit: dixerat enim Simo: Stipularier: ut concepisti uerba: Stipulor autẽ tam actiue quam passiue dicitur: teste Prisciano. Inde restipulor. Instipulor ipsi Plauto uarroni aliisque: astipulator: Festus: & cum spõdetur pecunia quod stipulare dicitur: a stipe. Venisse uenditam fuisse. Veneo notissimum uerbum est. Vnde &: Iuxta illud: neque stipulæ leuius pondus est: quam rides Lenonia. Cõtechnatus: technis: artibus: dolis deceptus. Techna ars: fallacia. Teren. Parmenionis tam scio esse hanc technam quam me uiuenti τεχνη gręcis ars: & disciplina. Vnde operis Galleni τεχνη titulus est. Technitis artifex Techno pęgnion Ausonio artis ludus. Calotechnius bonus: Cacotechnius malus artifex. Texitechnos plinio. xxxiiii. artis labefactator: siue: ut alii Cacizotechnos artis suæ improbator.

SARACENVS.

MAlus & neque. Seruos omnes arguit harpax desidiæ & nõ præstitæ diligentiæ quasi quod ipse non somniculose heri sui mandata facere cõsueuerit: is in tabernam diuorterat: & lungum somnum dormierat: huius aduentu patefiunt pseudoli insidię. Diu nomen seruitutis ferunt: quia propter eorum desidiam nunquam liberi fiunt: sed perpetuo in seruitute perdurãt. Nobilis: Notus.

VALLA

MAlus: & neque est homo. Harpax uerus a milite nũtius ad ballionem uenit: ut quinque minas dinumeret: phœnicium que abducat: putat autem ballio primum a pseudolo subornatum: & pinde aliquandiu hominem irridet. At tandem uerum dinoscitur: & se a pseudolo interuersum dolet: & simo quoque illudit ballioni. Malus & neque est homo. hęc in pseudolum iactantur: qui cum litteras: & simbolum accepisset: se ut promisserat ex taberna nõ acciuerit. Luxuriantur: luxuriose uiuunt. Lustrant: in lupanaribus uitam agunt. Improbis se artibus teneant. sunt enim artium aliæ liberales: aliæ męchanicę. Rursus alię bonę: improbę alię: quę a gręcis cacotechnię alię meteotechnię: idest superuacuę artium imitationes: quę nihil boni: nihil mali habeant: sed uanum laborem: qualis fuit illius qui grana ciceris ex spacio distante missa in acum continue: & sine frustratione inferebat: quę cum spectasset alexander donasse eum dicitur eiusdem leguminis modio. quod quidem pręmium fuit illo opere dignissimum. Improbas ergo artes dicit: quę ad hominum sunt excogitatę perniciem. His nunquam nobilis fui: apud hos semper incognitus. Mansi: expectaui: si acciret modo. Vt hoc pultem. subaudi hostium.

Artes multiplices

Harpax. Simo. Ballio.

MAlus & neque hõ est, qui nihili iperiũ sui heri seruos facit,
Nihili est autem, suũ qui officiũ facere est imemor,
Nisi adeo monitus, nam qui liberos esse illico
Se arbitrantur, ex conspectu heri sui si se abdiderunt,
Luxuriantur, lustrantur, comedunt, quod habent nomen diu
Ii seruitutis ferunt, nec boni ingenii quicquam in his inest,
Nisi ut improbis sese artibus teneant, cum iis mihi
Nec locus, nec sermo conuenit, iis nunquam nobilis fui.
Ego, ut imperatum est, & si abest, hic adesse herum arbitror.
Nũc ego illũ metuo, quom hic nõ adest, nec cũ adsiet, metuã.
Ei rei operam dabo, nam in taberna usque adhuc, fineret syrus,
Quoi symbolum dedi, mansi. ut iusserat, leno ubi esset domi,
Me aiebat arcessere, uerum ubi is non uenit, nec uocat,
Venio huc ultro, ut sciam, quid rei fiet, ne illic homo
Me ludificetur, neque quicquam est melius, quam ut hoc ostium
Pultem, atque aliquem euocem hinc intus, leno argẽtũ hoc uolo
A me accipiat, atque emittat mulierem mecum simul.

DET nomen inter seruos pistrinarios: censeatur nomine: & re ipsa: ad opus faciendum: ut det pœnas: Coloniæ uero: quę sint docet Gellius: alię latinorum: alię romanorum ciuium fuerunt Bononia latinorum. Parma & Mutina Ro. ciuium: erant autem quędam quasi examina populorum deducta ad colendum locum: Futuri coloni nomina dabant: unde adscripti inquit Festus dicebantur: qui in colonias nomina dedissent: ut eẽnt coloni: In delectu quoque militum quilibet dabat nomen suum: quo dato scribebantur in albo militę siue in matriculis: ut dicit Vegetius. Luxuriantur in luxu sunt: unde luxantur antiquis a luxu: Festus. Lustrant: in lustris: ganeis lupanaribusque dies perdũt: lustra significãt lacunas lutosas: quę sunt in siluis aprorum cubilia: qua similitudine: ut tradit Festus hi: qui i locis abditis: & di dis: uetri: & desidiæ operã dãt dicũtur in lustris uitã agere: Lustrũ spatiũ quinquenale: & populi lustratio: Nobiles antiqui

antiq p noto dixerũt:ut Plau. Terẽ. Ci. alii. Tabernas nõ solũ uinarias: sed oẽs: q̃ sunt pp̃laris usus auctoritas rõana patefecit Noni. utcũq; a tabulis tabernæ appellatæ. Bñ ego ab hoc p̃dat9: si bono i bõa scęna ẽ mihi. Versus hic nõ ẽ i codi. ãtiqs: s; neq; fniç coheretia ascribi dẽt: ac plãe supfluit: q̃q̃ Pi. illũ cõmẽtari uisus sit: a se tñ nõ intellectu;.

Ba. Heus tu? Si. qd uis? Sa. hic bõ meust. Si. quidũ? Ba. qa p̃da
Scortũ q̃rit, hẽt argẽtũ, iã admordere hũc mihi (hæc mea est.
Lubet. Si. iã ne illum comesurus es? Ba. dum recens est,
Dum datur, dum calet, tum deuorari decet, nam boni uiri
Me pauperant, improbi alunt, augent rem meam mali,
Populi strenui mihi improbiores sunt. Si. malum quod dii
Tibi dabunt, ut scelestus. Ha. me hũc cõmoror cum has fores
Non ferio, ut sciam sit ne Ballio domi? ba. Venus mihi hæc
Bona dat, quom hos huc adiicit lucrifugas, dãni sui cupidos.
Qui se, suamq; ætatem bene curant, edunt, bibunt,
Scortantur, illi sunt alio ingenio, atq; tu, qui neq;
Tibi bene esse patere, & illis quibus est, inuides.
Ha. Heus ubi estis uos? ba. hic qdẽ ad me recta hẽt rectã uiã.
Ha. Heus ubi estis uos? ba. adolescens, quid istic debet tibi?
Ha. Ecqs hoc apit? ba. heus chlamydate, qd istic debetur tibi?
Ha. Aedium dominum lenonem ballionem quærito.
Ba. Quisquis es adolescens operam fac compendi quærere.
Ha. Quid iam? ba. qa tu ipsus coram præsens præsentẽ uides.
Ha. Tun is es? Si. chlamydate cauesis tibi a curio infortunio
Atq; in hunc intende digitum, hic leno est. ba. at hic ẽ uir p̃b9.
Sed tu non uir es, flagitare sæpe inclamare in foro
Cum libello nusquam est, nisi quod leno hic subuenit tibi,
Ha. Quin tu mecum fabulare. ba. fabulor, quid uis tibi,
Ha. Argentum accipias. ba. iam si dudum des, porrexi manũ.
Ha. Accipe hic sunt quinq; argenti lectæ numeratæ minæ.
Hoc tibi herus me iussit ferre Polymachæroplacides.
Quod deberet, atq; ut mecum mitteres phœniciũ. (cedõi9?
Ba. Tuus herus? Ha. ita dico. ba. miles? Ha. ita loquor. ba. ma
Ha, Admodũ in q̃. ba. te ad me misit polymachæroplacides?
Ha. uera mẽoras. ba. hoc argẽtũ ut mihi dares? ha. si tu qdẽ es
Leno ballio. ba. atq; ut a me mulierem abduceres? Ha. ita.
Ba. Phœnicium esse dixit? Ha. recte meministi. ba. mane,
Iam redeo ad te. Ha. at maturate propterea. nã propo, uides
Iam diei multum esse. ba. uideo, hunc aduocare etiam uolo.
Mane modo istic, iã reuortar ad te, quid nunc simo?
Quid agimus? manifesto hũc hoiem teneo, qui argẽtũ attulit.
Si. Quid iã? ba. an ne scis q̃ sit hæc res? Si. iuxta cũ ignarissuis,
Ba. Aedepol uerberonẽ hoiem Pseudolũ, ut docte dolũ
Cõmentust, tantũdem argenti quantum miles debuit,
Dedit huic, atq; hominem exornauit, mulierem qui arcesseret,
Pseudolus tuus allegauit hunc, quasi a macedonio
Milite eẽt. Si. habes ne argẽtũ ab hoie? ba. rogitas, qd uides?
Si. Heus memento ergo dimidium istinc mihi de p̃da dare.
Cõmune istuc esse oportet. ba. qd, malũ? id totũ tuum est.
Quã mox mihi opã das? Si. do eqdẽ nunc. ba. qd mihi es autor
Si. exploratorem hunc faciamus ludo suppositiitium. (Simo?
Ba. Donicum adeo ipsus sese ludos fieri senserit.

HIC hõ meust: Arbitrat̃ tã̃q hoie; subditiciũ: & ab pseudolo missum: ut mulierẽ abducat: quę p̃be se delusurũ putat. Prædatus: lucratus. Chlamydate. Loq̃t simo. A curio infortunio. Vel curio. i. curioso: & nimis affectato malo: uel curio dixit iocula riter. i. macro. nã in rudẽte dixit a crasso infortunio. Si dubiũ des: Legerẽ si dudũ des. Aedepol hoiem: Loquit̃ ballio. Donicũ: pro donec: & quousq;. Cubitare solit9 es in cunis puer. Taxat puer9 tã̃q obscenæ libedini obnoxiu;. simul alludens ad puer9 in cunis moratũ. Altero. s. die. Pernix. Velox. Surã. p̃tẽ tibiæ carnosam: econtrario cruri9. Cõueniebat ne in uaginã: rẽ obscenã: & turpẽ tangit p q̃dam honestã metaphorã subitelligens pro machera mẽbrũ uirile: pro uagina podicẽ: id qd Virg. in priapeis uidet̃ expressisse his uerbis: & qd nos culũ culeon ille uocat: culeon. i. uaginã: ita mẽbrũ uirile quasi telũ: uñ illud: hoc mihi si telũ desit: inermis ero. Quanti cõducta: Putabat chlamyde; mutuatã: & cõducticiam habet̃ tan̄q ab pseudolo subornatũ. Elebor9 qui dari solitus dicit̃ hoibus nõ sanã mẽtẽ habentibus: cuius uirtus est totũ corpus purgare: & cõplexioni bonę restituere: a latinis ueratrũ: q mẽtẽ uertat: & saniorẽ faciat: uñ Pers. nõ ẽ hic ilias acci ebria ueratro: elebori duę sunt spẽs albus: & niger: ut medici oẽs tradiderũt. Plini. quoq; & Aul. Gel. niger dat̃ ad purgãdũ iferiorẽ aluum: albus uero supiorẽ uomitione: sumebat̃ autẽ: ut purgato corpore melius carmina cõponerent: acriusq; puiderẽt: quę cõmentaban̄t: ut carneadẽ responsur9 zenonis libris factitasse ferunt: ad comitiale; quoq; morbu; dabatur: uñ Liuius drusus eo sumpto: morbo eodẽ liberatus est: humores noxios oẽs educit: & hois insaniam emẽdat. Quid mercedis petasus: p̃seqtur ironiã: ratus oĩa uestimenta: & calciamenta p̃cio conduxisse: ut aduena uideret̃. de petaso satis ẽ i amphitryone dictũ: nõ sunt eadẽ repetenda. Dño: Qui uestimenta locauit: & utenda mutuauit. Nẽpe qd fœmina sũma: sustinet: nũc tibi sunt. Sẽsus uerbor9 hor9 oĩno difficilis: sed fit difficilior ex errore interlocutor9. nõ eni sermo conuenit harpagi: sed ballioni: ut emendauimus: & est rñsum ad ea: quę harpax dixerat: sibi oĩa habet̃ suo empta peculio: morsu enim iocoso puerũ lacerat inqens: q hæc oĩa sibi sunt suo empta peculio: p̃pterea qd se pedicari sustineat: & patiat̃: & legendũ sustineat

SARACENVS.

Sura qd sit

Elebori p̃prietas

nent:harpax auté uicissim maledicto ballioné incessit:senes sese fricari ex antiquo uolunt. ¶ Ventriosus. Idem uentricosus:ut sardonius & sardõicus. arcadius:& arcadicus. ¶ Cẽturiata comitia: Aul. Ge. lib. xiiii. noctiũ atti. satis oñdit:quæ dicãt cẽturiata comitia quæ calata:quæ curiata:quæ ue tributa:nã sicuti curiata per lictoré calari: idest cõuocari solebãt:sic centuriata p corniciné:curiataq; comicia dici cum ex generibus oium suffragiũ ferat:cuȝ auté ex censu & ętate cẽturiata:quę in cãpo martio haberi: fieriq; solebant: ballio itaq; his uerbis oñdit:pseudolũ seruũ uniuersũ ppl'ȝ i suã pnicié aiasse.

Cẽturiata comitia q̃

¶ ADmordere hunc. i. auferre ab eo pecuniã. ¶ Cõmesurus es. Ait simo:si admordeas: nũqd es ẽt deuoraturus. ¶ Boni uiri me paupant. pauperem faciũt. ¶ Improbi alunt: qa bona sua ad me pferũt. ¶ Vt scelestus: q̃ntũ flagitiosus:ob hoc dixit. ¶ Malum. qd dii tibi dabũt. ¶ Lucri fugas. q lucrũ fugiunt: dũ sua dilapidant bona. ¶ Operã fac cõpendi q̃rere. fac in q̃rẽdo iqt ut opã tuã ad cõpendium ducas. i. corripias. ¶ Caue sis tibi a crasso ifortunio. caue si uis tibi ne malũ ifortuniũ te iuadat. ¶ Intẽde digitũ. solem9 digito mõstrare:aut nobilẽ uirtute:aut nobilẽ iprobitate. ergo itẽde digitũ:qa pessimus est. ¶ Flagitare. pro flagitaris. ¶ Inclamare. pro iclamaris. i. clamorẽ reprẽderis. ¶ Cũ libe. subaudi aduersũ te. ¶ Leno hic. Cũ hoc dicit se ostendit. ¶ Lectæ: de lecto argẽto. ¶ Nã ppero. i. res mea festina est. ¶ Iuxta cũ ignarissimis: taȝ scio q̃ qui nihil sit. ¶ Exploratoré hũc faciamus ludos. i. illudamus:qui uẽit ut exploret:num possit hr̃e mulierem. ¶ Suppositiciũ: sub aliena psona positũ. ¶ Adeo doni. eo usq; donec. ¶ Altero: subaudi die. ¶ Ad meridiẽ. ut sit dies:& dimidia: q̃uis pnix q̃tũcũq; uelox. ¶ Noctu in uigiliã. noctẽ. n. milites in q̃ttuor diuidebãt uigilias. i. q̃ter militũ uigilię mutabanẽ:ut sępe Cæs. oñdit in cõmẽtariis. ¶ Quãti cõduct. cõducticiã. n. clamydẽ putauit:qa suppositiciũ ip'ȝ ẽt cẽsuit. Quid meret machera. Quanti conductus est gladius. ¶ Elebor. hisce hoibus opus est. Hi iquit isaniũt:& pinde eleborus opus ẽ. Dicimus opus est hęc res:opus est hac re:& hanc rẽ:ut hic. ¶ Qui dormitis: idest qd ita loqmini: ut plane dormirẽ uideamini. ¶ Quæ fœmina sũma sustinẽt:hæc ipudica intelligenda sunt. ¶ Quãtulo argẽti te cõduxit pseudolus. qd dedit iqt pseudolus tibi:ut subornatus uenires. ¶ Nugis meditaẽ male. in re nugali iqt nescit meditari qd cõferat. ¶ Nisi mirũst: nisi mirũ sit. ut secus euenerit. ¶ Subniger: paululum

VALLA

Nox qũo partiebaẽ

Sequere, quid ais, nempe tu illius seruos es? Ha. planissume.
Ba. Quanti te emit? Ha. suarum in pugna uictoria uirium.
Nam ego eram domi imperator summus in patria mea.
Ba. An etiam ille unq̃ expugnauit carcerem patriam tuam?
Ha. Contumeliam si dices, audies. Ba. quid, tun hodie
Ex Sicyone huc peruenisti? Ha. alto adhuc meridie.
Ba. Strenue me hercule isti, q̃uis pernix hic est hõ, furam ubi
Aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes.
Quid ais? tu ne etiam cubitare solitus es in cunis puer?
Ha. Scilicet. Ba. etiam ne facere solitus es puer?
Scin qd loquar? Ha. sani ne estis? Ba. quid hoc, quod te rogo!
Noctu in uigiliam quando ibat miles, tũ tu ibas simul?
Conueniebat ne in tuam uaginam machæra militis?
Ha. I in malam crucem. Ba. ire licebit tibi tamen hodie tẽpori.
Ha. Quin tu mulieré mihi emittis, aut reddis argẽtũ. Ba. mãe.
Ha. Quid maneã? Ba. clamydem hanc cõmemores quanti conductast? Ha. quid est?
Ba. qd meret machæra? Ha. hallebor hisce hoib' op' ẽ. ba. eho.
Ha. Mitte. Ba. qd mercedis petasus hodie domino demeret.
Ha. Quid dño? quid somniatis? mea equidem hæc habeo oia.
Meo peculio empta. Ba. hoc quod fœmina summa sustinet,
Vnde tibi? Ha. hi senes fricari sese ex antiquo uolunt.
Ba. Responde obsecro hercle hoc uero serio quod te rogo.
Quid meres? quantillo argenti te conduxit Pseudolus?
Ha. Qui istic pseudolust? Ba. præceptor tuus, q te hãc fallaciã
Docuit, ut fallaciis hinc a me mulierem abduceres.
Ha. Quem Pseudolum? quas tu mihi prædicas fallacias?
Quem ego hoiem nulli coloris noui. Ba. non tu istinc abis?
Nihil est hodie hic Sycophantiis quæstus, proin tu Pseudolo
Nunties, adduxisse alio prædam qui occurrit prior
Harpax. Ha. is qdem ædepol ego sum. Ba. imo ædepol eẽ uis.
Purus putus hic sycophanta est. ha. ego tibi argentum dedi,
Et dudum aduenienS extemplo symbolum seruo tuo,
Heri imagine obsignatam epistolam hic ante ostium.
Ba. Meo tu dedisti epistolam seruo? quoi seruo? ha. Syro.
Ba. Nũ cõfidit? sycophãta hic nequã est, nugis meditaẽ male.
Nam illam epistolam ipsus uerus harpax huc ad me attulit.
Ha. harpax ego uocor, ego seruos sum macedonis militis.
Ego nec sycophantiose qcq̃ ago, nec malefice.
Neq; istum Pseudolum mortalis qui sit, noui, neq; scio.
Si. Tu nisi mirust, leno plane perdidisti mulierem.
Ba. Aedepol næ istuc magis ac magis metuo, cũ uerba audio.
Si. Mihi quoq; ædepol iam dudum ille Syrus cor pfrigefacit,
Qui symbolum hoc accepit, mira sunt, ni Pseudolus est,
Eho tu qua facie fuit dudum, quoi dedisti symbolum?
Ha. Ruffus quidam uentriosus, crassus, seruos subniger,
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum,
Magnis pedibus. Si. perdidisti post q̃ dixisti pedes.
Pseudolus fuit ipsus, actum est. Ba. id ipm est, emorior Simo.
Si. hercle haud te sinam emoriri, nisi argentum mihi reddis;

Viginti minæ. Ha. atq; etiam mihi aliæ uiginti mnæ.
Ba. Auferetur id præmium a me quod promisi per iocum?
Si. De improbis uiris auferri præmium, & prædam decet.
Ba. Saltem Pseudolũ mihi dedas. Si. Pseudolũ ego dedã tibi?
Quid deliquit? dixin, ab eo tibi ut caueres centies?
Ba. Perdidit me. Si. at me uiginti modicis mulctauit minis.
Ba. Quid nũc faciã? Ha. si mihi argẽtũ dederis, te suspẽdito.
Ba. di te pdát, seqr̃ hac sis me ergo ad foꝶ, ut soluã. ha. sequor
Ba. Quid ego? peregrinos absoluam, cras agam cum ciuibus.
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia.
Qui illum ad me hodie allegauit, mulierem qui abduceret.
Sequere tu nunc, ne expectetis dum hac domũ redeam uia.
Ita res gesta est, angiporto hoc certum est consectarier.
Ha. Si graderere quãtum loquere, iam isses ad forum.
Ba. Certust hunc mihi emortualem facere ex natali die.

modo niger. ¶ Haud te sinam emori nõ pmittã: ut moriaris anteq̃ pmissũ mihi tradas argẽtũ. ¶ Auferet hic prę miũ. ironicos id pnũtiãdũ: ne asserere uideat: qđ negare cõtendit. ¶ Modicis mulctabit minis: modicis dixit ironicos: ut dr̃e solemus illis paucis: ut tamẽ magnifaciẽdas eẽ existimẽ. ¶ Pseudolus mihi cẽturiata habuit capitis comitia. suffragia inqt oia aduersũ me cõsecutus est pseudolus. Nã in comitio suffragia pbebant̃ ad creãdos magistrat⁹ cẽturiata comitia dixit: qa erant & curiata. Au. Gel. li. xiiii. noctiũ atti. i lib. Lælii fœlicis ad. Q. Mutiũ primo scriptũ est. Labeonẽ scribet̃ calata comitia esse: quæ pro collegio põtificũ habent̃: aut regis sacroꝶ: aut flaminũ in augurãdoꝶ cã. Eoꝶ ãt alia eẽ curiata: alia cẽturiata. Curiata per lictorẽ curiatiꝫ calari. i. cõuocari. Cẽturiata per cornicinẽ: Iisdem comitiis: quæ calata appellari diximus: & sacroꝶ detestatio: & testamenta fieri solebant. ¶ Habuit capitis: ut me uita priuaret. ¶ Hũc emortualẽ facere ex natali die. i. nõ: ut nũc natus uidear: sed mortuus. Ita Cato mortuaria glossaria. mortales locutiones appellauit. Emortualem ergo mortis nomen habentem dixit.

Emortualis qui

¶ CVRIO: curace a cura: ut curio agnus ipsi Plauto: de quo Festus: qđ si legas a Durio: q̃le troianis attulit Durius equus: quẽ & duratæũ uocãt: Siue qs maulit a crucio: est. n. cruciũ Festo: qđ cruciat: Vñ Lucilius: uinũ in suaue cruciũ dixit: arbitrario dictũ sit: Nõ sunt temere mutãda: quæ nõ itelligimus sed cõe id uitiũ est. Fateamur igenue: q igenui sumus: nescire nos qđ nescimus: qñ omniscii nulli: multiscii habent̃ cõplures. ¶ Exploratores ab explorando appellati: Explorare antiquos refert Festus p exclamare usos: sed postea pspicere: & certũ cognoscere cœpit significare: ut explorator sit: q speculator: sunt tñ qui exploratorẽ aliũ oino esse uelint a speculatore. Speculatorẽ significationẽ Sinõ in bello troiano mõstrauit: Græci speculatores epos dicũt: Vñ Cicero refert a Põpeio se oræ cãpanæ: & maritimę epm destinatũ: & in epistolis ad Atticũ: ascẽdit in phaleum inqt episcopiũ. i. in nauiculã speculatoriam: quę & catascopiũ Cæsari in cõmẽtariis: & Au. Gellio. ¶ Vigiliæ militares oibus notæ. primus in bello troiano: ordines exercitus: signi dationẽ: tesseras: uigilias inuenit Palamedes: nox ipsa in quatuor uigilias diuisa: sunt & iter mala uigiliæ. ¶ Heleboꝶ isaniæ conferre creditũ: tutissime sumebat̃ in Anticyra: ueratrũ ẽt dictũ: albũ est & nigruꝫ: de quo Au. Gel. Plinius inumeri. ¶ Petasus: Pileum manumissionis signũ: a petaso petasatus. ¶ Fœmina: & fœmora in hoie sunt: & unde fœmoralia: & fœminalia deducta: flegmina si legas: dñr festo cũ ex labore itineris circa talũ sanguis. defluit In epidico. Præ lassitudine inuaserũt miseꝶ in genua flegmina. ¶ Hic ex codicibus antiquis: & metri: ac fnię cõcinnitate. ¶ Sycophãtię: fallaciæ: calũniæ dicunt̃ sycophãtiose: ut mox calũniose. Sycophãtas scribit Plutar. in solone dictos ueteribus: qui ficus exportãtes indicassent. Idẽ festus. ¶ Mna: quã nostri inqt Pli. in. xxi. mınã uocant tãtundẽ est q̃ libra: & pondo: alii maiorẽ drachmis quattuor faciunt romana libra: quæ hẽt uncias duodecim uncia drachmas octo: & sic libra drachmis cõstat sex & nonaginta: minã uero centũ drachmæ cõstituũt. ¶ Mnæ metri necessitate: & ex codicibus antiqs. ¶ Mulctauit: priuauit: & quodãmodo depauperauit: cũ ois mulcta reꝫ minuat: mulcta suprema: maxımaq; dicebat̃ triũ miliũ & . xx. assium qa nõ licebat quõdã pluribus. xxx. bub⁹: & duabus ouibus queq̃ mulctari. ęstimabaturq; bos cẽtussibus ouis decussibus: minima unius ouis eratq; pecuniaria: unde mlctatitiũ æs: qđ mulctæ noie exigit̃: de mulcta Festus: Varro: Gellius: alii. ¶ Capitis: in aulularia: Ibo intro: ubi de capite meo sunt comitia. Centuriata ãt comitia a cẽturiis: ut curiata a curiis: utraq; calata a calãdo. i. uocãdo: de his Gellius & Dionysius: suntq; coitiones: & cõuentus populi: comitiũ itẽ locus in foro: pedianus auctor: q illic cõueniebãt comitiis curiatis: & litiũ cã: ut inqt. M. Varro: & Fe. a coeũdo. i. simul ueniẽdo: Angiporto: Hora. angiportu: nã & a portu dr̃ Vlpiano de uerb. sig. & M. Varroni. ¶ Emortualis dies moriẽtiũ: natalis nascẽtiũ ẽ: hũc albo lapillo: ut faustũ: illũ atro signãdũ ducius: ut funestũ: & mœstitudinẽ apportãtẽ. sec⁹ tñ thraces fẽtitarũt: Mortualia itẽ mortuoꝶ sũt.

VGOLETVS ET GRAPA.

Curio isfortunio

Exploratores q dicãt

Helebori p prietas

Sycophantiæ quæ

Sycophantiose

Emortualẽ

Simo senex.

BEne ego illum tetigi, bene autem seruos inimicũ suũ,
Nũc mihi certũ est, alio pacto Pseudolo isidias dare.
Quã in aliis comœdiis fit, ubi cũ stimulis, aut flagris
Insidiantur, at ego iam inultus promam uiginti mnas.
Quas promisi si effecisset, obuiam ei ultro deferam.
Nimis hic mortalis doctus, nimis uersutus, nimis malus.
Superauit troianum dolum, atq; uicit Pseudolus.
Nũc ibo intro, argentum promam, Pseudolo insidias dabo.

SARACENVS.

BEne ego. qđ pseudolus dolis deuicerit ballionẽ non indigne fert simo: qn potius illi ultro pecuniã pacta se daturuꝫ pollicet̃: quẽ inqt nõ uelle insectari flagellis: aut uerberibus: ut fit in cæteris comœdiis: sed potius pecuniis. ¶ Dolũ troianũ. qđ a sinone: & reliqs contactũ est: de quo Plau. i bacchidib⁹ longũ est exorsus sermonem.

VALLA.

BEne ego illum tetigi. simo secum hæc loquitur de ballione: queꝫ ait: & a se: & a seruo suo bñ tactũ. ¶ inultus. non

ut alii flagris cædant sed uiginti minas dabo. ¶ Superaui dolum troianum: atque ulissem: non tam inquit græci [illegible] tam ulysses dolosi fuerunt: q̃ pseudolus.

SARACENVS.

Madulsa q dicatur

QVid hoc: Pseudolus prodit. ut ebrius. nam interea cum sodalibus longum potauerat: loquitur ad pedes su os: qui eum sustinere non q̃bant. ¶ Madulsam. Festus ĩterpr̨etatur ebrium & uino madidum. ¶ Morologis stultis. ¶ Lentiscos odores. Ex arbusculo lentisco fit lachryma mastichæ. quæ inter odorata notatur: ut ex Theophrasto: Plinioq; colligitur. ¶ Corollas: idest paruas: uel graciles coronas: quibus ut supra rettulimus in symposiis: & compotationibus ueteres utebantur hilaritatis gratia: foliisq; addebant unguenta: ut omnis prorsus t̨eter odor abigeretur. ¶ Dapsiles. Largas & abundantes. ¶ Potime. Vel lege potissime: uel per optie: uel de uerbo ariolare. ¶ Ad hunc modum intuli: Facit deinde saltum inquiens ad illum modum saltasse: nã saltare ex disciplina non didicit. ¶ Palliolatim. quasi pallio super humeros iniecto: & obuolutim. ¶ Occœpi denuo hoc modo. Ita loquitur gestus quosdam referens: ut ebrius: dum enitor paxiam. legerem dum enitor pauxilatim.

VALLA

QVid hoc siccine hoc fit. Pseudolus exiens ebrius cuncta p̨sequitur: quæ ebrio solent accidere. ¶ Pedes statin an nõ: utpote ebrius titubantes alloquitur pedes. ¶ Probe habeo madulsam: idest probe crapulatus sum. Fest. madulsa ebrius a gr̨eco μ⌄δʌσ deductũ: uel quia madidus satis uino. ¶ Victum excurato: idest in uiuendo scurasis. ¶ Propinare mitissimam amicitiã: propinare: ut supra ostensum est: potũ exhibere. Nunc uero ad amicitiam refertur. ¶ Alium alio. pro alii ita declinabãt ueteres. ¶ Sermonibus morologis: idest stultis: ab eo quod est moros prima producta: idest stultus. nam eadem correpta mortem significat: & logos sermo. ¶ Odores lentiscos: idest ex mastiche. Lẽtiscus enim frutex est. Vnde mastiche profluit. nam glutinandi causa pulueres odoriferos omnes mastiche potest adhiberi. ¶ Corollas dari dapsiles: largas coronas. ¶ Promi uictum cæteru: idest reliqua: qųe ad uictum pertineant. ¶ Hostibus fugatis. a militia hoc sumptum. superato inq̃t ballione: & nuntio: qui erat a milite. ¶ Cordi atq; animo suo obsequentes: idest desiderio. & quæ uenissent in mẽtem facientes. ¶ Ad hũc modũ. subaudi ebrius. ¶ Palliolatim amictus. i. ita cum palio obuolutus. ¶ Sic icessi ludibũdus. ita ueni lusitãs. ¶ Vbi circũuortor. uini fumo obuoluor. ¶ Dum enitor pauxillatim. dum pede pr̨essim conor. ¶ Mimiæ tũ uoluptati fui. uoluptatem pr̨ebui cadens. ¶ Commuto illico pallium. quia inquinatum: quod prius habueram. ¶ Crapulam dum ammouerem: idest concoqųerem: quã nos crapulam græci crapalen. illi crapalo: q nos crapulor.

VGOLETVS ET GRAPA.

Palestritaq

¶ LVCTAtor: palestrita omni pede totis uiribus supplantans: ut colluctator egregius. πάλην græci palestras uocant: & luctam unde palestrit̨e: & gr̨ecis ipsis a palestri: nulla seruata lege palestræ: Cicero in orat. qualis eorum motus: quos apalestros gr̨eci uocant. ¶ Madulsa: eboius: temulentus ut uino madens: & marcidus. ex Festo. ¶ Morologis fatua: & mera deliramenta effutientibus: nam sermones inter epulas: casti: iucundi: & cum quadam illecebra: & uoluptate utiles habendi: ut inquit Gellius: Moros stultus: stupidus fatuus græcis: nostris fanio: ide morologus: morologia: & morari longiore prima desipere Tranquillo in Nerone: cum is stult̨itie Claudium Cæsarem arguens desiisse inter homines eum morari dixisset: i insanire: Inde moriones dictis factisq; risum: ut fatui excitantes: eleganter: &

QVINTVS ACTVS.

Pseudolus seruus ebrius.

QVid hoc? siccie fit hoc, pedes? stati an ñ? an id uoltis,
Vt me hinc iacentẽ aliqs tollat? nã hercle si cecidero
Vestrũ erit flagitiũ, pergitin p̨gere? ha sæuiẽdũ mihi
Hodie ẽ, magnũ hoc uitiũ uino ẽ, pedes captat primũ,
Luctator dolosust, profecto ædepol ego nunc probe habeo
Madulsam, ita excurato uictu, ita magnis mundiciis
Digni habiti, atq; loco festiuo festiue accepti sumus.
Quid opus me multas agere ambages? hoc hoi est quãobrem,
Vitam amet, hic omnes uoluptates.
In hoc omnes uenustates sunt, deis proxumũ esse arbitror.
Nã ubi amãs complexust amãtẽ, ubi ad labra labella adiũgit,
Vbi alter alterum bilingui manifesto interprehendunt,
Vbi manu mamilla opprimit, ac ẽt si lubet corpa cõduplicãt,
Manu cãdida cãtharꝝ dulciferꝝ propinare mitissumã amicitiã.
Neq; ibi esse alium alio odio, ibi nec molestum, nec sermonibus, morologis uti. (parce p̨mi
Vnguẽta, atq; odores, lẽniscos, corollas dari dapsiles, nõ eni
Victu cætero, nequis me roget, hoc ego mõ, atq; herus minor
Hunc diem sumpsimus potissume,
Postq̃ opus meum, ut uolui, omne perpetraui, fugatis hostibus
Illos accubãteis, potãteis, amãteis, cũ scortis reliq, & meum
Scortum ibidem, corde, atq; animo suo obsequẽtes, sed postq̃
Exurrexi, orant me id, ut saltẽ, adhunc me modum intuli.
Illis satis facere minime ex disciplina quiui ego,
Qui lenonem capere didici, sed palliolatim amictus
Sic incessi ludibundus, plaudũt p̨tim, clamitãt me ut reuortar.
Occœpi denuo hoc modo uolui idem, amicæ dabam me meæ,
Vt me amaret, ubi circũuortor, cado, id fuit nẽpe ludo, itaq;
Dũ enitor (pax) iam pene inq̃naui pallium, nimiæ tum
Voluptati ædepol fui ob casum, datur cantharus, bibi.
Commuto illico palium, illud posui, inde huc exii, crapulam
Dum amouerẽ, nunc ab hero ad herꝝ meum maiorem uenio.
Fœdus cõmemoratũ, aperite, aperite heus Simoni me adesse
Quis nuntiat? •

ter: & uere dixit Plautus ipse in trinummo Amor mores hominum moros: & morosos efficit. ¶ Léniscos lego: unde coronę léniscatę Seruio: de quibus &. M. Var. lénisci e coronis fasciolæ dependentes: Plinius. xxi. Crassus diues primus argento: auroq; folia imitatus ludis suis coronas dedit: accesserunt quoq; & lénisci: quos adiici ipsaru; coronarum honos erat propter ętruscos: quibus iungi nisi aurei non debebant: puri diu fuere ii: cęlare eos primi instituit .P. Claudius pulcher: bractasq; etiam philyrę dedit. Nec me fugit ad dentiscalpia lentiscum probari: & masticen ii chiam elentisco gigni gummi modo: auctore Plinio. xii. ¶ Crapula. gręcis κρεπάλη quasi lucta capitis. dolores enim & uertigines i eo uinũ facit ut scri. Pli. xxiii. Est ãt Arist. i pbléatis feruor: & qdã iflãmatio magis cõflictãs q̃ temulẽtia: sed Pli. xiiii. cũ dixit pugnascibus mustis crapulę plus idiẽ medicamẽtũ: itellegit: quo uini lenitas excitatur.

Lénisci qui dicantur

Crapula quid sit

Simo. Pseudolus. Ballio.

VOx uiri pessumi me exciet foras, sed qd hoc? quo mõ?
Quid te ego uideo? Ps. cũ corona ebriũ pseudolũ tuũ.
Si. Libere hercle hoc qdẽ, sed uide statũ, nũ mea gr̃a
Pertimescit? magis cogito sæuiter bláditer ne alloqr.
Sed hoc me uetat iam facere, quod fero, si qua in hoc
Spes sitast mihi. Ps. uir malus, uiro optumo obuiam it.
Si. Dii te ament Pseudole, sed i in malam crucem,
Ps. Cur ego me afflictem? Si. qd tu (malũ) ergo in os mihi
Ebrius irrectas? Ps. molliter, sustine nunc me,
Caue ne cadam, non uides tu me ut madidus adeam?
Si. Quæ ista hæc audaciast? te sic interdius
Cum corolla incedere ebrium? Ps. lubet. Si quid lubet.
Pergin ructare in os mihi? Ps. suauis ructus mihi est.
Sic sine modo. Si. credo equidem potesse te scelus
Massici montis uberrumos fructus quattuor
Ebibere in hora una. ps. hiberna addito. Si. sed tamen
Vnde onustam celocem agere te prædicem? ps. cum tuo
Perpotaui modo filio, sed Simo ut probe
Tactus Ballio est? quæ tibi dixi ut effecta reddidi?
Si. Derides? pessumus homo est. ps. mulier hæc facit.
Cum tuo nunc filio libera accubat. Si. omnia
Vt quidq; egisti ordine scio. ps. quid ergo dubitas
Dare mihi argentum? Si. ius petis, fateor, tene.
Ps. At negabas daturum esse te mihi, tamen das, onera hunc
Hominem, atq; me cõsequere. Si. at ego istũ hominem onerẽ?
Ps. Onerabis scio. Si. quid ego huic homini faciam? satin
Vltro & argentum aufert & me irridet? Ba. uæ uictis.
Ps. Vorte ego humeq; hem. Ba. hoc ego nũq̃ ratus sum fore,
Vt tibi fierem supplex, heu heu. ps. desine. Ba. doleo.
Ps. Ni doleres tu, ego dolerẽ. Ba. quid hoc? auferre
Non pseudole abs tuo hero? ps. lubentissimo corde, atq; aio.
Ba. Non audes q̃so aliq̃ partẽ mihi gratiã facere hic argenti?
Ps. Nõ me dicis auidũ eẽ hoiem. Ba. nã hic nũq̃ eris nũmo di
Ps. Neq; te mei tergi miseret, si hoc ñ hodie effecissẽ? (uitior
Ba. Erit ubi te lucisicar, si uiuo. ps. quid minitare? habeo
Tergum. Ba. age sane. ps. igitur redi. Ba. quid redeam?
Ps. Redi modo, non eris deceptus. Ba. redeo. ps. simul
Mecum potatum. Ba. ego ne eam? ps. fac quod te iubeo. (uis
Si is, aut dimidiũ, aut plꝰ ẽt faxo hic feres. ba. eho duc me quo
Ps. Quid nunc nunquid iratus es, aut mihi, aut filio propter
has res Simo?
Si. Nihil profecto. ps. i hac. Si. te sequor, quin uocas

VOx uiri pessumi. Ad uoce; pseudoli clamitãtis Simo domo exit: hominemq; miratur pedibus non consistere: ballioneq; aduentãte. finis iponitur comœdię. ¶ Sed in malam crucẽ: Cũ enim Simo dixisset te ament di: ille in os simonis iructauit: & rursus pseudolus ipse: cum lubet dixit uerbum proferens ructũ emisit. ¶ Quattuor fruct?. quattuor uindemias. ¶ Masici mõtis: De quo Virgi. & bacchi massicus humor: est enim massicus mons dictus ea parte: qua puteolos: ac baias spectat optima: ex quo uina habẽtur massica: siue eade; falerna. Mar. in distichis de falerno uino: de sinuesanis uenerunt massica plis. ¶ Hiberna. s. hora: nam licet horę sint ęquales: tamẽ ex quo hiberno tempore dies breuiores sunt: horę uidentur celerius cursum pertransire: & una cũ die fieri breuiores. ¶ Onustam celocem. per metaphoram ipsu; dicit uino repletum. ¶ Cu; tuo. s. filio. ¶ Vę uictis. Aduenĩes ballio acclamit tatuę dictis: quod fuit i puerbio usurpatum: cum Roma capta a senonibus gallis aurum ex conuentione & pacto pensum: ut recederent q iniquis ponderibus: ex barbaris quęrẽte claudio: Brenus dux gallorum ad põdera adiecit gladium: & dixit uę uictis: quẽ postea camillus cum insidiis circunuentũ concideret: & q̃rerentur contra fœdus fieri: eadẽ uoce remunerasse fertur.

SARACENVS.

Massicus mons ubi locorum.

Ve uictis

VOx uiri pessumi. pseudolus ebrius simoni fit obuius: confidẽter nimiũ: ac procaciter cũ hero locutus: utpote ebrius. ¶ Vide statum. Du; hoc dicit: miratur serui petulantiã. ¶ Scæuiter: bláditer ne alloquar. Multa hoc modo protulerũt ueteres: ut ab eo: qd est humanus humana humanum: nõ modo humane: sed etiam humaniter dicerẽt. Ita scæuiter: & bláditer. ¶ Qd fero. subaudi uinum. ¶ Sed i in mala; cruce;: ideo hoc simo dixit pseudolo: quia ructũ in os simonis exhalauerat pseudolꝰ. ¶ Molliter siste. obfirma me eleganter. ¶ Vt madidus adea;. siccu; continentem: & madidum ebrium dixere ueteres. ¶ Interdius: & interdius: & iterdiu dixere ueteres. ¶ Massici mõtis in campania. ¶ Huberrimos quattuor fructꝰ. quattuor uidemias. ¶ Hiberna adito. i. hiberni montis. ¶ Onu

VALLA.

Spectatores simul. Ps. hercle me isti haud solent
Vocare, neq; ergo ego istos, uerum si uoltis applaudere,
Atq; approbare hunc gregem, & fabulam, in crastinum
Vos uocabo,

stam celocē. nauim: hoc est te onustum uino. ⸿ Cum tuo. subaudi filio. ⸿ Probe tactus. i. ualde deceptus. ⸿ At negasti daturum esse: hoc enim supra memoratum. ⸿ Onera hunc hominem: Impone mihi hoc argentum. ⸿ Vae uictis. hoc ex prouerbio dictum. Festus.

Vae uictis

Vae uictis in prouerbium uenisse existimatur: cum romam capta a senonibus gallis: aurum ex conuentiōe: & pactu pensum: ut recederent: quod iniquis ponderibus ex barbaris quaerente a claudio: brenus dux gallorum ad pondera adiecit gladium: & dixit: uae uictis: quem postea camillus cum insidiis circumuentum concideret: & querentur contra foedus fieri: eadem uoce renumerasse dicitur: Titus Liuius in quarto ab urbe condita. ⸿ Pondera a gallis allata iniqua: & tribuno recusante additus: insolente gallo ponderis gladius: auditaq; intoleranda romanis uox: uae uictis esse. ⸿ Ego dolerem: quia minitatus fuerat simoni id impetraret: quod pollicebatur: se in pristinum missurum plus dolum. ⸿ Aufferre. quicq; uel pecuniam: uel phoenicium. ⸿ Nummo diuitior. non ut quidam grammatici diues facit comparatiuum ditior: sed id ab eo: quod est dis ditis: nam diues diuitior facit: ut hic: ita & apud Martialē. Credo diuitior licet fuissem. Phalecinum enim metrum est: ubi ditior esse non potest. ⸿ Habeo tergum: subaudi ad ferendas plagas. ⸿ Si is: si accedis. ⸿ Neq; ergo ego istos. subaudi uocabo. ⸿ Hunc gregem: histrionum.

VGOLETVS ET GRAPA.

Massica

⸿ MASSIcus mons cāpaniae a massico: cuius meminit Silius: massicus uuiferis addebat nomina glebis: unde massica uina laudatissima Plinio: Columellae: Horatio: Virgi. Martiali: caeteris. ⸿ Celox nauigii genus breue dictum a celeritudine inquit Nonius: de quo in Aul. in captiuis. Var. Nautae remiuagam mouent celocem: Rhodii celocem quā Oxyam non nulli etiam uocant inuenere. ⸿ Haud male mones: Ista tria uerba plane superfluebant: & metri: & sententiae ratione: quod neq; Pius: neq; Sarr. interpraetes uidere. ⸿ Hiberna: hiemali hora: scilicet quae breuior est aestiua si uulgares horas dixeris: nam aequinoctiales pari sunt spatio: & semper aequales: ut in aequinoctio utroq;. Vulgares uero inaequales: partientes diem longum: breueq; in duodecim horarum spatia: ita ut hora aestiua uulgaris quandoq; comprehendat horam unam: & quadrantem ad horas horologii ut in solstitio: quandoq; horam & fere semiquadrantem: uti sole existente in tauro: uulgares uero horas: quae etiam temporales greci Cericas uocant: aequinoctiales autem Isomerinas: de uulgaribus horis dictum accipe in euangelio operariorū uineae: & apud Vergilium in moreto: quando nox suas habet horas: uulgares. xii. quae diuiduntur in quattuor uigilias.

⸿ Argumentum in Poenulum.

VALLA.

AGorastocles puer septuēnis subreptus Carthagine ab antidamāte emptus adoptiuus ab eo factus est: atq; haeres. hanno autem ipsius agorastoclis patruus eodem prope modo binas amisit filias: anterastilem: & adelphasium cum nutrice gindeneme. Inuisit ergo urbes omnes: ut filias inueniat suas: quarum unaq; adamabat agorastocles: eius riuinus antamenides miles. Dum ergo pater omnia subit prostibula: quo filias inueniat suas: eas tandem apud lycum lenonem inuenit. Agorastocles cholabiscum uilicum subornauit suum: ut cum pecunia sua agorastoclis lycum adiret: ac apud ipsum ageret uoluptarie. Adhibitis testibus lycum alligat furto: ut patruus quoq; filias suas cognoscens fraude subreptas arguit: ita agorastocles potitus ea: quam adamabat: est.

⸿ Nominum aetimologiae.

VALLA.

AGorastocles. quia agora dicitur forum: & agorazo concinor: ubiq; enim contendit. ⸿ Milphio. barbarum & carthaginense nomen est. milizo tamen significat idem quod metior: quoniam multa inducitur metiri: atq; inuenire. ⸿ Adelphasium: quasi sororia: nam adelphos frater: & adelphi soror. ⸿ Anterastilis. ab anti: qd̄ significat contra: & erizo contendo: & eris eridos contentio: & stelo mitto. Opponit enim sese. ⸿ Lycus: quasi deuorator: uel raptor. lycos enim lupus: quia rapuit mulieres. ⸿ Anthamonedes. quia anthemu; rosa dicitur coronam habens: quoniam miles sese multum infert: suamq; patefacit superbiā. ⸿ Colabiscus. Quia colabos dicitur mutilus: quoniam lycum lenonem mutilat: & in paupertatem deuoluit. ⸿ Sincerastus: quia sin cum significat. & caeras cornu: quia inuadit herum suum lycum: uel quia cerastae sunt serpentes cornigerae uirulentae: quod iacet uenenum suum in lenonem. ⸿ Gindeneme: & hanno. barbara sunt uocabula nempe carthaginensia.

⸿ In poenuli Argumentum.

SARACENVS.

FVere fratres carthaginenses duo: alteri geminę erant filiae anterastilis: & adelphasium: alteri unicus filius agorastocles: hic septuennis surripitur: ueditur; calydone antidamanti seni: qui cu; careret liberis: surreptum agorastoclem sibi adoptat filium: cumq; sibi constituit haeredem: pater filio surrepto moritur prae aegritudine: fratremq; relinquit successorem in bonis: cui pariter ambae surripiuntur filię cū nutrice gidemene simul: ueditq; sunt in anactorio lenoni lyco: qui demum calydonem cum puellis migrat: adelphasii cognatus capitur amore imprudens agorastocles: quem diximus surreptum paruulum: alterius miles antamenides impatiens amorum Agorastocles seruum milphionem participat consilii: hic in lenonem confingit: & struit dolos: adornat uillicum collabiscum tanquam aduenientem aduenam: is secum defert aureos tercentos philippeos: apud lenonem hospitari: potare. scortari se uelle simulat: locumq; tutum sibi pręberi postulat: leno inhians pecunię: illum accipit dictis blandioribus: receptus igitur: ut est a lenone uillicus: agorastocles illico accurrit: ut illum doli: & furti arguat. perquirit a lenone seruum: ad eamq; rem adhibet uocatos testes conscios facinoris: leno ratus milphionem quęri seruulum: negat seruum apud se esse: sed ille adductis testibus: & uillico seruum se asserente: lenoni furtū obiicit: minaturq; illum ad pretorem se tracturum: suam familiam: ac rem omnem: ut addicat sibi: Interea hanno. cui geminę fuerant surreptae filię: ut surreptas inueniat: plura lustrat loca: & tandem calydonem uenit: offendit fratris agorastoclem filium: agnoscunt se ambo: qui sint: suasq; percunctatus inuenit filias: leno: ut nouit mulieres has liberas: magnumq; sibi imminere malu;: ultro dimittit patri: & cum hęc iam innotescerent: frustratur pariter: qui uenerat. miles: Agorastocles deniq; adelphasium uxorem ducit.

SARACENVS. Osor qui dicatur

Puer septuennis.s.agorastocles pœnuli alterius filius. Carthaginē: Forte melius carthagine. Nā & uersiculū reiterat in prologo. septuēnis surripit carthagine: uel lege: carthagine in ꝓ inde: uel posuit casum pro casu: ut sępissime cōsueuit Plau. & No. testat̄ id obseruasse apud uetustissimos autores. Osor mulierū.s.antidamas qa nunq̄ uxorē nouit. Eius cognatæ.s.anterastilis: & adelphasiū hānonis alterius fratris filiæ. Nutrix: Gindemene. Lycus: Leno. Vexat amantē.s.agorastoclē: qui captus amore erat captiuæ adelphasii. Villicū: Collabiscum.

VALLA.

Puer septuennis. subaudi Agor. Osor mulierū. odi uerbū nūc est anomalū. Veteres odio odi osū. uñ osus: & hodie posus participiū: a quo nunc osor. Adoptat hunc senex. antidamas: q nomē inde uī habuisse: qđ indomitus: āti nāq; cōtra significat: & damazo domo. Eius. subaudi agorastochlis. Cognatæ duę. patrueles nempe anterastilis. & adelphasium. Nutrixq; earū. gidideneme. Mercat⁹ lycus leno. Vexatq; amātē. agorastoclē. At ille. agorastocles. Cu; auro uillicum. colabiscum.

Puer.

M.ACCII PLAVTI POENVLVS.

ARGVMENTVM.

Puer septuēnis surripit̄ Carthagine
Osor mulierū, adoptat hūc emptū senex.
Et facit hæredem, eius pueri cognatæ duæ,
Nutrixq; earū raptæ, mercatur lycos,
Vexatq; amantem, at ille cum auro uillicū
Lenoni obtrudit, inde eum furto alligat.
Venit Hāno pœnus, gnatū hūc fr̄is reppit
Suasq; agnoscit, quas perdiderat filias.

Furto alligat. furē uideri facit. Venit hāno. pater anterastilis & adelphasii. Gnatū. hunc ago.

VGOLETVS ET GRAPA. Osor qui

¶ OSOR mulierū Misogyneian: hoc est odiū in mulieres exercēs: ut Euripides poeta: ut Orpheus post pditā Euridicē in asinaria incōtinentē: atq; osorē uxoris suæ: Philogyneia uero: mulierosoꝝ qualis est: amor erga mulieres. Lycus: Leno. noīe nō ab re iposito: nā lenonē in comœdiis rapacē auidū trahacē pecuniarum accipitrē dicere solent: Lycos autem græce lupus animal rapacissimum: a quo lycisca: lycopolis Lycius apollo: cuius in lycia oraculū fuit maximæ claritatis ob luporum interfectionem: Festus auctor.

PIVS BONO.

Achillem aristarchi. libet mihi cōmētari librū Iliados: quē cōmētus est Aristarchus grāmatic⁹ acerrimi iudicii. & acuminis acidissimi: proin Marcus Varro lib. prio de lingua latina: qđ si summū gradū nō attigero: tñ secūdū nō pteribo: qđ non solū ad Aristarchi lucernā: sed ēt ad Cleāthis lucubraui: & si in tritis uarronis exēplaribus ꝓ Aristarchi ppe rā legat̄ Aristophanis. Hic Aristarchus abradebat adulterina ex homerico poemate: grāmatica disseruit cū cratete. ppēsū iudicē signatur⁹ Oratius i; a cecinit. Fiet Aristarchus. sensus plautinus hic est. Imperiosus ero queadmodū achilles itroducit apđ homeꝝ: & uos silere iubebo: dānans & exsibilās quecūq; spectatoꝝ ꝓ libito ad instat Aristarchi: q spurios: & nothos uersus ex albo explodebat homerico. Pōpeius citat Aristarchi achillē. Seneca in epistolis ad lucilium. Cum fastos nō habeā cōputabo Aristarchi ineptias: quibus aliena carmina cōpinxit recognoscam. Ex ea tragœdia. liber Iliados est tragœdia homeri: comœdia odyssea.



PROLOGVS.

Achillem Aristarchi mihi commentarii lubet.
Inde mihi principium capiam ex tragœdia.
Sileteq; & tacete, atq; animum aduortite.

SARACENVS. Aristarchi quę fuerit

Achillē aristarchi: Tres aristarchi fuere: ut memorię pditū ē: unus: q cōmētaria scripsit in homerum: de quo meminit Hora. Ciceroq; in pisonē: alius: q scripsit de magnitudie solis: & lunæ: q samius fuit: terti⁹ tragic⁹ cuius nūc facit mētionē Plau. Cuius tñ nullæ nūc extāt apud grçcos tragœdiæ: licet tñ ex uerbis plautinis cōiectari aristarchi fuisse tragœdiam: quæ achilles diceret: cuius quispiā forte initiū facturus silentium primum imperauerit: id quod ex ea tragœdia Plautus sibi sumpsisse indicat: ut attentiores faciat auditores: quod & factum extitit in asinaria: ubi per preconem iussit fieri auritum populum.

VALLA.

Reperire me siritis, Di uostram fidē, q̄ mihi surreptæ sunt.
Et fratris filium, qui mihi ante hac hospes antidamas fuit,
Eum fecisse aiunt, sibi quod faciundum fuit, eius filium
Hic prædicant esse agorastoclē, Deum hospitalē ac tessaram
Mecum fero, in hisce habitare monstratust regionibus.
Hos percunctabor, qui huc egrediuntur foras.

curę

curæ sunt: qualis iuppiter quem dare iura hospitibus loquuntur: ut inquit Vergi. & græci Xenion appellant: cuius mentio est apud Homerum: Apuleium: & alios: ξενος hospes: unde xenius xenia munera hospitalia: quæ diminutiue xeniola: sed & tesseram hospitalem intelligit: de qua mox: Tesseram si conferre uis hospitalem eccam attulit. Item hæc mihi hospitalis cum illo tessera fuit: Tesseram autem: qua. s. cognoscar & cognoscam: ut in bello tessera signū agnoscētiæ: Sūt & alii tesseræ significatꝰ: ut frumētariæ: nūmariæq;: sed nihil ad rē: ꝗ illa nos i lib. ꝗ ptibꝰ ædidī.

Agorastocles. Milphio. Pœnus.

Ain tu tibi dixisse Syncerastum Milphio,
Has esse ingenuas ambas surrupticias
Carthaginenseis? Mi. aio, &, si frugi esse uis,
Eas liberali iam adserere causa manu.
Nam tuum flagitiust, tuas populareis te pati
Seruire ante oculos, domi quæ fuerunt liberæ.
Pœ. Proh di immortales obsecro uostram fidem,
Horum profecto certa est hominum oratio,
Quam horationem hanc aures dulces deuorant.
Vt mihi absterserunt omnem sorditudinem.
Ag. Si ad eam rem testeis habeam, faciam quod iubes,
Mi. Quin tu mihi testeis? quin tu insistis fortiter.
Aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi.
Ag. Incipere multo est, q̄ impetrare, facilius.
Mi. Sed quænā illæc auis est, quæ huc cum tunicis aduenit?
Ag. Num nam it a balineis circunductus pallio?
Facies quidem ædepol ingenua est.
Mi. Seruos quidem ædepol, antiquosq; mores habet.
Ag. Qui scis? Mi. uiden homini sarcinatos consequi?
Atq; ut opinor digitos in manibus non habent.
Ag. Quid iā? Mi. quia incedunt cum annulatis auribus.
Adibo, atq; hosce appellabo punice,
Si respondebunt, punice pergam loqui
Si non, tum ad horum mores linguam diuortero.
Quid ais tu, ecquid adhuc cōmeministi punice?
Ag. Nihil ædepol, nam qui scire potui dic mihi,
Qui illinc sexennis perierim Carthagine?
Pœ. Proh dii immortales ut q̄ plurimi ad hunc modum
Periere pueri liberi Carthagine?
Mi. Quid ais tu? ag. qd uis? Mi. uin ut appellē hunc punice?
Ag. an scis? Mi. quin nullus est me Pœnus punior.
Ag. adi atq; appella, quid uelit, quid uenerit,
Qui sit, quoiatis, unde sit, ne parseris.
Mi. auo, quoiates estis, aut quo ex oppido?
Pœ. Hanno muthum balle beccha edre anech.
ag. Quid ait? Mi. hannonem sese ait Carthagine
Carthaginensem muthum ballis filium.

SARACENVS. Ain tu tibi: Ex his uerbis dātur intelligi: quæ non agunt in comœdia: sed subintelliguntur: uidelicet milphionem agorastocli enarrauisse omnia: quæ nouerat ex syncerasto: sed dum fabulantur pœnus aduenit: seq; agnoscunt: qui sint. ꝑ Orationem hanc. Verba de puellis liberandis hominem in spem adduxerunt inueniendarum filiarum. ꝑ Si ad eam rem. Vt scilicet sint ingenuæ carthaginenses. Quid tu mihi testis: scilicet memoras. ꝑ Anullatis auribus: Nam ita mos illi fuerat in perforatis auribus anulos gestare: quem nostris quoq; temporibus seruari uidimus in partibus orientalibus: & fere in tota græcia decoris & ornamenti gratia: & a mulieribus præsertim: genus hoc: quod gerit effigiem anulorum in aures dicuntur. ut dictum est in menæchmis. ꝑ Qui illum perierim: Scilicet sermonem. ꝑ Punior: Vel pœnior: idest magis pœnus uel pœnior: callidior: astutior.

Aures pforatę in oriētali plaga

VALLA. Ain tu tibi dixisse syncerastū Duū a milphione agorastocles fit certior a syncerasto præceptū: sorores illas meretrices carthaginēses: & ingenuas cognoscit hannonem patruum suum eē. ꝑ Liberali iam asserere causa manu. i. liberas efficere. ꝑ Absterserunt omnem sorditudinē. omnes sordes ex auribus perpurgarunt: idest quam molestiam ego de meis conceperam filiabus mihi ammouerunt. ꝑ Quæ nam illæc auis est. ob amictum carthaginensem auem appellat talem habentem similitudinē cum alis. ꝑ Sarcinatos consequi. sarcinis onustos. ꝑ Cum anulatis auribus: idest. de quibus pendent gēmæ. quæ anulis solent illigari. ꝑ Sexennis perierim: idest qui subreptus fuerim sex annos natus. ꝑ Nullus me est pœnus pœnior. Comparatiuum factum est a gētili nomine per lusum: ut conuenit comicis. ꝑ Ne perseris: ne peperceris dic omnia inquit.

VGOLETVS ET GRAPA. ℂ SORditudinem: sordem exponit Nonius: quę & sordities ad animū hic transfertur. ꝑ Fortuna aliqua: multipotens multinominis dicitur fortuna: Conuertens: bene sperans fortis: uiscata: muliebris: mascula: Propriæ fortunę templum romæ fuit in palatio: Pręneste sub imagine duarum sororum colebatur: quādo bona: & mala est fortuna: Ara malę fortunę fuit Romæ in exquiliis: Donatus apud illud Terentianum: O fortuna: o fors fortuna. Fortuna inquit dicta est incerta res: Fors: fortuna: euentus fortunæ bonus: Nonius: Fors est casus: fortuna dea: sed & deus inter deos consentes cultus ab antiquis: de quo Mar. Varro primo rei rust. & Plinius in. xxxvi. scribit Romæ fuisse simulacra boni euentus: & bonæ fortunę in capitolio praxitelis opera: Colitur autem: ut nobis cuncta prospere eueniāt. Sexennis: sextum agens annum ut supra: cuius ætas sexennium dicitur: unde est sexennio prius quidem q̄ moritur pater. ꝑ Punior. qui magis loqui nouerit punice.

Fortuna q̄ & quotuplex

Sexēnis q

SARACENVS. Nero discalciatus

AVO: Salutantis est: iocabitur aliquandiu milphio: quasi uideatur punicam linguam callere. Tu qui zonam non habes: Quia discinctus incedebat: quod dabatur probro: & quondam datum fuit Neroni imperatori: qui quandoq; in publicum prodierit discalciatus & sine cinctu: uel potius denotat hominem aphrum: quorum mos fuerat tunicas gestare discinctas. Dare uelle ædibus. Dicendum ædilibus tanq̃ rem nouam publicæ spectandam attulerit. Lingulas canalis: A canna canalis dicitur cauatum lignum ad cannæ similitudinem: quo aqua deducitur: Virgilius: currentem canalibus undam dixit: lingula autem tradente Festo per diminutionem linguę dicta: alioquin in similitudinem exertę: ut in calicibus: alias insertę: idest infra dentes cohercitę: ut in tibiis: in huiusmodi linguę speciem etiam ueteres gladiolum lingulã dixerunt. Arbinam: Vide ne legendum sit arbonam: quod non tantũ recipio q̃ propono: nam cũ ille dixisset isam: quam pro insula: quę in dalmatia est: potuit itelligi: iocatus milphio arbonã potius dicere maluerit. est.n. arbona mons: e cuius iugo danubius effunditur. Mergas datas: Pro des: sunt mergę autẽ furculę: quibus aceruí frugum fiunt ut alibi ex Festo docuimus. Ad messim credo nisi: Corrigo ad messim credo missus. Non hercle: Tandem palam fatetur milphio uaniloqua usum fuisse interpretatione: pœnus quoq; latinam linguam callere. Migdilia: In aliis codicibus scriptum inueni magdalia: quę uox magis facit ad sensum: nã magar pœnorũ lingua casa dr̃ rusticana: & inde magdalia uillę: ergo magdalia lingua quasi punica: & rusticana. Bissulci: Duplici: quia punice & latine loqueretur. Quasi proserpens bestia: Quę motu ita celeri linguam mouet: ut duplicem habere uideatur.

Isa ubi locorum

Magdalia quæ dicãt

Pœ. auo. Mi. salutat. Pœ. domni. Mi. doni, uolt tibi dare
Hinc nescio quid, audin pollicerier?
ag. Saluta hunc rursus punice uerbis meis.
Mi. auo, Hanno hic mihi tibi inquit uerbis suis.
Pœ. Me barbocca. Mi. istuc sit tibi potius, q̃ mihi,
ag. Quid ait? Mi. miseram esse prædicat buccam sibi.
Fortasse medicos nos arbitratur. ag. si est, nega.
Nolo ego errare hospitem. Mi. auditu rufen nuco istam.
ag. Sic uolo profecto uera huic cuncta expedirier.
Roga nunquid opus sit? Mi. tu qui Zonã non habes,
Quid in hanc uenistis urbem, aut qd nam quæritis?
Pœ. Muphursa. ag. qd ait? Pœ. moinlec biãna. ag. quid uenit?
Mi. Non audis? mures africanos prædicat
In pompam ludis uelle dare ædilibus. Pœ. lalech labcanani liminicoht. ag. quid nunc ait?
Mi. Lingulas canaleis ait se aduexisse & nuces.
Nunc orat operam ut des sibi, ut ea ueneant. (decthapalũ erga
ag. Mercator credo ẽ. Pœ. isa;. Mi. arbinã qdẽ. Pœ.
ag. Milphio qd nũc ait? Mi. palas uẽdũdas sibi mergas datas
Vt ortum fodiat, atq; ut frumentum metat
ad messim credo, missus hic quidem tuam,
ag. Quid istuc ad me? Mi. certiorem esse te uolui,
Nequid furtiue clam accepisse censeas.
Pœ. Muphonium sucoram. Mi. hem caue si feceris,
Quod hic te orat. ag. quid ait? aut quid orat? expedi.
Mi. Sub cratim ut iubeas sese supponi, atq; eo
Lapides imponi multos, ut sese neces.
Pœ. Gunebel balsamen erasan. ag. narra quid est?
Quid ait? Mi. non hercle nunc quidem quicq̃ scio.
Pœ. at ut scias nunc, dehinc latine iam loquar.
Seruom hercle te esse oportet, & neq̃, & malum
Hominem, peregrinum, atq; aduenam, qui irrideas.
Mi. at hercle te hominem, & sycophantam, & subdolum,
Qui huc aduenisti nos captatum magdalia.
Bisulci lingua, quasi proserpens bestia.

VALLA.

Lingula unũ dicta

AVO. salutãtis uox est. Qui zonã nõ habes. Cincti.n. nõ erãt aphri iõ Vir. discinctos mulciber aphros. Lingulas canalis: a lingua lingula: & p diminutionẽ lingula: ut inqt Fes. qd exertę linguę habeãt similitudinẽ. Arui nã qdẽ. pinguedo dr̃ aruina. Et mergas datas. Merge inqt festus furculę: q bus acerui frugũ fiunt: dictę a uolucrĩ minibus mergis: qa ut illi se in aq̃ mergunt: dũ pisces psequunt̃ sic messores eas in fruges dimergũt: ut eleuare possint manipulos. Ad messim credo missus: ut metat inqt tuũ triticũ. Sub cratim. a subere: qm̃ suber subiicit: nõ a subæs ęris aliq auc̃ subęratũ dicim? qd subter ęs hẽat Persius. Ne qua subęrato mẽdosum tiniat auro. Migdilia bisulci lingua. Ab eo quod est myomu cum exprimo mydilia quasi mucosa & impedinta: nam carthaginenses bilingues ideo ait bisulci. fœdam uero linguam dixit: quia barbara. bilingues: quia astuti: unde & uocabulum uapher ue apher ualde astutus dicitur.

Carthaginẽses bilingues

VGOLETVS ET GRAPA.

Zona qd sit

Aediles unũ dicti

Pala unde dicta

ZOnã: an qui more gẽtis discinctus: an sine nũmis qñ in zonis auc̃ portarẽt maiores: ut in lib. de partibus ędiũ. zonæ: fascię: plagę cęli qnq;: in quas orbis diuidit̃. Martiano: Ouidio. Macrobio: Verg. cęteris. Africanos. m. qm in Cyrenaica Africę plura eoꝝ sunt gñã: alii lata frõte: alii acuta: alii herinaceoꝝ gñi similes pũgẽtibus spinis. sunt aũt iter mures: qui dñr pontici: qui aranei qui alpini: auctor Pli. Ex Gyaro insula cycladũ Amyclii a muribus fugati. Aedilib? penes: quos cura ludoꝝ dãdoꝝ: ut dictũ est: ab ędibus sacris & pfanis ędiles dicti: a sella eburnea curules. Erant & cereales ędiles frumẽtarii: annonarii q̃. Põpo. de origine Iuris. Lingulę pisces oblõgi: ut lingulę gladioli. M. Varroni. A. Gellio & aliis. lingula ẽt coclearis fere gñis. Pala a pãgẽdo: ut inqt. M. Varro: rusticum istrumẽtum: ad fodiẽdos agros aptissimũ merge messorii instri genus: a quo mergites fasciculi spicaꝝ Vergilio: & aliis. Migdalian Magdalianue appludã: & farinę quędã quasi retrimenta: & fere caninum panẽ gręci uocãt: Micdilia adhuc

adhuc non nota: utcunque in obprobrium pœni dictum accipe. ⁋ Bisulci lingua: bilinguis: ut pote punice: & latine uerbam faciens: fallax: & uarius in sermone: ut trilingues siculi.

Bisulci qui

ag. Maledicta hinc aufer, linguam compescas, tace,
Maledicere huic tu temperabis, si sapis.
Meis consanguineis nolo te iniuste loqui.
Carthagini ego sum gnatus olim, ut sis sciens,
Pœ. O mihi popularis salue, Ag. & tu ædepol quisquis est.
Et siquid opus est quæso dic, atq; impera
Popularitatis caussa. pœ. habeo gratiam.
Verum ego hic unum hospitem habeo antidamæ filium.
Quæso cōmonstres, si nouisti agorastoclem.
ag. Ecquem adolescentem tu hic nouisti agorastoclem?
Siquidem antidamarchi quæris adoptaticium
Ego sum ipsus, quem tu quæris. pœ. hem quid ego audio?
ag. antidamæ gnatum me esse. pœ. si ita est, iam tessaram
Conferri uis hospitalem, eccam attuli.
ag. agedum huc ostende, est par probe, nā habeo domi.
pœ. O mi hospes salue multum, nam mihi tuus pater,
pater tuus ergo mihi hospes antidamas fuit.
Hæc mihi hospitalis olim tessara cum illo fuit.
ag. Ergo hic apud me hospitium tibi præbebitur.
Nanq; haud repudio hospitium, neq; Carthaginem,
Vnde sum oriundus. pœ. Di dent tibi omnes, quæ uelis.
Sed quid ais? qui potuit fieri ut Carthagini
Gnatus sis, hic autem habuisti ætolum patrem?
ag. Surreptus sum illinc, hic me antidamas hospes tuus
Emit, & is post me sibi adoptauit filium.
pœ. Demarcho item ipse fuit adoptatitius.
Sed mitto de illo nunc, ad te redeo. dic mihi,
Ecquid meministi tuum parentum nomina?
ag. patris atq; matris memini. pœ. memoradum mihi
Si noui forte, aut si sunt cognati mihi.
ag. ampsigura mater mihi fuit. Iachon pater.
pœ. patrem atq; matrem uiuerent uellem tibi.
ag. an mortui sunt? pœ. factum, quod quidem ægre tuli.
Nam mihi sobrina ampsigura tua mater fuit.
pater tuus is erat frater patruelis meus.
Et is me heredem fecit, cum suum obiit diem.
Quo me priuatum patior ægre mortuo.
Sed si ita est, ut sis Iachonis filius
Signum esse oportet in manu leua tibi,
Ludenti puero quod momordit simia,
Ostende. ag. inspice. pœ. iam aperi atq; ades.
ag. Mi patrue salue. pœ. & tu salue mi agorastocles,
ag. Iterum mihi gnatus uideor, quod te repperi.
Mi. pol istam rem uobis bene uenisse gaudeo
Et te moneri nonne uis? pœ. sane uolo.
Mi. paterna oportet reddi filio bona.
Aequom est habere hunc bona, quæ possedit pater.
pœ. Haud postulo aliter, restituentur omnia,

⁋ SI ita est: te esse iam confer: Legendum est si ita est: tessaram confer. ⁋ Incestauit: Corrupit: uiolauit: a cesto ueneris cingulo. quod in legittimis nuptiis adhibebant: contrarium est incestus illicitus coitus. ⁋ Catum: Sapientem: astutum. ⁋ Crudum: Aspectu trucez. ⁋ Architectonem: Pronunciauit uoce græca: nam illi architecto non dicunt unde architectari componere. ⁋ Corpore aquilo: Legi posset colore: nō corpore: nam color aquilus dicitur subniger: & fuscus: ut docemur a Festo: nihil tamen demuto: cum in rudēte corpus rursus sub aquilum dixerit.

SARACENVS.

Color aquilus qui sit

⁋ MEIS consanguineis. unde ego natus sum. ⁋ Vt sis sciens. Aticismus est sermo: ut noris. ⁋ Adoptaticiuz. i. qui in adoptionem uenit antidamarchi. ⁋ Tessarā cōfer: si uis hospitalē. nam paulo ante sibi esse dixit tessarā hospitalem. ⁋ Tuus pater frater. i. qui tuus erat pater fuit frater meus. Tuus ergo hospes antidamas: qm̄ ex tessara ita eē colligo. ⁋ Nāq; carthagine idē sum oriundus. i. originē ducens: quin: & ibidē natus ergo carthagine natus: & oriundus. ⁋ Demarcho itē ipse: subaudi antidamas. ⁋ Aegre tuli. molestū habui. ⁋ Suā rem sibi saluā sistam tradidero: quæ ab eius patre habui bona. ⁋ Et si hic habet tamen: licet inquit hęc habitet. siquidez habito ab habeo iteratiuū est. ⁋ Potin fieri subdolus. An malicio sus inquit fieri possis. Male faxi lubēs: leno libenter maleferim. ⁋ Efflictim perit. perdite adamat. Neq; eaz incestauit unq̄. i. corrūpit. cęstus quartę declinationis pugilū arma. secūdæ græcuz est: fœmininiq; generis: quod cingulū ueneris significat legitimis copulis dū taxat adhibitum: ideo quæ legitimæ non sunt: incesti nomen habent: unī uerbū incestare. Mortalē catū: acutū ad inueniēdū. ⁋ Crudūq;: qm̄ trucē se fore lenoni dixerat. ⁋ Adflet. quo illud gestu faciat facilius. Quo aptius. iqt possit se assimulare patrem gestu ostendit quippe qui flet. ⁋ Superat architectonem: græce loquutus architectonē dixit: quē nos architectū. ⁋ Corpore aqlo: colorē habens inquit aquilinum.

VALLA.

Cestus qd sit

⁋ CONsanguineus eiusdē sanguinis punici: & nationis: unī mox popularis & popularitatis. Cassius: cōsanguineos dicit eos: qui sanguine inter se cōiūcti sūt: Vlp. de suis & legit her. ⁋ Adoptaticiū: in aliū per adoptionē assumptuz adoptatur āt: qui in patris est ptāte: arrogat̄ qui sui iuris est. per p̄torē fit adoptio per ppl̄m: aut principis auctoritate fit arrogatio. A. Gellius in. v. noct. atti. Modest. & Cai⁹ iurecōsult. de ado

VGOLETVS ET GRAPA.

Adoptaticium quid

Suam rem sibi saluam sistam, si illo aduenerit.
Mi facito sis reddas, etsi hic habitabit tamen.
Pœ. Quin me a quoq; iste habebit, si quid de me fuat.
Mi. Festiuom facinus uenit mihi in mentem modo.
Pœ. qd idest? Mi. tua est opus opa. Pœ. dic mihi qd lubet.
Profecto uteris, ut uoles, operam meam,
Quid est negocii? Mi. potin tu fieri subdolus?
Pœ. inimico possum, amico est insipientia.
Mi. Inimicus hercle est huius. Pœ. male faxim lubens.
Mi. Amat a lenone hic. Pœ. facit id sapienter puto.
Mi. Leno hic habitat uicinus. Pœ. malefaxim lubens.
Mi. Ei duæ puellæ sunt meretrices, seruolæ
Sorores, earum hic alteram efflictim perit,
Neq; eam incestauit unq̃. Pœ. acerba amatio est.
Mi. Hunc leno ludificatur. Pœ. suum quæstum colit.
Mi. Hic illi malam rem dare uolt. pœ. frugi, si id facit.
Mi. Nunc hoc consiliũ capio, & hanc fabricam apparo
Vt te allegemus, qui filias dicas tuas
Surruptasq; esse paruulas Carthagine.
Manuq; has liberali caussa ambas asseras,
Quasi filiæ tuæ sint ambæ, intellegis?
Pœ. Intellego hercle. nam mihi item gnatæ duæ
Cum nutrice una surruptæ sunt paruolæ.
Mi. Lepide hercle assimulas, iam in principio id mihi placet.
Pœ. pol magis, q̃ uellem. Mi. heu hercle mortalem catum,
Malum, crudumq;, & callidum, & subdolum,
Vt adflet, quo illud gestu faciat facilius.
Me quoq; dolis iam superat architectonem.
Pœ. Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi.
Mi. Statura haud magna, corpore aquilo. pœ. atq ipsa east.
Mi. Specie uenusta, ore paruo atq; oculis pernigris.
Pœ. Formam quidem hercle uerbis depinxisti mihi.
Mi. Vin eam uidere? pœ. filias malo meas,
Sed i atq; euoca illam, si eæ meæ sunt filiæ.
Si illarum est nutrix, me continuo nouerit.
Mi. Heus ecquis hic est? nunciate ut prodeat
Foras Giddeneme, est qui illam conuentam esse uolt.

ptionibus: Adoptiuus aũt transit iure
adoptionis in nomẽ in familiam in he
Sobrina q̃ reditatē. ¶ Sobrina erit patris uel ma
tris meæ: consobrini consobrinæq; fi/
lia: ut sobrinꝰ Festo Pompeio. ¶ Leua
Sinistra: quã gręci σκαιὰν uocant Vn
de scæuæ & scæuolæ nostris: Vlpi. de
ædi ed. Scæua inquit non est morbo/
sus: nec uitiosus nisi imbecillitate dex/
træ ualidius sinistra utatur: sed hunc
non scæuam: sed mancum dicimus.
¶ Simiæ simiiq; mansuescunt: & do/
mi habentur: dictę q; simę sunt pręssis
naribus: uel quasi mimiæ: idest imita/
trices: unde simium quandoq; imita/
torem uocamus: Simiarũ generi ad/
numerantur Cynocephali & Satyri:
Cynocephali qui his mitissima inquit Plinius: illis effe/
ratior est natura. Cum cauda cercopi
theci appellati πίθηκον simiam dicũt
græci: Vnde pithecusę insulę: nisi for/
tasse a figlinis doliariorum: nã πίθος
Incestare quid sit gręcis dolium. ¶ Incestauit: stuprauit:
alias polluit: Suetonio & Virgilio: & i
cestus quęlibet pollutio. dicta Seruio:
Incestum crimen ipsum adulterii a Ce
sto Veneris balteo dictum quidam uo
lunt: in eo sunt balteo uoluptates: blan
dicię: suedele: omnes cupidies: philtra
inducentia: trahentiaq; etiam pruden
tes: Incestum hominem quoq; nuncu/
pamus incesto pollutum: Apuleius. x.
asini aurei: illum inquit incestũ pater
no thalamo: illum parricidam frater/
Catus qui no exitio. ¶ Catus sapiens No. M. Var
ro cata acuta uerbo sabino: quare catꝰ
Aelius Sextus nõ ut aiunt sapiens: sed
acutus: & cata: dicta acuta: Horatius
de mercurio: qui feros cultus hominũ
recentum uoce formasti catus: quo lo/
co interpres pro docto: & experto ca/
tum accipit: Vnde auctore plutarcho
in Catone: Romani eum in quo mul/
tarum rerum usus & experiẽtia sit: Ca
tonem nominãt: Cato enim cognomẽ
tum uirtutis extitit: Plinius. Reliquis
animi bonis præstitere: & apud cęte/
ros mortales sapientia ob id Cati cor/
culi apud ro. cognominati: qualis So/
crates: qualis Scipio Nassica uir opti/
mus semel a cõdito ęuo iudicatus a iu
Corculum quid rato senatu: & Corculum dictus. ut scribit Cicero in Bruto: & quęst. Tusculana. ¶ Corculum inquit Festus a corde
dicebant antiqui solertem: & acutum: quicũq; habuerit horoscopum in uulpe erit cordatus. ¶ Architectonem: ar/
chitectum: artificũq; principem: & recte: quando fabricam se dixerat apparere: idest technam: dolum: & fallaciam:
Facies qd sit fabricam nãq; solent disponere architecti: de quibus Vitruuius. ¶ Facie: habitudine corporis: ut Donatus apud Te
rentium exponit: idem sentit Nonius: & A. Gellius. Pacuuius: Nupta ætate integra. feroci ingenio: facie procera.
¶ Formam. Festus: Forma significat faciem cuiusq; rei. ¶ Aquilo: fusco: & subnigro. F. Pompe. auctor.



Giddeneme nutrix. Háno Pœnus. Milphio. Agorastocles. Puer

Quis pultat? Mi. q te pximus é. Gi. quiduis? Mi. eho
Nouistin tu illunc tunicatum hominem qui siet?
Gi. Nam quem nunc ego aspicio? proh supreme iuppiter,
Meus herus quidem est, mearum alūnarū pater
Hanno carthaginensis. mi. ecce autem mala,
Præstigiator hic quidem pœnus probus est.
Perduxit omneis ad suam sententiam.
Gi. O mi here salue Hanno insperatissume mihi, tuisq; filiis, salue atq; eho
Mirari noli, neq; me contemptarier.
Cognoscin tu Giddenemen ancillam tuam?
Pœ. Noui, sed ubi sunt meæ gnatæ? id scire expeto.
Ag. apud ædem Veneris. Pœ. quid ibi faciunt? dic mihi.
Ag. aphrodisia hodie Veneris est festus dies
Oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia.
Gi. pol, satis scio impetrarunt, quando hic hic adest.
Ag. Eho an huius sunt illæc filiæ? Gi. ita ut prædicas.
Tua pietas nobis plane auxilio fuit,
Cum huc aduenisti, atq; hodie in ipso tempore.
Nanq; hodie earum mutarentur nomina,
Facerentq; indignum genere quæstum corpore.
Pu. Haudones, illi hauon bene si illi in mustine
Gi. me ipsi, & eneste, dum & alamna cestinum.
Ag. Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.
Mi. matrem hic salutat hanc suam, hæc autem hunc filium.
Pœ. Tace atq; parce muliebri supellectili.
Ag. Quæ ea est suppellex? pœ. clarus clamor, sine modo.
Tu abduc hos intro, & una nutricem simul
Iube hanc abire ad te. ag. fac quod tibi imperat.
Mi. Sed quis illas tibi monstrabit? ag. ego doctissume
Mi. Abeo igitur. Ag. facias modo q̃ memores, mauelim
Patruo aduenienti cœna curetur uolo.
Pœ. Lachanam uos, quos. mi. ego iam detrudam ad molas,
Inde porro ad puteum, atq; robustum codicem

SARACENVS.

Quis pultat: Giddeneme accite suū agnoscit herū: paterq; suaꝝ est inuisurus filias. ¶ Ecce autē mala: Putat milphio oīa fuisse fīcta: & a pœno: & pariter a nutrice: ut facili9 lenonē dolo uorterēt. ¶ Haudones: Et q̃ sequunt̄ dicta sunt p iocū: ut loqui punice uideret̄. ¶ Tace: atq; parce. Sermo pœni ē: n̄ milphiōis. ¶ Tu adhuc has itro: Melius abduc hos intro. s. eos: quos secum comites habuerat. ¶ Lachanam uos quos: Vel sunt uerba pœnuli ad eos: quos in domū recipi iusserat: q̃si punico sermōe platа: uel poti9 milphiōis: q cum sibi agorastocles mādasset: lautam ut patruo suo cœnā paret: festiuiter rñderit: lachana: p q̄d uerbū innuit cœna parādā eē ex oleribꝰ: nā græci lacha nō holus dicūt postmodū conuersus ad hospites: quos domum ducturus erat: sermonē pseq̄: uos quos ego iā detrudā: & q̃ sequunt̄: q̃si non ad hospitiū: s; i carcerē uelit eos deducere: & oīa sunt iocis referta. ¶ Inde porro apud eū: Sūt q legāt ide porro ad latomias: q̄dā aūt ad puteū: q̄d uerbū magis ɔuenit uiciato ordini lr̃aꝝ nā & i aulularia Plaut9 dixit: i puteū cōdite: s; utrūq; rēcte. Atq; robustu; codicē: Vel robustū carcerē: q̄d ide; est: dictū ē in curculiōe carcerē robustū fuisse locū: in quo nocētes ac malefici perimebātur ex lignis roboris sæptū. ¶ Throæ sunt cœlū: ne sustoli solē: diu & multum quæsiui maculatum hunc locum ex deprauata positione litteraꝝ: uel emēdare: uel ad aliquē: quo melius fieri posset: intellectum trahere: ne omnino sensus deperiret: nihil non ambiguū occurrit: aut q̄d uere custodiri possit: at si periclitari licet: hocq; modo legatur: nō puto multum a plautino sensu aberrasse: put: nec multū ab ipsarum litterarum serie deliraui: cochleæ sunt e testa ut se sustolli solent: quæ lectio cum superiori nempe conuenit: nam queadmodu; cochleæ siue limaces: dū in sublime repunt: se attollunt: statim exerentes se domicilio: sic dicit puellas illico creuisse: & e paruulis q̃ mox effectas grādiores: sermonē tñ monemus omnino dandum esse agorastocli: non pœno: ut fecimus.

Lachana quid sit

Cochleæ q dicantur

VALLA.

Quis pultat. gideneme exeūte lenonis domo filias hanno per illam cognoscit suas & perinde exulatio letitiæ utrinq; exoritur. Tunicatū hominem. Tunicam indutum superne: ut mos fuit carthaginensium cum alii tunicā habeant lineā: quā subucculā dicimus: & uerbo milita

Ego faxo hospitium hoc leniter laudabitis.
Ag. audin tu patrue? dico ne dictum neges,
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.
Pœ. pactam rem habeto. ag. spondes ne igitur? pœ. spondeo.
Ag. Mihi patrue salue, nam nunc es plane meus.
Nunc demum ego cum illa fabulabor libere.
Nunc patrue si uis tuas uidere filias,
Me sequere. pœ. iamdudum equidem cupio, & te sequor.
Ag. Quid si eamus illis obuiam? pœ. at ne inter uias
Præbiteramus eas metuo, magne iupiter
Restitue certas mihi ex incertis nunc opes.
Ag. Ego quidem amores meos mecum confido fore.
Sed eccas uideo ipsas. pœ. hæ sunt meæ filiæ.
Quantæ e quantillis, iam sunt factæ. ag. scin quid est?
Cocleæ sunt e testa, ut se sustolli solent.
Mi. Opinor hercle hodie quod ego dixi per iocum,
Id euenturum esse & seuerum, & serium,
Vt hæ inueniantur hodie esse huius filiæ.
Ag. pol istud quidem iam certum est, tu istos Milphio
Abduce intro. nos hasce hic præstolabimur.

el: ut inquit diuus Hieronymus. Camisiam. Prestigiator: hic qdē pœnus. i. diuinator: quem græci ne cromantin uocant. Neq; me conté ptarier. i. aspernari ab eo: qđ est con têno contéptor contemptaris: uerbū iteratiuum fecit. In ipso tempore. In tēporis oportuno articulo. Tu abduc: hinc abducito. Facias mō: q̄ memores mauelim. ubiq; ut hic in ducitur agorastocles: & iracūdus: & properans: ut Iuue. ut amantis mos est. Ad robustum codicē: idest tra bē; de robore: in quo reuincti pedes habeātur: unde & codices dicti: uel quia in cæratis tabulis: quę e robore scriberent: uel quod assulis roboris contegantur: uel quod cortex de co dicibus eximeretᷣ: ubi scriberēt: unde etiā liber nomē hēt. Ad latomias: idest lapidicinas: uł opus lapidariū. laas. n. lapis: & tomos sectio dicitur. Inter uias ꝓbitā. i. ne inter eūdum præueniā: nā bitare sæpe supra ostē sum est: ire ueteres ꝓtulisse. Quātę e quātulis. q̄ magnæ ex paruis. Ce nitæ sunt cenitæ inqt festus credebā tur eē fortiū deę: qđ tenēdi hēant po testatē. tanq̄ ergo illæ fortitæ sunt corpis ꝓceritatē. Hasce hic ꝑstolabimur. milphionem agorastocles dimittit: ne pluriū sit cōfusio personarū: quod & Horatius præcipit: nec quarta loqui persona laboret inquiens.

Codices unū dicti

VGOLETVS ET GRAPA.

PRAEstigiator: uafer: impostor fallaciis pollēs: ꝑstigiæ uaframēta: elusiones: deceptiūculæ. A. Gellius. xii. Hęc mera ueritas tusculani hois egere se multis: & nihil tamen cupere dicentis: plus hercle promouet ad exhortādā patī simoniā: sustinendāq; inopiā: q̄ græce istorū Præstigiæ philosophari sese dicentiū: umbrasq; inanes uerboꝝ fingen tiū: qui se nihil hēre: & nihil tñ egere: ac nihil cupere dicunt: cū & habendo: & egēdo: & cupiēdo ardeāt. ꝑstigiatrix in Amphi. q̄ nouit præstigii artē: qua manuū agilima agilitate oculos astantiū perstringentes: uel cōpellāt eos crede re quod nō est: uel re ipsa decipiūt: Horatius de Mercurio Te boues olim nisi reddidisses: Per dolū amotas puerum minaci: Voce dū terret uiduus pharetra. Risit apollo: huius nāq; artis inuētor Mercurius credit. Molas: pistrina rias. Ad puteū legebat Hermolaus: nā ad puteal romæ mansitabāt fœneratores Ouidius: q puteal: ianūq; timent celeresq; kalēdas. Robustū codicē supplicii genus intellegit: de quo Apuleius in Apologia magię: O mirū cœmentū: o subtilitas digna robore: & carcere: Val. max. lib. vi. De robore inquit ꝑcipitati sunt nā in carcere locus dicitur Fe sto Pōp. quo ꝑcipitabat malefactoꝝ genus: quod ante robusteis septis includebāt Plautus ipe in curgul. At ego uos ambo in robusto carcere: ut pereatis: Codicē utro & caudicē norunt omes. Præbitere inquit Festus Pō. pro præire Plautus posuit. Threoæ: quidam theoræ tamq; suspectantes: Vnde metheora: qualia scripserunt Aristoteles: & Albertus magnus: Inde metheorologi: utrunq; nec admitto: nec repello: Theoria contemplatio: & intellectus dei: alimonia: & beatitas diuarum animarum.

Præstigiator qui

Robustum quid sit

Præbitere quid sit

Thæoria quid sit

SARACENVS.

Fvit hodie: In hac scæna pater suas cōplectitur filias: agorastoclesq; adelsium suam reposcit uxorem. Oculis epulas dare: Quasi pascant: & foueāt: cū qppiā uideant quod oblectet.

VALLA.

Fvit hodie operæptiū: ab aphrodisiis domū tedeūtes lenonis puellæ: quæ ui derint dum commemorāt ex impro uiso patri hānoni occurrūt: fitq; lętitia inter omnes cōmuniter. hānoni: q filias compererit puellis: q patrem nosci tarint. Agorastocli q uoti cōpos extiterit pactus quā adamabat. Amabilitati animū addiceret. qui adamare con cupisceret. Delubrum: qui hodie ornatū eo uisere uenit. qui uenit eo inquit: ut ornatū uiseret templū. Asconius: in diuinationis argumēto sunt: qui inquit tēpla esse dicant: singulorum diis attributorū locorum: Delubra multarū ædiū sub uno tecto ac diluuio imutatū. Alii delubra dicunt ea tēpla quibus nūc delubra corporū abluendorū more dodonei iouis: aut apollinis delphici i quoꝝ delubris lebetes: tripodesq; uisunt. sunt ēt qui delubra ligna delibrata: idest decoriata pro simulacris deoꝝ more ueterum posita existiment: sed male. Deamaui ecastor: ualde amaui.

Adelphasiū. Anterastilis. Agorastocles. Hāno Pœnus.

Fvit hodie opæptiū eius, q amabilitati aīum addiceret,
Oculis epulas dar, dlubrū q hodie ornatū eo uiseī ueit.
De amaui ecastor illic ego hodie lepidissima munera
meretricum
Digna diua uenustisma Venere, neq; cōtēpsi eius opes hodie.
Tanta ibi copia uenustatū aderat suo quæq; loco sita nitide,

Delubrum quid sit

VGOLETVS ET GRAPA.

DElubrum templum de cuius uerbi significatu Seruius interprimos Asconius & Macrobius. Clientarum an tique dictum: nam clienta Catoni est: & clientus quandoq; legitur.

MVRrhinusq;

SARACENVS.

MVRrhinusq; odor: Ecce quo pacto nō solū inter dulcia (ut in pseudolo me minimus) sed inter odorata murrhinā posuit. Festus dies uenus: Lege ueneris. Pacis potētes: Quia cū nullo fuerat iurgiū: neq; contētio. Spero equidē: Ordo uerborum est: spero equidem: ut pol ego cognosco (eo sumus genere cum ingeniis: quibus sumus: atq; aliæ gnatæ) ut deceat non esse a culpa castas. Rebus mis: quia mei: & mis sicut tu: tui uel tis. Quasq; prima perdidi paruas: Lego quasq; patria perdidi paruas.

Arabius murrhinusq; omnis odor complebat, haud
Sordere uisus est festus dies Veneris, nec tum fanum
Tātus ibi cliētarū erat nūerus, q̄ ad calydoniā uenerāt Venerē
Certo.n. qd̄ qdē ad nos duas attinuit, præpotētes soror fuim⁹.
Neq; ab iuuētute ibi in ridiculo habitæ, quod pol soror cæteris.
Omnibus factū est. an. malim istuc aliis uideatur, q̄ uti te soror
Collaudes. ad. spo eqdē, & pol ego cū īgeniis qbus sumus, atq;
Cognosco, eo sumus gnatæ gñe, ut deceat a culpa eē nos (aliæ
Castas. pœ. Iuppiter q genus colis, aliisq; hoīum, p̄ quē uiuim⁹
Vitale æuū, quē penes spes, uitæq; sunt hoīu; oīum, da diē hūc
Sospitē quæso rebus mis agūdis, & quibus annos multos carui,
Quasq; prima perdidi paruas, redde his libertatem, præmiū
Inuictæ, ut esse sciam pietati. ag. omnia faciet faxo iupiter.
Nam mihi est obnoxius, & me metuit. pœ. tace quæso. ag. ne lachruma patrue,
Ad. Vt uolupest hoī mea soror, si qd̄ agit, cluet uictoria,
Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine.
An. Stulta soror es magis q̄ uolo, an uero pulchra uidere obse/
Si tibi illic nō os oblitū ē fuligine? ag. o patrue, o patrue (cro,
Mi patruissume. pœ. quid est fratris mei gnate? qduis? expedi.
Ag. At.n. uolo hoc agas. Pœ. at enim ago istuc. ag. patrue mi patruissume.
Pœ. Quid est? ag. est lepida & lauta, ut sapit? Pœ. ingenium patris habet, quod sapit.
Ag. Quæres iamdiu ædepol sapientiam tuam. pœ. ecquid
Abusa est? ag. nunc hinc sapit, hinc sentit, quicquid sapit meo amore sapit.
Ad. Non eo sumus genere p̄ gnatæ, tametsi sumus seruæ soror,
Vt deceat facere nos quicq̄ quod hominum quisq̄ irrideat.
Multa sunt mulierum uitia, sed hoc e multis unum maxumū est,
Cum sibi nimis placent, nimisq; operam dant ut placeant uiris,
Nimiæ uoluptati est quod in extis nostris portentū est soror.
Quodq; haruspex de ambabus dixit. ag. uelim de me aliquid quod dixerit.
Ad. Nos fore inuito domino nostro diebus paucis liberas.
Id ego nisi quid dii, aut parentes faxint, quid sperē haud scio.
Ag. Mea fiducia hercle haruspex patruelis promisit scio
Libertatem, quia me scit hanc amare. ad. soror sequere hac. an. sequor.
Pœ. priusq̄ abeunt, si uis clama has. ag. nisi piget consistite.
Ad. Quis reuocat? ag. q bñ uolt uobis facere. ad. facer ē occasio
Sed quis hō hic est? ag. amicus uobis. ad. q qdē inimicus nō ē,

VALLA.

ARAbius. qa ex arabia p̄sertim fœlici odoratarū rerum fere uis magna adducit. Murrhinusq; omnis odor. qd̄ nūc a myrrha myrrinus uetustissimi uertēdo in ipsilō u murrinū dixere. Pacisq; potētes. q̄ potuimus pacē ueneris cōseq. Mali istuc aliis uideat: subaudi ut lauderis q̄ ut te laudes. Ingeniis qbus sum⁹: atq; aliæ cognosco. nō sum inqt ita reru; imperita. ut nō nouerim: nos alio eē ingenio: q̄ aliç sint mulieres. A culpa castas. i. uacare culpa: q̄si casas. Viuimus uitale æuū. uiuimus q̄tū hæc corporis uita p̄mittat. Rebus mis agūdis. Nam ego mei: uel mis facit. Inuictū p̄miū: qd̄ fortuna nulla eripiat: uel ita legendū: redde his libertatē inuictā: ut deinde subsequatur p̄miū ut eē sciam pietati: quo norim inquit piis hoibus dari p̄mium. Cluet uictoria. i. euenit. Præstitimus pulchritudie: excelluim⁹. Nō os oblitū est fuligine. Non inqnatū & fuligine ab eo qd̄ est oblino: solent eni mulieres pingere: ut Iuue. ille supciliū magis a fuligine tinctū. aliq̄ p̄ducit acu: id medici docent: p̄sertim ubi de pice loquunt̄ Dioscorides aetius. Sapiētiā tuā ecquā abusa est. iā pridē tua inqt: nō utit̄ sapiētia: sed eā sapientiā a me hēt. In extis nr̄is portēstust: In hostiis nr̄is est significatum. Si uis clama has. pro ad has.

VGOLETVS ET GRAPA.

ARAbius. Arabii: odores ubiq; cōmendant̄. Thus: myrrha: ex qua stacte spontanea sudans: & ladanū. cinamomū: calamus: & Iuncus odoratus. Apuleius i ultimo asini aurei: Spirans Arabiç fœlicia germina: & in floridis odorū inquit diuites Arabas: Triplex autē Arabia sed magis inclyta: q a græcis Eudemō: a nostris felix beataq; nuncupat̄ aromatifera plurimū: ut inquit Strabo ligna arabiæ non alia in usu quoq; q̄ odorata cibos sabei coquunt thuris ligno: & alii myrrhæ: ut scribit plini⁹. Calydoniam sicut dicimus Gnidiam: Cypriam: Golgicā: Erycinam: Cythercam: Idaliā: Castnectin: Acydaliam: nisi hæc fortasse a curis amantium. Cluet: sit ut supra. Fuligine ad denigranda supercilia iuxta illud satyrographi: Ille superciliū madida fuligine tinctum: Obliqua producit acu: pingitq; trementes: Attollens oculos: Calliblephara quoq;: quibus additur fuligo ut inquit plinius: dilatandis: ornandis: uenustandisq; conferunt palpebris: fuligo ipsa fit e resina: uel pice exustis in officinis fumum eum non emittentibus: quæ efficatior est: concrescit & in balneis: & fornacibus: qua utuntur ad uolumina scribenda: plinius auctor.

Arabia triplex

Fuligo qd sit

SARACENVS.

¶POST istum malum: Legendu; est pol istum malim: uel istuc. ¶ Inlusos uolo: nūc tene patrue: Non est mirum: si plautina lectio in plerisq; locis se offarat duriuscula: quod maxime fit ex uiciato interlocutorum ordine: ueram hanc lectionem affirmem: ut primū tamen pœnus loquatur: illusas uolo nunc: uel illudi eas uolo nunc: & deinde agorastocles: teneo patrue: idest intelligo quid tandem uelis: quod autem filias primū illudi uelit: ex ipsius uerbis infra clare liquet. ¶ Antestabor: Quid sit antestari sæpe dictum est. ¶ Etiam ne meæ latrant canes: Nam maledictis eas incessabant prout latratu canes. ¶ Adludiato. Idest canibus ipsis applaudito. ¶ Quid furti estis: rectius quid id furti est. ¶ Vter ut ridet: Vter utridet. ¶ Priusq̄ te mihi desponderint: potius legēdum arbitror: priusquā me tibi desponderit. ¶ Sperate salue omitte salte tua littera: nolo ego istuc enicam condamus alter alterum ego in neruū brachialem: Sensus horum uerborum fiet planior: si modo inuersas litteras cōponamus. uel paucis additis: loquitur primu; adelphasium: sperate salue: deinde agorastocles: omitte salutem te amplectar: uel sine saltem te amplectar. Ad. nolo ego istuc: enieas: quia fortassis illam nimium osculabatur: uel manibus attrectabat: condamus alter alterum: ergo in neruum brachialem: hoc est mutuo brachiorum nexu: & quasi brachiali uinculo connectamur: & si brachiale proprie ornamētum brachiorum dicatur. ¶ Quibus nunc in terra melius est: Cum interrogatione legendum est: quasi nulli alii fœlicitas maior. ¶ Numero: Nimium cito.

Brachiale quid sit

VALLA.

¶HAVD deprecor: idest non recuso: non refuto. nam deprecari & ualde dēpcari: & refutare est. ¶ Vt astusu; aggressus eas: idest ut adiui illas cum astutia. ¶ Vin ego hanc appræhendam. subaudi adelphasiū. ¶ Antestante me. non enim in ius trahi potuerat: nisi antestaretur quispiā: hoc supra abūde: qd sit antestari dictū ē. ¶ Etiā ne meæ latrāt canes. Hoc prouerbialr dictū i illos: q aduersū suos loquunt. ¶ Pro offa sauiū. qa ut offa ori inserit. ita & sauiu; ori adhibet. offa qcqd in iure aliquo intumescit: uel qcqd oio turget citra figurā ullā: ut Iuue. illud in patruo sītes effunderet offas. Et rursū: liuidā tu moribus offā; & puerbiū illud: nescis qd distet iter os & offā. ¶ Oleo trāqlliorē: quo oēs solemus mitigare iflāmationes. ¶ Ite sultis. si uultis. ¶ Furç estis am/

Offa qd sit

Bonus est hic hō. ag. mea uoluptas. ad. pol istū malim, q̄ malū.
Ag. Siqdē amicitia ē habēda, cū hoc habēdū ē. Ad. haud pcor.
Ag. multa bona uobis facere uolt. ad. bonus bonis benefeceris.
Pœ. Gaudio ero uobis. ad. at nos ædepol uoluptati tibi.
Pœ. Libertatiq;. ad. isto pretio tuas nos facile feceris.
Ag. Patrue mi ita me di amabunt, ut ego si sim Iupiter,
Iam hercle ego illam uxorem ducā, & iunonem extudam foras,
Vt pudice uerba fecit, cogitate, & commode,
Vt modeste orationem præbuit, certo hæc mea est,
Sed ut astusum aggressus eas? Pœ. lepide hercle, atq; cōmode,
Perge etiam, tenta, rem in pauca confer sitiunt qui sedent
Ag. Quid istic, quod faciundū est, cur non agimus? illius os
Volo nunc tene patrue. Pœ. tu frugi si bonæ es. ag. uin ego
Hanc apprehendam? ad. an patruus est agorastocles tuus hic?
Ag. iam faxo scibis, nunc ego pol te ulciscar probe.
Nam faxo mea eris sponsa. Pœ. ite in ius ne moramini
Antestare me, atq; duce. ag. ego te antestabor, postea
Hanc amabo, atq; amplexabo, sed illud quidem uolui dicere,
Imo dixi hercle quod uolebam. Pœ. moramini? in ius uos uoco,
Nisi honestiust prehendi. ad. quid in ius uocas nos? quid tibi
Debemus? ag. dice illi. ad. etiam ne meæ in me latrant canes?
Ag. at tu hercle adludiato, dato mihi pro offa sauium,
Pro osse linguam obiicito, ita hanc ego canem faciam tibi oleo
Tranquilliorem. Pœ. ite sultis. ad. quid nos fecimus tibi?
Pœ. Fures estis ābæ. ad. nos ne tibi? pœ. uos iq̄. ag. atq; ego scio
Ad. Qui id furti est? ag. hūc rogato. pœ. qa ānos multos filias
Meas cælauistis clam me, atq; equidem ingenuas, liberas,
Summoq; genere gnatas. ad. nunq̄ ecastor reperies
Tu istuc probrum penes nos. ag. da pignus, ni nunc peieres,
Sauium uter utri det. ad. nihil tecum ago, abscede obsecro.
Ag. atq; hercle mecū agēdū est tibi, nam hic patruus est meus,
Pro hoc patronus sim necesse est, & prædicabo quo modo
Vos furta faciatis multa, quoq; modo huius filias
Apud uos habeatis seruas, quas ex patria liberas
Surruptas esse scitis. ad. ubi sunt eæ? aut quas obsecro
Satis iam maceratæ. Pœ. quin eloquar. ag. censeo ergo patrue.
Ad. Misera timeo quid hoc negocii sit mea soror,
Ita stupida sine animo asto. Pœ. aduortite animum mulieres
Primum, si id fieri possit ne indigna indignis di darent,
Id ego euenire uellem, nunc quod boni mihi di danunt,
Vobis, uostræq; matri, eas Dis est æquom gratias
Nos agere sempiternas, cum nostram pietatem approbant.
Decorantq; di immortales. uos meæ estis filiæ ambæ,
Et hic cognatus uoster huiusce fratris filius.
Ad. amabo num hi falso oblectant gaudio nos? ag. at me ita
Di seruent, ut hic pater est uoster, date actutum manus.
Ad Salue insperate nobis pater, te complecti nos sine.
Te cupite, atq; expectate. an. pater salue, ambæ filiæ
Sumus, amplectamur ambæ. ag. quis me amplectetur postea?
Pœ. Nunc ego fortunatus, multorum annorum miserias

Nunc hac uoluptate sedo. ad. uix hoc uidemur credere.
Pœ. Qui magis credatis dicā, nam uostra nutrix primulum
Me cognouit. ad. ubi amabo ē? poe. apud hūc ē. ad. q̄so q Iubet
Tam diu tenere collum, priusq̄ te mihi desponderit?
Ag. Omitto. ad. sperate salue. ag. omitte salutē, amplectere.
Ad. Nolo ego istuc, enicas. ag. condamus alter alterum
Ergo in neruom brachialem. quibus nunc in terra meliust?
Ad. Eueniunt digna dignis. Pœ. tandem huic cupitum cōtigit.
Ag. O appella, o zeusis pictor, cur numero estis mortui
Hinc exēplum ut pingeretis, nam alios pictores nihil moror.
Pœ. di. dæq; omnes uobis habeo merito magnas gratias
Quom hac me lætitia tanta, & tantis affecistis gaudiis,
Vt meæ gnatæ ad me redirent in potestatem meam.
Ad. mi pater tua pietas plane nobis auxilio fuit.
Ag. Patrue in memoriam habeas, tuam maiorem filiam
Mihi te despondisse. Pœ. memini, & dotis quid promiserim.

bæ. licet hic & hæc fur dicatur: ue:teres tū hic fur. & hęc fura ab antiqua græcorum lingua: qua for dicebat. Patronus sim: quia patruus meus est patrociniū eius mihi suscepi. ¶ Hac uoluptate sedo. reficio multorū miserias annorū: quod uos filias meas reperi. ¶ O appella zeuxis pictor: cur nūero estis mortui. Cur tā cito mortui estis. Appellex sui tpis pictor insignis. Pli. uerum & omnes prius genitos: futurosq; postea superauit appelles: eo usq; olympiade cētesima. xii. in pictura prouectus: ut plura solus prope q̄ cæteri omnes contulerit: uoluminibus edictis: quæ doctrinā eā continens. Præcipua eius in arte uenustas fuit cum: eadē ætate maximi pictores essent: quorū opera cū ammiraretur: collaudatis omnibus: deesse iis una; illā uenerē dicebat. quā græci charita uocant: cætera omnia cōtigisse. Zeusis autē eracleotes: qui: ut inqt Cicero: suo tpe lōge cæteris excellere pictoribus existimabat. Cōplures tabulas pixit: quoq; nōnulla ps usq; nr̄am ad memoriā inqt remāsit. is risu mortuus: dū rideret effuse pictā a se anū. ¶ FRVgi a recto frugis: etiā si frux frugis. M. Varroni: Frugi autē inter monoptota utilis & incessarius a frugib9 inquit Donatus: unde Piso frugi cognominatus: & seruos gnauos rē dn̄i recte curantes: sobriosq; frugi dixerunt: nā frugalis uerbum a Quintiliano nō est receptū Frugalitas uirtus cōtra nequitiā Ciceroni: mater: ut ille inquit uirtutum: & fere quæ a græcis Sophrosine appellatur: latinis tēperantia: Phronesesos: hoc est prudētię salus: & conseruatio: ut inquit Plato in Cratylo. ¶ Antestabor Horati. in serm. Casu uenit obuius illi: aduersarius: & quo tu turpissime magna: exclamat uoce: & licet antestari: ego uero oppono auriculā rapit in ius: Plautinus Dorpalus in persa respondens saturioni: qui dixerat: sed ego in ius uoco: nōne inquit antestaris At saturio respondet. Tuā ego causa carnufex cuiq̄ mortali libero aures atterā: lege Porphirionē Acronem interpretes horatianos ¶ Adludiato: blandire: admulce: ne adlatrent. ¶ Offa frustulo panis: carnisue: offa obiecta cerbero cani inferorū apud Vergiliū. ¶ Clam: a clauibus dictū: quibus inquit Festus claudimus q̄ celare uolumus. ¶ Patronus: deffensor: tutor: unde legimus apud Plutarchū: q Romulus potentes alios legit: atq; patronos appellauit: alios uero clientes: atq; inter se magna illos beneuolentia deuinxit. ¶ Scitis. Plagiarii hi dicuntur qui hominē liberum in seruitutē trahunt: quiq; emunt quē norunt liberū: tenentq; ut seruū: & uendunt: a plagis nomē inditū: q lege fania plagis dānabant: q̄ lex plagiaria dicta: crimen plagiū: unde Martiali: Plagiarius libros alienos: & carmina pro suis recitans. ¶ Oblectāt: recreāt: Cice. pro Archia de litteris loquēs: Adolescētiā agūt: senectutē oblectāt: Terētius i eunucho me speres: me te oblectes. sed hic oblectant: cū dixit: respexit ad significatū illū uerbi: qđ est frustrando inducunt: auctore festo: uñ falso addidit gaudio: Donatus in illo Terentii: Non ne tibi satis hoc solidum uisum gaudiū: nisi me lactasses amantē: & spe falsa pducceres: Produxisses inquit oblectasses: induxisses: quę significatio frustrationē ostēdit: Lactare est inducere in aliquā uoluntatē a lactando: unde & oblectare dicit. ¶ In neruū. b. in uincula brachiorū amplexibus heredas uincētibus: iuxta illud Hadriani Brachia: non heredæ: nō uincāt oscula conchæ: Brachiale uero pars ea manus est quā græci carpon uocant: sed & ornamētū partis eius: ut ab armis armilla: brachiale dici potest: neruum uinculi genus sciunt omnes. ¶ Numero: an q duo numerū faciunt: nam monas numeri principium est: nō numerus. An armonica numerorum ratione dictum est: de qua Macrobius in illud poetæ: explebo numerum reddarq; tenebris. ¶ Nihil moror: ut Alexander macedo: qui uno Appelle excepto: cæteros omnes pictores nihil morabatur edicto prohibens: ne quis alius eius imaginem pingeret.

VGOLETVS ET GRAPA. Frugi qd & unde Antestare quid

Offa qd sit

Plagiarii qui dicant Oblectare quid sit

Brachiale quid sit

Antamenides miles, & Eidem.

SI ego mnam non ultus fuero probe, quā lenoni dedi,
Tum profecto me sibi habeāt scurræ ludificis caueis,
Etiam me ad prandium ad se adduxit ignauissumus.
Ipse abiit foras, me reliquit pro atriensi in ædibus.
Vbi nec leno, neq; illæ redeunt, nec quod edā quicq̄ datur

SARACENVS.

SI ego mina: Miles qui mulierem alteram anterastilem deperibat diutinam lenonis moram execratur: sed tādem re cognita suis frustratur amoribus.

VALLA.

SI Ego minam non uultus fuero pro me. omnia in lenonem nunc perimēdum conuertuntur: itaq; miles antamenides: cum lenoni mina; dedisset: quo apud illum sibi bene esset. frustratus illa mina absenti succenset lenoni: oboritur etiam contentio inter militem: & hānonem: & agorastoclem super muliere: quā sibi potiundum ratus erat miles. ¶ Ludificis caueis: idest in theatris: ubi fiunt ludi. supra nanq; commouimus: caueam theatrum dici. ¶ Pro atriensi: domus procuratore. ¶ Neq; illæ redeunt. Anterastilem dicit: & adelphasium.

SARACENVS. ¶ XEre militari tetigero: Hanc labeculam hac modo diluo lectione: si semel iratus tetigero: uel si digito semel militari tetigero: & sermo minitantis est: & figuratus reticet. n. ex indignatione orationis reliquum: hanc figuram: ut saepe alibi dicimus apo siopesin. i. reticentiam. ¶ Vt sit merulea: A merula quae nigra auicula est: fecit merulea. ¶ Aegyptii: Aethiopes. ¶ Cortina: Vas uideo dictum a Plinio: in quo uellera tingi solebant: quod cum ex aere tum ex plumbo fieret: fit inquit attramentum apud infectores ex flore nigro: quod adhaerescit aereis cortinis: & rursus oleum in conchas: aut plumbeas cortinas: cato quoque cortinam plumbeam in lacum ponito: quo oleum defluat: uas huiusmodi tripos quoque dicebatur: idem Pli. ex aere factitauere cortinas tripodum nomine seruius appellauit in alia significatione cortinam: cauernam siue locum: ubi apollinis responsa dabantur: ad quam puella rapta uaticinabatur: & propterea quasi certinam dixit quod illic tanquam certa responsa traderentur: uel ex graeca etymo. quod coribi puellae tenderetur: uel ut alii a corio quasi corinam: nam ex corio prius bubulo post modum ex aere fiebant: nunc autem lintea lecticaria: siue sindones: uulgus nostrum cortinas appellant. ¶ Tenesis arcte: Loquitur anterastilis: non miles. ¶ Male metuo miluos: Similitudo sumpta a pullis gallinaceis: qui uenientem miluum reformidant. & subtus matrum alas se recipiunt. ¶ Genus mulierosum: Nam uicio datum erat uiris longiores manicas deferentibus: quod mulieribus decori esse existimauerunt: uestes. s. eas habere longe: lateque diffusas: ut ostensum est in Aulularia: & memoratum est a Gelio. propterea testatur Sueto: probro datum fuisse caligulae imperatori quod huiusmodi manicatis tunicis uteretur. ¶ Ligula: Et idem lingula diminutiuum a lingua: a pitioribus tamen ligula quae lingula dictum est: ut Martialis testatur: quis me ligulam dicant: eque sque presque: dicor ab indoctis ligula grammaticis: pro gladio lo oblongo in ligulae formam facto ueteres ligulam usurparunt: in qua significatione capi potest hoc loco non indigne: nam acerbe miles inuehitur in poenulum: illumque conuiciis: & maledictis obruit tanquam homunculum reputans qui ad eius zonulam uel uti gladiolus deferri possit. capitur li gula in alia significatione a columella pro genere mensurae: & item ab Apitio. ¶ Hallex uiri: Ecce quo pacto non appellet uirum: sed ignominiose fecem uiri & sordes: est enim hallex feculentus salsamentorum liquor ex Pli. qui locutus de muria: & halece inquit uicium huius est hallex imperfecta: nec collata faex. ¶ Mares hoies: Militares.

Cortia qd sit

Ligula qd sit

Hallex qd sit

Promere, partem prandii pignus coepi, abii foras.
Sic derisorem aere militari tetigero lenunculum.
Nactus est hominem, mina quem argenti circumduceret.
Sed mea amica nunc mihi irato obuiam ueniat uelim.
Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut sit morula.
Ita replebo atritate, ut atrior multo siet,
Quam aegyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.
An. Tenesis me arcte mea uoluptas, male ego metuo miluos.
Mala illa bestia est, ne forte me auferat pullum tuum.
Vt nequeo satis te complecti mi pater. (mihi.
Anta. Ego me moror propemodum, hoc obsonare prandium potero
Sed quid hoc est? quid hoc? quid hoc est? quid ego uideo? quo modo?
Quid hoc est conduplicationis? quae haec congeminatio?
Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius?
Statin ego oculis cerno? est ne illaec mea amica Anterastilis?
Et ea est certo, iam pridem ego me sensi nihilipendier.
Non pudet puellam amplexari baiolum in media uia?
Iam ego hercle illum excruciandum totum carnufici dabo.
Sane genus hoc mulierosum est tunicis demisiciis.
Sed adire certum est hanc adamatricem aphricam.
Heus tu, tibi dico tu mulier, ecquid te pudet?
Quid tibi negocii est antem cum istoc? dic mihi.
Poe. adolescens salue. anta. nolo, nihil ad te attinet.
Quid tibi istanc digito tactio est? Poe. quia mihi lubet.
Ne hæc fama faciat repudiosas nuptias.
Pa.Tace stulta,non tu nunc hominum mores uides?
Quoiusmodi hic cum mala fama facile nubitur.
Dum dos sit,nullum uitium uitio uortitur.
Vi.Ergo istuc facito ut ueniat in mentem tibi,
Me esse indotatam.Pa.caue sis tu istuc dixeris,
Pol deum uirtute,dicam & maiorum meum
Ne te indotatam dicas,quoi dos sit domi.
Librorum enim ecce illum plenum sorracum habeo.
Si hoc accurassis lepide,quoi rei operam damus.
Dabuntur dotis inde sexcenti tibi
Longi,atq; attici omnes,nullum siculum acceperis.
Cum hac dote poteras uel mendico nubere.
Vir.Quin tu me dicis,siquo ducturus, pater,
Vel tu me uende,uel face,quod tibi lubet.
Pa.Bonū æquomq; oras,seqre hac. Vir.dicto sum audiens.

Soracū qd sit.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ SVPER sit:& superstitet idē significare uident:unde supstites:qui supsunt emorientibus:& ideo ueteres dicebāt incolumes:Nonius:superstitent inquit saluēt. Ennius in menalip. Regnūq; nostrum ut sospitēt:superstitētq;:ego uero superstitent diurnent:& fere perpetuēt:exposuerim. ¶ Venibis:uenūdaberis philippi regis macedonum Attali pgamenorū in asia regis ditissimorum:ab attalo attalicæ uestes auro intertexto. ¶ Sublestior:infirmior: leuior: Nonius:sublestum est leue friuolum:& festus Pompeius sublesta:infirma:& tenuia:Plautus:grauior paupertas sit:fides sublestior:Idem inquit: Vinum sublestissimum:quia infirmos faciat:uel corpore:uel animo. ¶ Insimulari. Insimulare:adfingere Ciceroni tertio officiorum. Solus neglexit fidem:furere insimulauit:ne coiret instituit:Insimulare accusare. Terentius. Si herum insimulabis auaritiæ:male audies:Et Insimulatio inquit Donatus est falsi:uel ueri criminis incusatio: Apuleius:insimulari qui uis innocens potest:reuinci non nisi nocens potest. ¶ Præter ultra: unde præter propter antiquis:de quo. Aug. Gel. ¶ Repudiosas:quas cito subsequatur repudium:propter infamiam ingestā: nam & alię erant causę diuortii:repudii ue:Primus diuortium fecit Spurius ro.& infecunditatis quidē gratia annis.ccxxx. perpetuis post romam conditam. Repudium Verrius ait dictum: quod fit ob rem pudendam: meminit & festus. In repudiis agit.i.in renuntiatiōe cōprobata:ut inquit iurecōsultus hæc uerba fuerūt. Tuas res tibi habeto In sponsalibus quoq; distrahēdis placuit renūtiationē interuenire:in hęc uerba:cōditiōe tua nō utar. ¶ Facile nubitur.nota uerbū:& cōsentanea nr̄is moribus:iuxta illud Satyrographi: ptinus ad censū de moribus ultia fiet. qstio. ¶ Soracū Festo:quo portant instrumenta scænicorg. plaustri genus Victruuio:de quo & Poeta satyricus:saraco ueniente abies:& pigri saraca bootę. ¶ Logi:quia librorum soracum habere se dixerat:iocatur.n. unde mox infert poteras:uel mendico nubere:si longi legas:de atticis siculisq; numis intelleges:quod non placet. ¶ Siculi græca:latina: & sua lingua utebantur:sed male græca:& latina ut tradit Pedianus:id quod subinuit hoc loco poeta. ¶ Fores. Terentius:quid nam fores crepuit:& inibi Donatus fores inquit nominatiui casus numeri singularis.

Insimulare quid sit.

Repudium quid sit

Soracū qd

VALLA.

Quid nā eē. Dordalus leno mirari se dicit:q toxill⁹ n̄ eā: quā fuerat pollicit⁹:dinumeret pecuniā. Ego argentum. subaudi amisero. figura enexæ ruméos cū aut sensibus pluribus unū uerbū accōmodat:q aut prępōnitur:aut in medio inseritur:aut ultimo subiungitur.

Dorpalus leno.

Quid nam esse acturum hunc dicam uicinū meum,
Qui mihi iuratus est sese hodie argentum dare?
Quod si non dederit,atq; hic dies præterierit,
Ego argentum,ille iusiurandum amiserit.
Sed ibi concrepuit fores,quisnam egreditur foras?

CVrate

C Vrate: Domo exiēs familiares alloquitur: ut cœnas paret. Lurco: Gulosus & bonorum consumptor. Quam in cursu rotula circūuortitur: Idest diei tempus q̄ citissime præterit: hoc dicto lenonem mordet. Qui receptam pecuniam apud argentarium auidius studeat collocare. Curate istuc. Toxilus quā a sagaristione mutuā acceperat pecuniā dordalo lenoni tradit: & lenisicilenē li/berat: suam: eiq; conuiciatur: q fidē nō habuerit: cum se datu⁊ promitteret. Lutum lenoniū. luto asper sileno. Cōmixtum: stupratum. Heo sterquilinium publicū. heo inclamantis uox est. Sterquilinium dicit stercoris aceruu⁊ ad agros stercorā dos Varro & Columella docent. In iure. i. sine iure. est. n. unu⁊ uerbū a nominatiuo iniurus. Iure labes populi. i. merito appellādus labes populi. Vel legas iniure a nominatiuo iniurus iniura iniurum. i. inferens iniuria⁊. In lex. i. sine lege. q Horatius dicit exlex. Labes populi. que⁊ populus labis loco habet. Labes enim a labendo: q cu⁊ in eam incidimus: labētur pedes hinc etiam labina dicta uelut cum pueri lusitantes super glacie longius effusis pedibus dilabūtur. Pecuniæ accipiter. raptor pecuniarum: tanq̄ accipiter uo lucrū. Procax: petulans: unde & proci dicti: q petulantes in alienis sint mulieribus. Rapax trahax. In ax hæc nomina sēt uerbalia eiusdem prope significationis: cuius & in osus desinentia fere denominatiua: sicut eni emax: uendax: bibax: ita uinosus: mendosus: famosus: & similia dicuntur. Trecētis uersibus: idest longissima oratione. Versus enim dicuntur: quia a fine ad principium uertitur stilus. Tuas impuritias. sicut ab eo: qđ est amicus amicia amicicia: & pudicus pudici pudicicia: ita ab eo quod est impurus impuri impuritia fit. Populi stabulum: quē populus loco stabuli habeat. Seruitricium: seruituti mancipatum. Subiculum flagri suppositę subiecteq; flagellis. Compedum tritor: qui ex continuo compedum usu terrere cōsuesti. Pistrinorum ciuitas. In quem pistrina omnia deputantur. Perēniserue: unu⁊ uerbum est: qui perpetuo seruus. Lurco. Lurcones iquit Nonius dicti sunt a lurcando. Lurcare est cum auiditate cibū sumere. Lucil. sat. lib. ii. nā quid metino: subiectoq; huic opus signo. ut lurcare lardū: & carnaria. Pōponius Siris lapathium nullam utebatur: lardu⁊ lurcabat lubens. Plautus in persa. Perēniserue lurco edax. Lucilius satyrarum libro quinto. Viuite lurcones comœdones uiuite uentres. Varro in eumenidibus. Contra cum psaltepsia: & flora lurcat astrepis. Hoc uerbū etiam Seruius ex consuetudine aspirationem admittere existimat. Solita seruitus. i. i solitudine collocata: q Plinius solitarium dicit: id solitum Plau. ut etiam in amphytrione: qui soliti in uiti cubant. at si id dirius uidebitur. legas solida seruitus. i. firma: & ppetua seruitus. Eodem mihi prçcio sal peribetur: quo tibi. Tanti inquit mihi sal constat: quanti & tibi: idest non pluris te ego facio q̄ tu me: idq; prouerbialiter dictum. Nisi me hæc defendet: subaudi lingua. Nunq̄ delinget salē. non

SARACENVS.

VALLA.

Sterquiliniū quid sit

Proci unde dicti

Lurcones q & unde dicti

Troxilus seruus. Dorpalus leno.

C Vrate istuc intus, iam ego me recipiā domum.
Do. Toxile quid agitur? To. eho lutū lenonium
Cōmixtum, eho tu sterquilinium publicum.
Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi,
Pecuniarum accipiter, auide, atq; inuide,
Procax, rapax, trahax, trecentis uersibus
Tuas impuritias loqui nemo potest.
Accipin argentum? accipe sis argentum impudens,
Tenesis argentum, etiam tu argentum tenes?
Possum te facere ut argentum accipias lutum?
Qui nisi iurato mihi nihil ausus credere?
Do. Sine respirare me, tibi ut respondeam.
Vir summe populi, stabulum seruitricium,
Scortorum liberator, subiculum flagri,
Compedum contritor, pistrinorum ciuitas,
Perenniserue, lurco, edax, furax, fugax,
Cedosis mihi argentum, argentum inq̄ mihi cedo.
Quin tu mihi argentum reddis? nihil ne pudet?
Leno te argentum poscit, solita seruitus
Pro liberanda amica. ut omnes audiant.
To. Tace obsecro, hercle næ tua uox ualide ualet.
Do. Referundæ ego habeo linguam natam gratiæ.
Eodem mihi prætio sal perhibetur, quo tibi.
Nisi me hæc defendet, nunq̄ delinguet salem.
To. Iam omitto iratus esse, id tibi succensui,
Quia te negabas credere argentum mihi.
Do. Mirum quin tibi ego crederem, ut idē faceres mihi,
Quod partim nostri faciunt argentarii.
Vbi quid credideris, citius extemplo a foro
Fugiunt, q̄ ex porta ludis cum emisust lepus.
To. Cape hoc sis. Do. qn das? To. nūmi sexcēti hic erūt
Probi, numerati, fac sit mulier libera,
Atq; huc continuo adduce. Do. iā faxo hic erit,
Non hercle quoi nunc hoc dem spectandum scio.
To. Fortasse metuis? iam a foro argentarii
Abeunt, q̄ in cursu rotula circūuortitur.
Abi istac aduorsis angiportis ad forum.
Eadem ista hæc facito mulier ad me transeat
Per hortum. Do. iam hic faxo aderit. To. at ne ppalam.
Do. sapienter sane. To. supplicatum cras eat.
Do. Ita hercle uero. To. dum istas reditum oportuit.

præbebo inquit salem ipsi linguæ lingendum:nisi me defenderit.⸿ Mirum quin tibi ego crederem.an tibi inquit mi rum uidetur:quod non crediderim.⸿ Quam ex porta.subaudi spectaculi:uel etiã urbis.⸿ Cum emissust:pro emis sus est lepus:idest cum liber effectus est ex ludis.⸿ Fortasse metuis.Quoniam probos sexcẽtos nũmos dixit toxillus: & dordalus respondit:se nescire cui spectandum det argentum: toxillus ait fortasse metuis:ne non sit probum argẽ tum:argentariis ostende:& occurre illis a foro abeuntis tam celeriter q̃ circumuertitur rotula dum currit:ut ergo il lis occurras.⸿ Abi istac aduersis angiportis.eo nanq; itinere ibis ad forum:illisq; occurres.⸿ Eadem.subaudi uia. ⸿ Ista hæc facito mulier ad me transeat. Ad maiorem aperiendam demonstrationem binis usus est pronominibus: ut supra quoq; aliquotiens attingimus.⸿ At ne propalam:subaudi facias: id per elipsim dictum.⸿ Dum stas redi tum oportuit:dum inquit non te quoquam moues:iam rediisse potuisti.

VGOLETVS ET GRAPA.

Sterglinii quid sit

Trahax unde

Argentarii qui

Rota qd sit

⸿STERquilinium:latrina:cloaca in mundities inquinamen:de sterquiliniis:qua & fimeta de agrorum stercora tione:Varro Columella:Plinius:& alii.⸿ *Sterculius uero Saturnius dictus romanis:ꝙ primus stercore secunditates agris cõparauerit.*⸿ Procax:imodicus:petitor.Trahax a trahendo dictus:ut trahe͏ plostra sine rotis:ille:quia tra hit:hæ:ꝙ trahuntur.⸿ Respondeam:Anticategoria mutua est criminum ingestio.⸿ Subiculum:quia serui flagris subiiciuntur subices Ennius pro subiectis posuit:festus pompeius auctor.⸿ Perenniserue:iugiter seruiens: æternũq; seruiture.⸿ Lurco inexplebilis gulæ:Lura est os culei festo:uel etiam utris:unde lurcones capacis gulæ homines & bonorum suorum consumptores:obliguritoresq;.⸿ Argentarii: Campsores dici argentarios:& itide; numularios: trapexitas:ac colybistas satis notum:qui decoquentes uertunt solum:uti lepus canes fugiens.⸿ A foro negociario:in tellige non iudicario:olitorio:piscario:boario:nam de triplici foro alias. Rotula:hipocoristicos:Figuli rota cir cumactu celerrimo satis nota argumento.P.Nigidii romanorum omnium uno Varrone excepto:ut ille inquit do ctissimi.& figuli inde cognomen adepti:Hanc Anacharsi philosopho inuentori debemus:rotas carrorum currum ue:& aquarias pistrinis:siue mauis moletrinis seruientes sciunt omnes: Rota etiam in suppliciis genus atrocissimi est receptum:insutis inter eius radios sontibus Virgilius in sexto radiisq; rotarum:districti pendent:Cicero in sexto quæstio.Tuscula.de Theophrasto.etiam putatur dicere in rotam beatam uitam: tam non ascendere.

QVARTVS ACTVS.

Toxilus.

SI quam rem accures sobrie,aut frugaliter,
Solet illa recte sub manus succedere.
Atq; ædepol firme ut quisq; rem accurat suam.
Sic ei procedit,post principio deniq;
Si malus aut nequast,male res uortunt,quas agit.
Sin autem frugist,eueniunt frugaliter.
Hanc ego rem exorsus sum facete & callide.
Igitur prouentura bene confido mihi.
Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo,
Vt ipsus,sese qua se expediat,nesciat.
Sagaristio heus exi,atq; educ uirginem.
Et istas tabellas,quas consignaui tibi,
Quas tu attulisti mihi ab hero meo usq; e persia.

Sagaristio.Toxilus serui.

NVnquid moror.To.euge euge exornatus basilice.
Tiara ornatum lepide condecora tuum.
Tum hãc hospitam aũt,trepidula ut graphice decet.
Sed satin estis meditati?Sa.tragici & comici
Nunq̃ æque sunt meditati.To.lepide hercle adiuuas.
Sa.Age illuc aspice deprocul in conspectum.To.tace.
Vbi cum lenone me uidebis colloqui,
Id aderit adeundi tempus,nunc agite uos.

VALLA.

SI quã rem. Toxillus secu; suas probat astutias: itaq; facere oportere quemlibet ait:qui qđ uelit sibi ex sen tẽtia procedere id medita te:& accurate actat recte sub mãus suc cedere:idest in potestatem suam cupit perducere.⸿ Firme:obnixe.⸿ Sic ei ꝓ cedit:ita euenit.⸿ Facete:& callide. cõ monet recte Quintilianus facetum nõ semper de urbãitate dici:sed quãdoq; de exacta rerum elegantia sicut hic. ⸿ Intricatum dabo: idest inuolutum. Translatio ab eo ꝙ capillis inuoluit. Trichas enim capillos grҿci uocant: unde intricare & extricare a latinis fa ctum.⸿ Vt ipsus:quo sese expediat:ne sciat: ut sit ignoraturus: quomodo se explicet.⸿ Vsq; e persia: tanq̃ ueneris inde notandum perba:quonia; persis perfidis persequẽs usus est:ut dicatur: ergo & persia:& persis.

SARACENVS.

Tiara qd sit

NVnquid moror: Euocatus Sagaristio una cum persa peregrino incedit indutus ornatu.⸿ Tiara: Qđ erat capitis persicum ornamen tum:sunt qui aliter istũ uersiculum le gerint:sed istum probo.⸿ Non agite uos:Lego:nunc agite uos.

VALLA

NVnquid miror. *Sagaristio* subornatus:tanqua; para siti filiam e perside peregri nus adduxerit:toxillu; ad dit: a quo decomposito ducitur ad Dordalum.⸿ Ornatus basilice:idest in regium modum.⸿ Tiara or natum lepide condecorat tuum.de hac diuus Hieronymus de uestibus sacerdotalibus locutus.Quartum inquit ge nus est uestimenti:rotundum pileolum:quale pictum in colosseo conspicimus:quasi spҿra media sit diuisa: & pars una ponatur in capite.Hoc græci & nostri tiaram uocant.nõnulli galerunt:nõ habet acumen in sũmo:nec totũ usq; ad comã caput tegit:sed tertiam partem a fronte inopertã reliquit:atq; ita in occipitio constrictus est uita:ut non fa cile labatur ex capite.⸿ Attrepidula:idest simulans metum.⸿ Vt graphice decet:ut decoro astu uenit.⸿ *Satin estis* meditati.subaudi:quæ dicenda.⸿ Tragici:& comici:hoc est:qui cõfigunt poemata scriptores tragœdiarũ: & co mœdiaꝝ:nõ æq; meditati.⸿ De procul:unũ est uerbum:qa ꝓpositio non cohæret aduerbio separatim.

¶ INTricatum a tricis impeditum implicitum: ueluti per contrarium dicimus extricatum expeditum: de tricis iã dictũ est. ¶ Tiara. uelamẽ capitis: pileus ue dicit: Persis pſertim in usu: de quo Diodor. & Herodotus: Hieronymus: aliiq;. A Sidonio tiarati reges dicti tiara caput iduti: ut græcis tiarophori: Cidaris oino alius est a tiara. ¶ Depro/cul: pcul: siue ualde pcul: ut demagis ualde magis lucilio lib. xvii. auctore Nonio: Est & deinsup salustio prio histor. desubito & repẽte Ennio: Affraio Actio: Nouio: Ciceroĩ: Terẽtio: S; & dmagis p minꝰ ãtiq dicebãt: Fes. Põ. auctor.

VGOLETVS ET GRAPA. Tiara q̃d SARACENVS.

Dorpalus leno. Toxilus seruus.

CVoi homini Di propicii sunt, aliqd obiiciunt lucri.
Nam ego hodie compendi feci, duo panes in dies.
Ita ancilla mea quæ fuit hodie nunc est sua.
Argento uicit iam hodie, alienum cœnabit, nihil
Gustabit de meo, sum ne probus, sum ciuis lepidus?
Qui atticam hodie ciuitatem maxumam
Maiorem feci atq; auxi ciui fœmina,
Sed ut & ego hodie fui benignus, & multis credidi,
Sed satis a quoq̃ hoie accepi, ita prorsum credebam omnibus.
Nec metuo quibus credidi hodie, nequis abiurassit mihi.
Bonus uolo iam ex hoc die esse; quod neq; fiet, neq; fuit.
To. Hunc ego hominem hodie in trãsennã doctis ducã dolis
Itaq; huic insidiæ paratæ sunt, probe aggrediar uirum.
Quid agis? cedo unde agis te nunc Dorpale? do. credo tibi,
Di dent quæ uelis. To. eho an iam manu emisisti mulierem?
Do. Credo ædepol, credo inq̃ tibi. To. iam libera est, enicas.
Do. Quin tibi me dico credere. To. dic bona fide, iã libera est.
Do. I, i ad forum ad ptorẽ, exqre siquidẽ credere nõ uis mihi.
Libera inq̃ est, ecqd audis? To. at tibi di omnes benefaciant.
Nunq̃ enim posthac tibi, nec tuorum quod nolis uolam.
Do. Abi, ne iura satis credo. To. ubi nũc tua libtast? Do. apđ te
To. A in apđ me eẽ? do. aio inq̃, apđ te ẽ iq̃. To. ita me di amẽt,
Vt ob istam rem, tibi multa bona instant a me, nã est quædam
Res, quam occultabam tibi dicere, nunc eam narrauero.
Vnde tu pergrande lucrum facias, faciam ut memineris mei,
Dum uita uiuas. Do. benedictis benefacta, aures meæ
Auxilium expostulant. To. tuum promeritust merito ut faciã,
Et ut me scias esse facturum, tabellas tene has, pellege.
Do. Hæ qd ad me? To. imo ad te attinẽt, & tua refert, nã e psia
Ad me allatæ modo sunt istæ a meo domino.
Do. Quãdo? To. haud dudũ. Do. qd istæ narrant? To. pcũcta
Ipsæ tibi narrabũt. Do. cedo sane mihi. (re ex ipsis
To. At clare recitato. do. tace dũ pellego. To. hađ uerbũ faciã.
Do. Salutem dicit Toxilo timarchides,
Et familiæ omni, si ualetis, gaudeo,
Ego ualeo, recte & rem gero, & facio lucrum.
Neq; isto redire, his octo possum mensibus.
Itaq; hic est, quod me detinet negocium.
Eleusipolim persæ cæpere urbem in arabia,
Plenam bonarum rerum, atq; antiquom oppidum.
Ea comparatur præda, ut fiat auctio
Publicitus, ea res me domo expertem facit.
Operam atq; hospitium ego isti præhiberi uolo,
Qui tibi tabellas affert, cura quæ is uolet.
Nam is mihi honores suæ domi habuit maxumos.

CVi Homini: Retur leno: si/bi obuenisse lucru;: at post paulum insidiis circunuentus mœrebit. ¶ Non panes i dies: Quasi minimũ quoti/tidianum quæstum. ¶ Atticam ciuitatem maiorem feci: hoc est auxi numerum libertinarum: nam recepta pecu/nia liberam Lemni scelenem apud prętorem fecerat. ¶ In trasennam: In laqueum: dolum: & decipulu;. ¶ Ille qui ta/bellas adfert: prosequitur dictum epi/stolę. ¶ Neq; quisq̃ dabit: Addo uerbũ nisi: ut stet sensus. Neq; quisq̃ nisi dabit & quæ sequuntur. ¶ Accersiuit illam mandauit: lege accersiri illam manda uit. ¶ Matulam: Vrinæ uas Festus appellat: Nonius autẽ in quod aquã isundimus: oino uas ad secretiora naturæ: ut matellio. ¶ S; te đ aliis: In hãc snia; loqtur Diod. pulchrũ. s. esse ex aliorũ erratis in melius instituere uitã nr̃am.

Matula q̃d sit

CVi hoi diippitii sunt. Dor. ut lenonũ mos est: nihil cogi tare: nisi de lucro: lætat se uẽ didisse amicã: & pecunia po titũ. Interim toxillus cũ saga ristione & psa admonet isidias. ¶ Cõ/pendisfeci. unũ est uerbũ. i. cõmodũ su; cõsecutus. ¶ Nõ panes i dies: hoc puer/bialiter dictũ. i. nõ paruã utilitatẽ sum cõsecutus: q sit panes in dies pmereri. ¶ Maiorem feci: qa quæ liberata est: ci uis erit attica. ¶ Auxi ciui fœminã: nã hic & hæc ciuis dicimus. Nec metuo: quibus credidi: qa nil nisi accepta cre/didi pęcunia. ¶ Ne qs mihi in iure ab/iurassit. i. ne qs creditu; neget. id. n. ab iurare: ut in curgulione diximus. ¶ In trãsenna. i. a loco unũ trãsitus fiat: ut di/ximus in bacchidibꝰ. ¶ Cedo unũ agis te. Dic unũ is. Aliqñ in dãdi ptãte cedo ponit cuius pluralis tñ cede patri meo dixit Ter. ¶ I ad foꝝ ad ptorẽ. qa a p tore uidicta fiebãt liberi: ut supra abũ/de dictũ. ¶ Bñdictis tuis: bñfacta au/res meæ auxiliũ expostulant. Verboꝝ ordo: ac sensus est. Aures meę expostu lant: exigunt bñfacta: ut sibi benefaci/as: auxiliũ pro auxilio est eni; ephexe/gesis: bñdictis ad ea: q̃ bñdixisti. ¶ Pel lege: pro plege ut tuste dictu;. ¶ Haud dudũ: nõ diu: q̃nq̃dẽ iã dudũ pene mõ significat: ut iã dudum sumite pœnas. ¶ Percũctare ex ipsis: exqre ex litteris. ¶ At clare recitato. Dic ea uoce: quod ibi scriptũ est: ut nos quoq; audiamus. ¶ Timarchides. Toxilli herus quasi multũ honoratũ dicas nomẽ indeptus est: nam timo honoro significat: & ar

VALLA. Abiurare quid sit. Iãdudum quid sit

Do. Quid id ad me, aut meam ad rem refert, persæ quid re-
rum gerant?
Aut quid herus tuus? To. tace stultiloq, nescis qd istet boni.
Nequicq̄ tibi fortuna faculam lucrificam icere uolt.
Do. Quæ istæc fortuna lucrifica est? To. istas, q̄ norunt, roga.
Ego tantumdē scio, quantum tu, nisi quod pellegi prior.
Sed ut occœpisti, ex tabellis nosce rem. Do. bene me mones,
Fac silentiū. To. nunc ad illud ueniens, quod refert tua.
Do. Iste qui tabellas affert, adduxit simul
Forma expetenda liberalem mulierem
Furtiuam, abductam ex arabia penitissuma.
Eam te uolo accurare, ut istic ueneat.
Ac suo periclo is emat, qui eam mercabitur.
Mancipio neq promittet, neq quisq̄ dabit.
Probum & numeratum argentum ut accipiat, face.
Hæc cura, & hospes cura, ut curetur, uale.
To. Quid igit̄, postq̄ recitasti, quod erat cæræ creditum,
Iam mihi credis? Do. ubi nunc illest hospes, qui hasce attulit?
To. Iā hic credo aderit, accersi illum mādaui. Do. nihil mihi (opus ē
Litibus, neq trochis, q̄obrē ego argētū numerē foras.
Nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio?
To. Tacen, an nō taces? nūq̄ ego te tā esse matulā credidi.
Quid metuis? Do. metuo hercle uero, sensi ego iā compluries,
Nec mihi haud imperito eueniet, tali ut in luto hæream.
To. Nihil pericli uidetur. Do. scio istuc, sed metuo mihi.
To. Mea quidem istuc nihil refert, tua ego refero gratia,
Vt tibi recte conciliandi primo facerem copiam.
Do. Gratiam habeo, sed te de aliis. q̄ alios de te suauius
Est fieri doctos. To. nihil pericli uidetur, ne metuas.
Nequis uero ex arabia penitissuma persequatur eam.
Iam ne illam destinas? Do. uideam modo mercimonium.
To. Aequa dicis, sed optume eccū ipe aduenit, & adducit eā
Hospes ille, qui has tabellas attulit. Do. hiccine est? To. hic ē.
Do. Hæccine illast furtiua uirgo? To. iuxta tecū æq scio.
Nisi qui aspexi equidem, ædepol liberalist quisquis est.
Do. Sat ædepol concinna facie. To. ut cōtemptim carnufex?
Taciti contemplemur formam. do. laudo consilium tuum.

chos dicit princeps. ¶ Rē gero. facultates meas sustineo: & administro. ¶ Heliopolim. Strabo quoq huius nois urbē i arabia esse asserit. ¶ Vt fiat auctio publicitus: ut publice qd ab eo oppido direptū est ueneat: ubi expositū pciū augeat. ¶ Me domo experte; facit: ne domum redire queam. ¶ Opam: atq hospiciū ego isti phiberi uolo. Isti iqt: qui has ad te litteras pfert uolo pberi auxiliū: ubi te egeat & domi esse ei hospitiū apud nos. ¶ Faculam lucrifica: aliquam facem. i. facultatem: unde lucru; facias tibi uult adducere. ¶ Istas: subaudi tabellas. ¶ Roga: pcontare. ¶ Qd refert tua: qd tuę cessugæ est utilitati. ¶ Forma expetēda. i. speciosam. ¶ Furtiuā: furti ablatā. Ex arabia penitissima. Ex itimis arabiæ ptibus: ab eo qd est penitus suplatiuū fecit penitissimus. Istic uæneat. Vēnū eat uēdat. Ac suo piculo: ne teneat q̄sq̄ dolo malo factū eē se arguat. ¶ Neq prōptet. i. referat q̄ accepit pecūiā. ¶ Probū: & nūeratū argētū: ut accipiat face. Sēsus ē: fac ut is ab ēptor capiat pro ea argētū: qd facile ipēdi possit: ac pntariū: & in manū dinumeratū: nō utiq scriptis debitū. ¶ Qd erat cæræ creditu;. i. tabulis cæratis cōmissum. ¶ Accersire illā mādauit. pcepit iqt: ut illa euocaret. Neq trochis. i. cursibus: ut uolutet hac: atq illac turbinis mō: Nā trochus: quo lusitāt pueri turbo est: a rotādo dictus. Nā trecho: & curro: & roto significat. Si āt legat trichis: erit āt tricha: ut pař opost ut me in trichas coniecisti. ¶ Te tā esse matulā credidi. i. tā amētē: ac isulsum. Matula. n. & matella: ac matellio uas ad naturæ secretiora: & onus uētris excipiēdū. ¶ Tali ut in luto hęreā. Vt figā me in luto: uñ exir nō det. ¶ Vt tibi recte cōciliandi: ut primus esses: apud quē hāc cōciliarē. ¶ Gratiā hēo: subaudi: qd id efficias: sum inqt obligatus. ¶ Sed te de aliis: q̄ alios de te suauius ē fieri doctos. Dulcius inqt est: ut alieno tu discas piculo q̄ tuo alio discat. ¶ Nequis uero ex barbaria pēissima psequat. ¶ Percōctanter: ac ironicos: simulq uultuose legendū est: tu ne inqt metuis: ne de extremis ornis terraræ ptibus adueniat: q psequat. ¶ Tu illā destinas. i. deliberas: subaudi emere: aut destinas: recusas. ac remittis abste. ¶ Videā modo mercimoniū. cedo inqt expectādam dato mihi mulierem. ¶ Iuxta tecū. i. tam scio q̄ tu. ¶ Liberalist. liberalis ē. i. formā hēt nō sruæ: sed liberę. ¶ Concina facie: apta: cōmoda. ¶ Vt Cōtēpti carnufex. hæc secum Toxillus de dordalo loqt: q nō multū curare uidebat: qd solent astuti facere hoies: ne nimia ēptoris auiditas uēditorē faciat cariorem.

VGOLETVS ET GRAPA.

Trochus quid sit

¶ IN trāsennā: in laqueū: in pedicā funariā: qñ trāsenna extētū funē notat Salu. histo. ii. & ipse Plau. in rudente: In ætate inqt agūda hoium pluriæ fiunt trāsennæ: ubi decipiūtur dolis. ¶ Manu emisisti: liberā esse uoluisti p manumissionē: q est datio libertatis itroducta postq̄ iure gētiū seruitus inuasit: nā cū iure naturali oēs appellaremur hoies: iure gētiū tria esse & dici genera hoium cœperūt: Liberi: & his cōtrarii serui: & tertiū genus libertini: qui desierūt eē serui: VI. Idē fece caius iurecōsultus: Seneca: neminē natura fecit liberū: neminē seruū: iposuit noia hęc fortuna singulis. Libertinos: alii libertos uocāt: alii e libertis natos. Trāquillus in claudio: Ignarus tpibus Apii: & deinceps aliquandiu libertinos dictos: nō ipsos q manumitterent: sed igenuos ex his pcreatos: Vlpia. de suis & legit hęred. Libertū inquit cū accipe debemus quē qs ex seruitute ad ciuitatē romanā pduxerit. ¶ Libertast: ut iā manumissa. ¶ Ad ptorē: q ul dicta uirga manumitēdi hēt ptātē: uñ est illud. Vindicta postq̄ meus a ptore recessi. ¶ Præda corpora ipsa rerū: quę capta sunt significat: Manubiæ uero dicta pecunia a q̄store ex uēditione pdæ redacta. A. Gel. & Nonius Marc. q ita sensisse uoluit. Ma. Tulli. de lege agraria: cū pdas: & manubias subsequēter posuit: Manubię quoq iactus fulminum.

Trāsenna quid sit
Liberi: serui: & libertini qui dicant
Prēda qd: & qd mānubiæ

¶ Mācipio:

¶ Mancipio: corpus liberum emere non licet: & qui emit male mercatur: nisi habeat sponsorem: Mancipium seruus dicitur: quod manu capitur. M. Varro auctor. Modest. de statu hominum Mancipia dicta: quod ab hostibus manu capiuntur: unde & serui dicti: quod imperatores captiuos uendere iubent: & ad hoc seruantur non occiduntur: ut scribit Florētius eodem titulo: fiunt autem iure gentium: cum ab hostibus capiuntur: aut cum ex ancillis nostris nascūtur: ut tradit Martianus: eo ipso titulo: & de publicanis: Veterana inquit mancipia dici: quæ per annum: nouitia: quę nūdum anno seruierunt. ¶ Trochis: uexationibus exagitationibusque: Trochus ludi genus notissimum: cum pilam ligneam incirculū ferreū se se uertētem: cū in latera feritur imittere student lusores: uel ligneū turbinē scutica rotantibus agitātibusque pueris τροχὸς latine rota: Martialis in apophoretis eo disticho: cui trochus lema est: Inducenda rota est: das nobis utile munus. Iste trochus pueris: at mihi canthus erit: Cantho autē extrema capitis rotarum uinciri satis notū: Persius Vertentē sese frustra sectabere canthum: si scriptū est. Tricis ipedimentis intellege: & intricaminibus. Matulā pro meticuloso uanoque accipere uī. ut in mostellaria: de matula uase ad lotiū: & aquā etiānum: quæ & matella & matellio dī: ac græco noie scaphiū: Plau. ipse alibi: Martialis: Iurecōsulti festus: Marcel. Cicero. & alii meminerūt. ¶ Destinas emis: Destinare parare: destinare emere No. Peculatus. Peculatū ingt Pau. Iurecōsultus diffinit labeo lib. xxxiii. posteriorum publicæ: aut sacræ pecuniæ furtū nō ab eo factū: cuius piculo fuit: Festus Pōpe. Peculatus furtū publicum a pecore dictum: cui Mar. Varro astipulatur. Sed & qui populum fraudat: peculatus pœna tenetur.

Măcipium quid sit

Refert tua

Trochus quid

Matula qd

peculatum quid



Sagaristio. Persa uirgo. Toxilus serui. Dorpalus leno.

SAtin Athenæ tibi uisæ fortunatæ, atque opiparæ?
Per. Vrbis speciē uidi, hoīum mores prospexi parū.
To. Nūquid in principio cessauit uerbū docte dicerē?
Do. Haud potui etiā in prīo uerbo pspicere sapiētiā.
Sa. Quid id, quod uidisti, ut munitū muro tibi uisust oppidū?
Per. Si incolæ bene sunt morati, pulchre munitum arbitror.
Perfidia, & peculatus ex urbe, & auaritia si exulant.
Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio.
Septimum periurium. To. euge. Per. octaua indiligentia.
Nona iniuria, decuma quod pessumum aggressu, scelus.
Hæc nisi uñ aberūt, centuplex murus rebus seruandis parust,
To. Quid ais tu? do. qd uis? To. tu i illis es decē sodalibus.
Te in exilium ire hinc oportet. do. qd iam? To. qa periurus es.
Do. Verba qdē haud idocte fecit. To. ex tuo iq̄ usust, eme hāc.
Do. Aedepol, q cū hāc magis contemplo, magis placet. To. si hanc emeris,
Dii immortales, nullus leno te alter erit opulentior.
Euortes homines tuo arbitratu fundis, familiis,
Cum optumis uiris rem habebis, gratiam cupient tuam,
Venient ad te comessatum. Do. at ego intromitti

SAtin athenæ: nūc quasi peregrini prodeūt Sagaristio persaque: quæ & si tanq̄ uænalis: facile tamē ex uerbis eius apparebit igenua: quā obrē leno magis mercimonio delectatus capietur dolis. ¶ At ego intromitti: Scilicet uereor: uel nolo.

SARACENVS.

SAtin athene tibi uisæ sunt fortunatæ. Saga persam interrogat: quo eius pręclare respondis lenonem magis ad emendum alliciat: at facilius capiatur: quod urgente Toxillo & magis ac magis instāte facit dordalus. ¶ Fortunatæ: atque opiperę. fortunam insignē adeptę: ac fœlices. ¶ Prospexi parum: non admodum aduerti. ¶ Bene sunt morati: bonis moribus instituti. ¶ Peculatus: direptio publica. ¶ Obtrectatio: ne alienæ insidietur famæ. ¶ Quod pessimum aggressu scelus: quod ad aggrediendum omnibus ante stat scelus: quod de morte alicui? est. ¶ Hac nisi: unde aberunt: hæc flagitia: nisi abfuerint: undecūque si centies muro ciuitas accingatur ad res suas seruandas paruū fuerit. ¶ In illis es decē sodalibus. i. collocādus ne tibi uideris inter illa crimina: ut hic tibi i exilium abeundum uideatur. ¶ Dii imortales. cum admiratione legendum est. ¶ Euertes tuo arbitratu: abduces ut uoles e prædiis suis homines: fundus enī quod sit fundamentum reddituum dictus: sicut fundū uasis dicimus: unde & fundo uerbum: & funda: qua iaculamur: a qua fundibulatores. ¶ Gratiā cupient tuam. tibi conciliari desiderabunt ob hanc mulierem. ¶ Venient ad te comessatū. i. epulatū ab eo: qd̄ græci dicūt comazo. i. epulor: unde & comœdiā q̄dā dici uoluerūt: nos cōmessor dicius. ¶ Intromitti no. nolo accipiā apd̄ me: uī itromitti nolo talē mulierē.

VALLA.

Fundus unde dicatur

¶ PEculator: q furtū fec publicę: pecūię: Ascō. ¶ Cētuplex ex ordib⁹ lateque cētēis: nisi poti⁹ accipias ifinite dictū: & d̄ mltiplici cietu itellegas: qm̄ oppida scim⁹ duplici muro: & triplici: ut Patauī urbē ad mai⁹ mūimē pcicta. ¶ Fūdi appellatione oē ędificiū & ois ager cōtinetur in usu. urbana ædificia: ædes: rusticana: uillæ dicuntur locus in urbe sine ędificio area: Rure autem ager appellat: idemque ager cum ędificio fundus dicitur: florentius de uerbo. signifi. ¶ Familię nomine omnes qui in seruitio sunt continentur: & liberi hoies: qui bona fide seruiūt: Vlp. de ędil. edicto.

VGOLETVS ET GRAPA.

Fūdi appellatione qd

SARACENVS. COCCEntabunt: conuicium faciet. Quantum dicet: Error est ex male Iris cõsequẽtibus; lego quãti idicet. Væ nisse est: Pro uænisse est. i. uenundari. Si crebro cades: Si sæpius succũbes uiro. Habe tercentũ minis: Legerem habe tibi cẽtum minis nã subdit illico octogita. Ansã: Occasionẽ. Quid furtum est: Sic prius legebatur: emẽdauimus quod futurum est. At ne cuз argento protinam permittas domuз: Lego permutes domum: ne: scilicet in aliam domum diuertas.

VALLA. NOctu occẽtabunt. Cãtus circa fores adhibebunt: estq; elypticos dictum occentabunt ostiũ: pro ad ostiũ. Exurent fores: subaudi si intromittantur. Ferreã serã: q̃ serat. i. claudit ianua: uñ referat aperit dr̃. Si ferro pferis: si impẽsam ferri facere nolueris. Tu pte tibi ipingi iubeas crassas cõpedes. Nisi inqt te ferro circũmunieris: tu i cõpedes crassas ferro ipingeris. Hocq; per figurã pa hyponoæã dictũ. non eniз Dordal⁹ id sibi dici expectabat. Venire hanc uolo. Venũ iri: ac uẽdi. Væ nõ nãq; nomẽ est: nõ supinũ: qd̃ dictu ridiculũ est a nõnullis putatũ grãmaticis: cõponit siqdem cũ eo: sicut & cum do: ac uelut uenũdedi: uenundatũ: ita & uẽniui: & uenitũ. ab hoc noie uenuз fit uenalis & uenale: qd̃ uendit. Marti. Ne tñ ignores: ubi sim uenalis. Fit & uenalicius a uenali. Nonius: Venalicii uenditores. Cice. in oratione corneliana: neq; me diuitię mouent: qbus oẽs africanos: & lęlios multi uenalicii: mercatoresq; superauere. Ci. in ora. nec qsq̃ est eoзз: qui si iã sit ediscẽdũ sibi aliqd: nõ teucrum Pacuuii malit: q̃ mamilianas uenaliũ uẽdendoз leges ediscere: a uenalicio uenalicianus: ut. xxi. li. digestoз Vlpia. Pleriq; solent mãcipia: quæ nouicia nõ sunt: quasi nouicia distrahere. Ad hoc. s. ut pluris uẽdant. p sumptum est. n. ea mancipia: quæ rudia sunt: simpliciora esse: & ad ministeria aptiora: & dociliora: & ad oẽ ministeriuз habilia. Trita uero mancipia: & ueterana: difficile ẽ reformare: & ad suos mores formare. Quia ergo uenaliciarii sciũt facile decurri ad nouitiorum emptionem: iccirco interpollant ueteranos: & pro nouiciis uẽdũt. Paulus: Proponitur actio ex hoc edicto in eua: cui⁹ maxima pars in uẽditiõe fuerit: quia plerũq; uenaliciarii ita societate coeunt: ut qcqd agit: in cõe uideatur agere. Ire hinc uolo quãtuз põt. hinc uolo abire q̃ celerrime possum. Opus inest hac tibi empta. oportet hanc emas. Si tibi uenisse est opus. si tibi utile est uendere mihi: quoq; emere utile est: inquit Dor. Si tibi subiti nihil est. si non est: quod pperes. In-

Quæ a uẽo uenia nt

Hac enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.
Do. Proinde tu tibi iubeas concludi ædes foribus ferreis.
Ferreas ædeis cõmutes, limina indas ferrea.
Ferream seram atq; annulum, ne si tu ferro parseris,
Ferreas tute tibi impingi iubeas crassas compedeis.
Do. In malũ cruciatum i sane. To. eme hãc atq; ausculta mihi.
Do. Mõ sciã, q̃ eũ dicet. To. uin huc uocẽ? To. ego illo accesse
To. qd ais hospes? Sa. uenio, adduco hãc, ut dudũ dixerã. (ro.
Nam heri in portum noctu nauis uenit, ueniri hanc uolo,
Si potest, si non potest, ire hinc uolo, quantum potest.
Do. Saluos sis adolescens. Sa. siquidẽ hanc uẽdidero pcio suo,
To. Atqui aut hoc emptore uẽdes pulchre, aut alio nõ potes.
Sa. Es ne tu huic amicus? do. tanq̃ di oẽs, qui cœlum colunt.
To. tum tu mihi es inimicus certus, nam generi lenonio
Nunq̃ ullus deus tã benignus fuit, qui fuerit propitius.
Sa. Hoc age, opus nest hac tibi ẽpta? do. si tibi uenissest opus,
Mihi quoq; empta est, si tibi subiti nihil est, tantũdest mihi.
Sa. Indica, fac pcium. do. tua merx est, tua indicatio est.
To. Aequõ hic curat. Sa. uin bene emer? do. uin tu pulchre uẽ
To. Ego scio hercle utrũq; uelle. do. age idica pgnariter. (dere?
Sa. Prius dico hanc mãcupio nemo tibi dabit, iã scis. do. scio,
Indica, minimo daturus qui sis, qui duci quæat?
To. tace, nimis tu quidẽ hercle homo stultus es pueriliter.
Do. Quid ita? to. quia enim te ex puella prius percõtari uolo,
Quæ ad rem referũt. do. atq hercle tu me monuisti haud male.
Vide ut ego ille doctus leno pene in foueam decidi,
Nisi adesses, quãtũ est adhibere hoiem amicum, ubi qd geras?
To. Quo genere, aut qua in patria sit nata, aut qbus parẽtib⁹.
Ne temere hanc emisse dicas suasu, atq; impulsu meo.
Nisi molestum est, pcontari hãc paucis hic uolt. Sa. maxume,
Suo arbitratu. to. qd stas? abi tute, atq; ipse itidẽ roga.
Vt tibi percontari liceat, quæ uelis, etsi mihi
Dixit dare potestatem eius, sed ego te malo tamen
Eum adire, ut ne contemnat te ille. do. satis recte mones.
Hospes, nolo ego hãc pcõtari. Sa. a terra ad cœlũ quid lubet.
Do. Iube dũ ea accedat huc ad me. Sa. i sane, ac morẽ illi gere.
Percõtare, exqre qd uis. to. age age nũc tu impera, uide
Vt ingrediare auspicato. do. liqdum est auspicium. to. tace,
Cõcede sis, iã illã ego adducã. do. age ut rẽ eẽ i nostrã putas.
To. Sequere me, adduco hanc, siquid uis ex hac percontarier.
Do. Eni uolo te adesse. to. haud possũ, qn huic opã dẽ hospiti,
Quoi her⁹ iussit, qd hic, si ñ uolt me adesse una. Sa. imo i mõ,
To. do ego tibi operam. Sa. tibi ibidem das, ubi tu tuum amicum adiuuas,
Exqr. to. he⁹ tu aduigila. per. satis ẽ dictũ, q̃q̃ ego ₚua sum,
Scio ego officium meũ, ut quæ roget uera, ut accepi, eloquar.
To. Virgo. hic hõ pb⁹ ẽ. Per. credo. to. nõ diu apd̃ hũc ₚuies.
Per. Ita pol spero si parentes facient officium suum.
Do. Nolo ego te mirari, si nos ex percontabimur
Aut patriam tuã aut parẽtes. Per. cur ego id mirẽr mi homo?
Seruitus mihi interdixit, ne quid mirer malum meum.

To. Dii

To. Dii istam perdant, ut cata est & callida, ut habet cor.
Quã dicit qd opus est. Do. qd nomen est tibi? to. nunc enim
Metuo ne peccet. Per. Lucridi nomen in patria fuit.
To. Nomen atq; omen quantiuis est ptii, qn tu hanc emis?
Nimis pauebam ne peccaret, expedit. do. si te emam,
Mihi quoq; lucridẽ confido fore te. to. si hanc emeris,
Nunq̃ hercle hunc mensem uertentem credo seruibit tibi.
Do. Ita uelĩ qdẽ hercle. to. optata ut coueniãt, operã addito.
Nihil adhuc peccauit etiam. Do. ubi tu nata es? Per. ut mihi
Mater dixit, in culina, in angulo ad læuam manum.
To. Hæc erit tibi fausta meretrix, nata est in calido loco,
Vbi rerum omnium bonarum copia est sæpissume.
Tactus est leno, qui rogaret, ubi nata esset, diceret.
Lepide lusit. Do. at ego patriam te rogo, quæ sit tua.
Per. quæ mihi sit, nisi hæc ubi nũc sũ? do. at ego illã qro, q̃ fuit.
Per. Omen ego pro nihilo eẽ ducto, quod fuit, quando fuit,
Tanq̃ hominẽ quãdo aĩam efflauit, qd eũ quæras, qui fuit?
To. Ita me Di bene ament, sapiẽtet, atq; eqdẽ miseret tamẽ.
Do. Sed tñ uirgo quæ pria est tua? age mihi actutum expedi.
Quid taces? per. dico eqdẽ priã, qñqdẽ hic fuio, hæc priast.
To. Iam de istoc rogare omitte, non uides nolle eam loqui,
Ne suarum se miseriarum in memoriã inducas? Do. quid est?
Captus ne est pr? per. non captus, sed qd habuit, id perdidit.
To. Hæc erit bono genere nata, nihil scit, nisi uerum loqui.
Do. Quis fuit? dic nomẽ. per. quid illũ miserɐ memorẽ, q fuit?
Nunc & illũ miserũ, & me miseram æquom est nominarier,
Do. Quoius modi is ĩ pplo habitust? per. nẽo qsq̃ acceptior.
Serui, liberiq; amabant. to. hominem miserum prædicas.
Quom ipsus prope perditus est, & beneuolenteis perdidit.
Do. Emã opinor. To. ẽt opinor? Do. sũmo gñe esse arbitror.
To. Diuitias tu ex istac facies. do. di ita faxint. to. eme modo.
Per. Iã hoc tibi dico, actutũ ecastor meus ubi pater me sciet
Venisse huc, aderit, & me absẽtẽ redimet. to. qd nũc? do. qd ẽ?
To. Audin qd ait? per. nã etsi res sunt fractæ, amici sunt tamẽ,
Do. Ne sic plora, libera eris actutum, si crebro cades.
Vin mea esse? per. dum quidem ne nimis diu tua sim, uolo.
To. Satin, ut memit libertatis, hæc tibi grãdeis bolos dabit.
Age, siquid agis, ego ad hunc redeo, sequere, reduco hãc tibi.
Do. Adolescens uin uendere istãc? Sa. magis lubet, q̃ perdere,
Do. Tum tu pauca in uerba confer, quid dat'? tanti, indica.
Sa. Faciã ita, ut te uelle uideã, ut emas, habe tibi centum mnis.
Do. Nimiust. Sa. octogita, do. nimiust, Sa. nũm' abeẽ hic ñ pt,
Quod nũc dicã. do. qd id ẽ ergo? eloq̃re actutũ, atq; indica.
Sa. Tuo periculo sexaginta hæc datur argenti mnis.
Do. Toxile quid ago? To. di deæq; te agitanti irati, scelus,
Qui hanc nõ ppes destinare. do. hẽbo, To. heu pdatus probe.
Abi argentum effer huc, non ædepol trecentis mnis
Carast fecisti lucri. Sa. heus tu etiam p uestimẽtis (illũ uides
Decẽ accedãt mnæ. do. abscedẽt. n. nõ accedẽt, to. tace sis, ñ tu
Quæref ansã, ĩfectũ ut faciat, abis ne, atq; argẽtũ petis? (fero.
Do. Heus tu, sua istũ. to. qn tu is ĩtro. do. abeo, atq; argẽtũ af-

dica pgnariter: idest proferendo: ut i-
telligam. pro. n. ante: & gnarus scitus.
¶ Mãcupio. nemo tibi dabit: ut manci-
pium tuũ sit. Quid sit mãcipi & man-
ceps & mãcupere: in antecedẽtibus di-
ctũ est comœdiis. ¶ Minimo daturus.
Ad minus: quo prætio sis uenditurus.
¶ Stultus es pueriliter. i. in pueri mo-
dũ. ¶ Quæ ad rẽ referũt. i. quę ad tuã
hanc rẽ ptinẽt. ¶ In foueã decidi. parũ
inqt defuit: qn caperer. ¶ Suasu atq; i-
pulsu meo. Ne mihi ĩputes q suaseri;:
& impulerim. ¶ Percũctari hanc pau-
cis: pauca sciscitari a puella uult. ¶ Et
si mihi dixit daf potestatẽ eius. sensus
est. Licet hanc mihi dederit ptãtẽ puel-
lã iterrogandi: tu tñ adi ipsam: & rem
tuã pcurato. ¶ A terra ad cęlũ. i. q̃tun-
cũq; uelis interroga. ¶ Iube dũ. Dũ syl-
labica adiectio ẽ. ¶ Vt ingrediare au-
spicato. Vt eni hodie nemo est: q nihil
agat prius q̃ astrologica ĩspexerit dia-
ria. Ita olim mĩti nil agebãt: nisi auspi-
cato. i. captato ĩspectu auiũ. ¶ Liqdu;
est auspiciũ: mihi non aduersatur inqt
auspiciũ. ¶ Age: hoc clã ad puellã loq-
tur. ¶ Vt rem esse in nrãm putas: ut ces-
suɐ nobis existimas utilitati. ¶ Quid
hic. subaudi hospes nolit me assistere.
¶ Do ego tibi opã. Vt iubes astu. ¶ He-
us tu aduigila: hoc clam ipsi uirgini.
¶ Mihi interdixit. i. uetuit. ¶ Hẽt cor.
i. cordata: ut ueteres locuti sunt. ¶ Qd
opust. pro opus est. nihil extra rẽ loqf.
¶ Nunc metuo: ne peccet. hoc secum to-
xillus. ¶ Expediuit: locuta est: ut opor-
tuit: hoc quoq; secum toxillus. ¶ Hũc
mẽsem uertẽtem. i. ad mẽsem integrũ:
a quo mẽsis uertaf alius. ¶ Tactus est
leno. i. captus hęc secũ toxillus. ¶ Le-
pide lusit: subaudi lenonẽ. ¶ Quæ mi-
hi sit. quæ mihi esse debeat: uultuo-
se legẽdum: & miserabiliter. ¶ Quan-
do animam efflauit: mortuus est: illu;
siquidem non esse amplius omnes di-
cũt. ¶ Miseret tamẽ. subaudi me eius.
¶ Captus ne est pater: subaudi ab ho-
stibus. Quoiusmodi: idest quo pacto
fuit gratus populo. ¶ Etiã opinor: ad-
huc ambigis. ¶ Et si res sunt fractę. Li-
cet bona concoxerit: rẽq; fregerit sua;.
¶ Ne sis plora. Ordo est: ac sensus: ne
plora si uis. ¶ Sic reor euades: a serui-
tutis molestia liberabere. ¶ Dabit hęc
tibi grandis bolos: idest pręclaram for-
tuna;: sumpta similitudine ab eis: qui
iactũ rętis in pelagus cuipia; uendũt.
bolus enim quia ballo iacio. ¶ Quan-
ti indica. significa nobis q̃ti uelis uẽde-
re. ¶ Habe tibi centum minis. Subau-
di emptam. Nũmus abesse hinc nõ po-
test. non dederim inquit: si de octogin-
ta minis nummum demas. ¶ Qui hãc
nõ properes præstinare: qui emere nõ
pręoccupes. id enim pręstinare. ¶ Fe-

Mos antiquorum

cisti lucri: facio lucrum: & lucri dicimus: sicut etiam facio damnum & damni. ¶ Abscedēt. i. a me abierint. ¶ Quæretur. ... re ansam. i. occasionē ad dissoluēdā uēditionem. qcqd enim ab aliquo corpore pminet: uñ capi possit: ansa nominatur. Ita & hic: q a tota uenditione se motum uidebatur: ansam uocat. ¶ Infectum ut faciat. ne sit factum: quod fecit.

VGOLETVS ET GRAPA.

Occētare quid sit

Hoc age quid sit

Auspicato quid sit

Seruitus quid sit

¶ OCCENtabunt: conuiciabuntur ad ostium: occentare ueteres dicebat pro conuicium facere: cum id clare: & ci quodam canore fieret: ut procul exaudiri potuisset: quod turpe habet: quia non sine causa fieri putatur Festus Pompeius quod non uiderunt interpretes: non scholiarii scholiographi ue non duximus prętereunduʒ. ¶ Hoc age: uox adhortantis monentisq;: In sacris ea ipsa uoce præco admonebat astātes uti animos sacrificio adhiberent: & illi uacarent cæteris omnibus posthabitis: ut scribit Plutarchus in uita coriolani: & Pompilli numæ. ¶ Indica dic præcium: unde mox fac pręcium dixit Cicero in officiis: ut sibi fundus: cuius emptor erat semel indicaretur: unde indicatio nominatio præcii: & æstimatio ut indicatura Plinio in præfatione natura. histo. æstimatio: & pręcium. ¶ Auspicato fœliciter. Terentius haud auspicato me huc appuli: & auspicatissimum Quintiliano fœlicissimum: sine auspiciis: Romani ueteres pauca incipiebant: unde auspicari incipere: homo a suppliciis inquit Plinius uitam auspicatur. ¶ Seruitus est constitutio iure gentium: qua quis domino alieno contra naturam subiicitur: florentius de statu hominum: Seruitiū primi areopagitæ constituerunt. ¶ Interdixit: prohibuit: uetuit quando seruitus non sinit se uum mirari malum suum: qui est in continuo malo. ¶ Cor unde cati corculi dicti: ut iam diximus. ¶ Lucridi tanq

Omen uñ dictū sit

lucri datrici a lu cro: ut lucrio cupidus lucri: & satagens unde quaq; lucrari. ¶ Omen ab ore quasi orimen & recte: quia lucridis nomen prolatum bonum omen faciebat Lenoni lucrioni: unde ominari ore: uerbisq; augurari: quado deorum uoces non solum sed hominum quoq; pithagorei obseruatum omina appellata: quæ ueteres: ut refert Cicero: efficacissima crediderunt. Exempla habentur apud Val. Maximum. ¶ Mensem uertentem. Sicut annus solis uer

Mensis uertens qui

tens appellatur a Macrobio in primo Saturnal. ita lunaris annus mensis uertens dictus Vitruuio: de anno uertente Suetoni. in Calicula: Immensas opes: totumq; illud Tiberii Cæsaris uicies ac septies milies sestertium non toto uertente anno absumpsit: Annus uero: qui mundanus uocatur: qui uere uertens est: quia conuersione plenæ uniuersitatis efficitur: ut idem refert Macrobius largissimis seculis explicatur. ¶ Calido loco: in culina ignis habetur ad coquē

Culina q

da obsoniam: Culinam Festus Pompeius uocari locum dicit: in quo epulæ in funere comburūtur: nobis coquina est. ¶ Bolos. gręcis iactus: unde pyroboli pyrecbolaue & bolides faces lampade sue discurrentes: de quibus Plinius nat. histo. ii. Bolus autem nostris frustulum: uel massula. ¶ Tuo periculo: nullo sponsore: neq; mancupio datur: ut superius dictum. ¶ Ansam quęrere: causaʒ metaphoricos Cicero i Lęlio quo plures det sibi tanq ansas ad repręhendēdum: Ansis uasa tenentur: & aræ primo ansæ dictæ: q tenentur a sacrificantibus Varro auctor: unde Virgilius æneidos sexto. Talibus orabat dictis: arasq; tenebat.

Ansam qrere quid sit

SARACENVS.

AEdepol dedisti uirgo operam. Cum leno abiisset: ut ferret argentum: pro persa Interiʒ toxillus: persa: & sagaristio suas struunt insidias: ut lenonem captent. ¶ Probam: qa nihil improbandum in te sapientem: quia prudenter respondisti. ¶ Sobriā. quia continēter locuta es. ¶ Audin tu persa. Vbi argētum ab hoc acceperis. Duo simul alloquitur persam & sagaristionem: ut persa enim aduertat: quę dicantur admonet. & sagaristionem: ut accepto argento: ne a lenone exquiratur: simulet se statim nauigaturum. ¶ Quod futurum est prædicas. id dicis: quod factura sum. ¶ Protinam permutes domum: statim ne transeas a lenone ad nos. ¶ Parce uoci: moderare uerbis. ¶ Præda. subaudi a lenone nostra.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ GRAue: soliduʒ: & firmū: Actius in uictegrassia id: quod facis graue: & gratum est: Nonius. Quod futurum: legēdum est. metri necessitate: & ex codicibus antiquis: & sensus concinnitate: non quid futurum: ut legit Pius ex cors interpres Mnæ scribendum ex codicibus antiquis. & metri necessitate. non minæ: ut legunt Pius & Sarracenus.



Toxilus. Sagaristio serui. Persa uirgo.

AEdepol dedisti uirgo operam laudabilem.
Probam, & sapientē, & sobriā. Per. si quid bonis
Boni fit, esse idem & graue & gratum solet.
To. Audin tu Persa, ubi argentum ab hoc acceperis,
Simulato quasi eas prorsum in nauem. Sa. ne doce.
To. Per angiportum rursum te ad me recipito
Illac per hortum. Sa. quod futurum est, prædicas.
To. At ne cum argento protinam permutes domum,
Moneo te. Sa. quod te dignust, me dignum esse uis.
To. Tace. parce uoci, præda progreditur foras.

SARACENVS.

Robati argenti: ptiũ pro muliere exoluit leno: sed qa dixit pbati argẽti eẽ nũmos: subdit ille per iocum quid ei nũmi sciũt pro sapiũt: & ei pro ii accipe. nõ loquit in hac scæna parasitus neq; uirgo psa: ut mẽ dosi habebãt codices ex indice: sed dordalus: sagaristio: toxillusq;. Emere: aut facere: Subaudi: uel licet: uel cõuenit: siue legas. eme: aut face. Huic in collũ nisi piget impono nr̃o: Melius: hanc collo: nisi piget: ipone nr̃o. Fiat: Loquit dordalus: deinde sagaristio abiẽs inqt: ecqd me uoltis: q̃ uerba deerãt in codice. Vaniloqdorus: Et q̃ sequunt oĩa dicta: & cõficta sunt per iocũ: ut tñ interi lenonẽ uideat illudere.



Dorpalus. Toxilus. Sagaristio

Robati hic argenti sunt sexaginta minæ,
Duobus nummis minus est. Sa. quid ei nummi sciunt?
Do. Crumenã hãc emer, aut facer, ut r̃migeret domũ.
Sa. Næ non sat esses leno, id metuebas miser,
Impure, auare, ne crumenam amitteres.
To. Sine quæso quando lenost, nihil mirum facit
Lucro faciundo. do. ego auspicaui in hunc diem.
Nihil mihi tam paruist, quin me id pigeat perdere.
Age accipe hoc sis. nunquit me uis cæterum?
Sa. Hanc in collum, nisi piget, nostrum impone.
Do. Fiat. To. quid tam properas? Sa. ita negotiust.
Mandata æque sunt, uolo deferre epistolas,
Geminum autem fratrem seruire audiui hic meum,
Eum ego ut requiram, atq; ut redimam pergere uolo.
To. Atq; ædepol tu me commonuisti, haud male
Videor uidisse hic forma persimilem tui
Eadem statura. sa. quippe qui frater siet.
Do. Quid attinet nos scire? sa. ausculta ergo ut scias.
Vaniloquidorus uirginisuendonides
Nugipololoquides, argentiexterebronides.
Te digniloquides, nummorum expalponides.
Quod semel arripes, nunq̃ postea eripides.
Do. Heu hercle nomen multis modis scriptust tuum.
Sa. Ita sunt persarum mores, longa nomina
Contortuplicata habemus, nunquid cæterum
Voltis? do. uale. sa. & uos, nam animus in nauist meus.
Do. Cras potius, hodie hic cœnares, uale.

VALLA.

Robati hic argenti sunt sexaginta minæ: Dinumerat leno pro pacta psa pecuniã. Simulat aũt agaristio: se pparare ob trãsigenda negocia: & liberaturũ fratrẽ e seruitute: dũq; se uult ostẽdere: linguã psicam admodũ tenere: perplexe nomiquædã barbara pnunciat: q̃ imagiñe illius referant linguæ. Duobus nũmis minus est. Quo minus inquit sint sexaginta minæ: bini desunt nũmi. Quid ei nũmi sũt. i. qd sibi uolunt retẽti nũmi. nummos. n. illos sibi hẽbat leno pro marsupio: in quo pecuniã locauerat. Ne non sat esses leno, nõ satis inquit esses leno: si non talia faceres. Ego auspicaui in hũc diẽ: ex auspicio perspexi pro auspicatus sum: & mecũ ipse reputaui ad hoc usq; tẽpus: nihil esse qui me pdere pigeat. Ac ne desiat. i. ne desit quicq̃. Ecquid me uoltis. ppero inquit: uultis ne aliqd. Cõmonuisti haud male: bene admonuisti inquit: ut ita putẽ. Frater siet: ut mihi frater uideat. Ausculta ergo: ut scias. Cum hęc dixit se persice loqui simulat. Heu hercle. Cum audiuisset sagaristionem nomen suum: & fratris proferre persica locutione demirat: Cras ire potius: subaudi potes. Hodie hic cœnares: nisi abeas cœnaueris mecum.

VGOLETVS ET GRAPA.

CRVmenam ex codi. antiquis. & metri necess. Remigeret ex codi. antiquis & metri necessitate: a uerbo remigero: tracto a naui: q̃ remis uelu ti gerit. *(Remigero unde)* Emere: aut facere uersus necessitate: & ex codicibus antiquis: & nouis: & sententiæ cõcinnitate: nõ eme: aut face: ut insulse corrigit Pius: mentiens ita scriptũ esse in ueteribus codicibus. Auspicaui: auspicatus sum exponit Nonius: citãs hunc locũ & alterũ ipsius Plauti in Istiboea: ut auspicetis: cras est cõis dies. *(Auspicaui)* Gemini dicuntur ex uno utero: & uno die editi: Vergilius. Geminos huic ubera circũludere pẽdẽtis pueros: gemini duo: gemini similes Non. *(Gemini q̃ dicantur)* Nugipoloqdes uersus necessitas: & suiæ cõcinnitas scribi exigũt: signat. n. fictũ & cõpositũ hoc nomẽ ueluti loq̃cem nugarũ uenditorem: ex nomine latino nugæ: uerbo gręco πωλω: qđ significat uẽdo: & uerbo latino loquor. Argentiexterebronides: iunctim hoc legendum est: ac si dicat argenti exterebrator. Ex palponides: blandicellis uerbis sciens optume argento emungere adolescentes: & cæteros: de palponibus iam dictum est. Contortuplicata: tortuose uariis dictionibus coagmentata compositaq;.

SARACENVS

POstq̃ illic: Abierat sagaristio: recepta pecunia: persa ibi relicta muliere: quæ tã diu apud lenonem manebit: quoad pater parasitus adueniens: eam suam manu adserat natam. Immo serui legerem immo seruaui: scilicet te propter lucrum. Pater nunc cessat: scilicet adire: ut me ab leno. uindicet.

VALLA. Lucrificabilis q̃ dicat

POstq̃ illic abiit. Dordalus sine suspitione non est: ac metuit sibi ob tam repentinum abitum uenditoris. Toxillus recreat primo: dein saturionem in lenonem excitat: ut suam abducat filiam. Illuxit: lucrificabilis. hic dies aduenit tibi afferens lucrum & cõmodũ. Non emisti hanc: non impensam fecisti inquit sed lucrum. Qui ego nunc scio: quo pacto scire possum. Aniã asseratur hæc manu: an liberetur. In persas? Interrogatiue legẽdum est: an ego inquit ad persas ibo: ut hunc cõperiam: qui respondet sibi. Nugas: subaudi egero: idest profecero nihil. Atat. inquit dordalus domũ ingressurus est: quod uolui domi præcipere meis. Interim tu toxille. Asserua hanc: persam.

VALLA.

TRanscidi loris: Dordalus domo exiens in suos se grauiter animaduertisse ostendit: dũ toxillus se abire cõfingit: ut uices suas parasitꝰ exigat: hoc ergo dicit lẽo discerpi loris familiares omnes meos: quia supellex squalet: & sordidæ: sunt ędes. Vsurpabo domi. subaudi: ut mihi benefit. Inclinabo me cum liberta tua. cum Lẽnis. rem agam.

SARACENVS.

NIsi ego illũ: Minatur parasitus lenonẽ ꝑdere: ꝙ emerit ingenuã filiã. Nõne antestaris? Quid sit antestari dictũ sępius est in superioribus comœdiis. Hostibus nictis. Deuincto: expugnatoq̧ lenone. Aqla: Vexillo: quo usi sunt romani duces: ꝑstat in eadẽ metaphora: ut uictor hostiũ uideaẽ. Qui sũt: Mœret cõtra leno: & cõflictaẽ: ꝙ puellaȝ simul amiserit: & pecuniã ludificabitur ꝑterea ad finem usq̧ comœdiæ. Mihi ma. ad. Idest illusus fui: & ꝑ ludibrio habitus: quã elocutionẽ facimus Plauto familiarẽ: ut in aulularia & i cassina: & in pœnulo docuimus. Hoc leno tibi pii ꝑculit. Sẽsuȝ horũ uerboꝝ magis possumus cõiectari: q̃ recte ꝑcipe: nã oino locũ mẽdosum arbitror: utcũq̧ ex uerbis ipsis daẽ intelligi puerũ gestu: motuq̧ corporis iocosum q̃ppiã intulisse i lenonis ludibriũ. Ne tibi hoc scipiõe magnũ malũ demutere: te condono: Lege sic potius: ne tibi hoc Sci. magnũ malũ dẽ: ut ære te conditionem. Pausam regem. Saltẽ sta. Sunt q legãt salticulũ: & qdẽ nõ inepte ꝑbo tñ staticulũ qđ est saltatiõis gñs: Macrobius: date staticulos inqt qđ autẽ dictũ ẽ de hegea: & diodoro: puto dictũ esse forte ex ioco: uel ex his.

VALLA.

NIsi ego illũ hoiem perdo. Saturio pasitꝰ a lẽone abductu rus filiã: ipȝ cũ fremitu iua-

Toxilus. Dorpalus. Saturio. Persa.

POstq̃ illic abiit, dicere hic quid uis licet.
Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.
Nam non emisti hanc, uerum fecisti lucrum.
Do. Ille quidem iam scit quid negocii gesserit,
Qui mihi furtiuam meo periculo uendidit.
Argentum accepit, abiit, qui nunc ego scio
An iam asseratur hæc manu? quo illum sequar?
In persas? nugas. To. credidi gratum fore
Beneficium meum apud te. Do. imo equidem gratiam
Tibi toxile habeo, nam sensi te sedulo
Mihi dare bonam operam. to, tibin ego? imo serui.
Do. At at sum oblitus intus dudum edicere
Quæ uolui edicta adserua hanc. to. saluast hæc quidem.
Pe. pater nunc cessat. to. quid si admoneam? Pe. tempus est.
To. Heus saturio, exi, nunc est illa occasio,
Inimicum ulcisci. Sa. ecce me, nunquid moror?
To. age illuc abscede procul e conspectu, tace,
Vbi cum lenone me uidebis colloqui,
Tum turbam facito. Sa. dictum sapienti sat est.

Dorpalus leno. Toxilus seruus.

TRanscidi loris omneis aduenieus domi,
Ita mihi suppellex squalet, atq̧ ædes meæ.
To. Redis tu tãdem? do. redeo. to. ne ego hodie tibi
Bonam uitam feci? do. fateor habere gratiam.
To. Num quippiam aliud me uis? do. ut bene sit tibi,
To. Pol istuc quidem iam ego omne usurpabo domi.
Nam iam inclinabo me cum liberta tua.

Saturio. Dorpalus. Persa.

NIsi ego hominem illũ ꝑdo, do. perii. Sa. atq̧ optume
Eccum ipsum ante ædeis. Per salue multũ mi pater,
Sa. Salue mea gnata. do. Persa me pessundedit,
Pe. Pater hic meus est. do. hem quid pater? perii oppido,
Quid ego igitur cesso infelix lamentarier
Mnas sexaginta? Sa. ego pol te faciam scelus.
Te quoq̧ etiam ipsum ut lamenteris. do. occidi.
Sa. Age ambula in ius leno. do. quid me in ius uocas?
Sa. Illic dicam apud prætorem, sed ego in ius uoco.
Do. Non ne antestaris? Sa. tuan ego causa carnufex
Quoiquam mortali libero aureis atteram,
Qui hic commercaris ciueis homines liberos?
Do. Sine dicam. sa. nolo. do. audi. sa. sum surdus, ambula,
Sequere hac. do. scelesta fides est uirginaria.
Sa. sequere hac mea gnata me usq̧ ad prætorem. Per. sequor.

dit in ius

dit in ius:q ipſum euocat. ¶ Peſſum dedit:afflixit. ¶ Minas ſexaginta:ſubaudi admiſiſſe. ¶ Ego pol te faciã ſcelus. Ordo eſt & ſenſus.o ſcelus:ideſt o ſcelerate:faciam te ipſum:ut lamenteris.ſubaudi:ut ego lamentor. ¶ Nonne ante ſtaris.Id enim in ius uocatis dicebatur:ꝙ ample ſatis in curgulione dictum eſt. ¶ Auris atteram.i.traham aures:ut tum mos fuit in ius uocantibus.ac ne dicta ſæpius iterentur repetenda hæc a curgulione. ¶ Mercaris contrarius homines.contra id quod decet.

¶ LGcrificabilis ueluti apud pſiũ luctificabile. ¶ Turbã multitudinis hoium eſſe perturbationẽ:tumultũ:& cetuꝫ. Rixã duorũ inquit Labeo. ¶ Supellex oẽ domeſticũ patrifamilias inſtrumẽtũ:quod neq argento:auroue facto:uel ueſti adnumeret:id eſt res mobiles:non aialia Põponius de ſupellectile legata:& papinianus:ſupellectili inqt cedere lectos argẽteos:& cãdelabra argentea:poſterior etas recepit:itẽ mẽſas argenteas myrrhina et uaſa:& uitrea:q̃ edendi bibẽdiue cauſa parata ſunt. ¶ Squalet:ſqualere ſordiũ plenũ eſſe ſignificat:uñ ſqualens:& ſqualidũ in cultũ ſordidũ Feſto Pomp.Et Ennio ſquala dicit̃ ſqualida:Gellius noct.att.ii.In corporibus in cultis ſquãmoſis alta congerit:ſordiũ ſqualor appellat̃:ita cõtaminato noie:ut iam ſqualor de ſolis inqnamẽtis dici cœperit.Et ſquaroſi a ſquamarũ ſimilitudine dicti:quorũ cutis exurgit ob aſſiduã illuuiẽ:unde Lucilio:Rapicũ ſquaroſa incõdita roſtra:ſed ſqualentẽ auro tunicã:& maculis ſqualẽtibus cũ maro dixit ſplendentẽ:& fulgẽtibus intellige uoluit. ¶ Apud p̃torem.Prætor creatus cũ auocarent̃ Cõſules bellis finitimis:neq eſſet:qui in urbe ius redderet:& urbanus appellatus:ꝙ in urbe ius diceret:mox ad urbẽ confluentibus peregrinis creatus eſt alius prętor:& peregrinus dictus:ꝙ plerũq inter peregrinos ius reddebat:Dati poſtea & prouinciis prætores ſed & quẽcũq magiſtratũ cui pareret exercitus p̃toris nomine appellarunt:unde prefecti prætorio:& prætoria porta in caſtris. ¶ Anteſtaris.teſtes citas:rogaſue ex conſuetudine:ut in ſuperioribus expoſuimus ex Horatio in ſermonibus. ¶ Virginaria:Virginea:quæ deberet eſſe inuiolata:ſimplex:& puriſſima:ut reſpõderet nomini:etiã ſi uirgo pro muliere uiridioris ætatis ponitur.

VGOLETVS ET GRAPA. Turba qd ſit

Squalere quid ſit

Prætor qui dicatur

QVINTVS ACTVS.

Toxilus. Sagariſtio. Lemneſcelene.

HOſtibus uictis,ciuibus ſaluis,re placida,pacibus
Perfectis,bello extincto,re bene geſta,exercitu
Integro & præſidiis,cum bene nos iuuiſti Iuppiter,
Diq alii omnes cælipotentes,eas uobis habeo
Grates,atq ago,quia probe ſum ultus inimicum meum.
Nunc ob eam rem inter meos participes prædam diuidam.
Et participabo,ite foras,hic ego uolo ante oſtium,
Et ianuam meos participes accipere bene.
Statuite hic lectulos,ponite hic quæ adſolent,hic ſtatui uolo
Primum aquilam mihi,unde ego omnes bilaros,ludenteis,lætificantes faciam,
Vt fiant,quorum opera hæc mihi facilia factu facta ſunt.
Quæ uolui effieri,nam improbus eſt homo qui beneficium
Scit ſumere,& reddere neſcit.Le.Toxile mi cur ego
Sine te ſum?To.cur autem tu ſine me es?Le.agedum ergo accede
Ad me,atq ãplectere ſis.To.ego uero oh nihil magis dulceſt.
Le.Sed amabo oculus meus quin in lectis nos actutum
Commodamus?omnia quæ tu uis ea cupio,To.mutua
Fiunt a me,age age ergo tu Sagariſtio accumbe in ſummo.
Sa.Ego nihil hic habeo,cedo partem,quã pepigi.To.tẽperi.
Sa.Mihi iſtuc temperi.ſeroſt.To.age accumbe,hunc diem
Suauem meum natalem inter nos agitemus amœnum.
Date illi aquam manibus,apponite menſam,do hanc tibi
Florentem florenti,tu hic eris dictatris nobis,age
Puere a ſummo ſeptenis cyathis committe hos ludos
Moueamus,propera,Pæcnium tarde cyathos mihi das.
Cedo ſane,bene mihi uobis,meæ amicæ,optatus hic mihi
Dies datus hodieſt ab dis,quia te liberam licet
Me amplecti.Le.tua factũ opera bene omnibus nobis,hæ meæ
Manus tuæ poculum donant,ut amantem amanti decet.
To.Cedo.Le.accipe.To.bene ei q inuidet mihi,& ei q hoc gaudio gaudet.

HOſtibus uictis:ciuib9 ſaluis.Toxillus:ut domuꝫ cõceſſit cũ ſagariſtiõe & lẽniſcelene cõuiuiis oblectat̃:ſecuruſq epulat̃.ſumit autẽ:ut frequẽter ab exercitu ſimilitudineꝫ. ¶ Pacibus p̃fectis:notandũ eſt plurali numero pacẽ dici. ¶ Bello extĩcto.i.ãmota oi mẽte nobis infeſta. ¶ Et p̃ſidiis:ſubaudi integris.i.locatis militibus in p̃ſidiis. ¶ Ante hoſtiũ:& ianuam:hoſtiũ quidẽ interius.Ianuaꝫ uero foris poſitã. ¶ Ego uero:ſubaudi fecero. ¶ Quã in lectis nos actutũ accõmodamus.Quã repente nos diſcũbimus. ¶ Accũbe in ſummo:primum mẽſæ locũ teneto. ¶ Cedo partem:quem pepigi.exige mihi:ut paſtus ſum. ¶ Florẽtem.ſubaudi ętate. ¶ Age puere a ſummo.Incipe puer a ſummo potũ præbere. ¶ Committe hos ludos:ideſt cõfer. ¶ Bene ei:ſubaudi ſagariſtioni.

VALLA.

Pax numero multitudinis

¶ PAcibus:paces multitudinis numero politũ noue:Varro itẽ aiaduertẽdũ primo in qbus de cauſis:& quẽadmodũ cõſtituerint paces:ſecundũ qua fide:& iuſtitia coluerint. ¶ Præſidiis auxilia ab auctu cũ acceſſerãt:qui adiumento eſſent alienigene.prçſidia dicta:ꝙ extra caſtra præſidebant in loco aliquo:ut tutior regio eſſet:ueluti compluries apud Liuiũ. ¶ Participes:contechnitas:conſcios fraudis:& fere cõprędones. ¶ Aquilã ut ſignifero:& techniarchæ. ¶ Dictatrix magiſtra conuiuii quç dictata prepones:& leges dictabis:ut magiſtri ludi litterarii:ſaltatorii:fidicinii.gladiatorii:ſtructoriiq:nam ſuę omnibus leges. ¶ Perfabricauit:me contechnatus eſt:& arte:doloque miſerum miſerum me fecit cõſtituitq.

VGOLETVS ET GRAPA. Paces pluratiuo numero dicũtur

Dorpalus. toxilus. Sagaristio. Leniscelene. Pæcniũ.

QVi sunt, qui fuerunt, quiq; futuri sunt posthac, ego
Solus omnibus antideo facile miserrumus hominũ
Vt uiuam, perii, interii, pessumus hic mihi dies
Hodie illuxit, corruptor, ita me Toxilus perfabricauit,
Meam rem diuexauit, uehiculum argenti miser
Eieci, amisi, neq; quamobrem eieci, habeo, qui persam (atq;
Illum, atq; omnes persas, atq; etiam omnes personas male
Dii, Omnes perdant ita miserum toxilus me hic constituit,
Quia ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas
Molitust, quem pol ego ut nõ in cruciatum atq; incõpedeis
Cogam, si uiuam, siquidem huc unq̃ herus eius redierit,
Quod spero, sed quid ego aspicio? hoc uide, q̃ hæc fabulast?
Pol hic quidem potant, aggrediar, toxile bone uir,
Salueto, & tu quoq; bona liberta. to. dorpalus hic quidem est,
Sa. Qui iube adir. to. adi, si lubet, agite applaudamus, dorpale
Homo lepidissimæ salue plurimum, locus hic tuus est,
Hic accumbe, ferte aquam pedibus, preben tu puere?
Do. Næ si me uno digito attigeris, te ad terrã affligam scelus.
Pæ. At ego tibi hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.
Do. Quid ais tu crux stimulorum tritor, quo modo me hodie
Versauisti? ut me in trichas coniecisti? quomodo
De persa manus additast? to. iurgium auferas hinc si sapias.
Do. At bona liberta hæc scisti? ea me cælasti? Le. stultitiast,
Si quoi bene esse licet, eum præuorti litibus.
Posterius ista hæc te magis par agerest. do. uritur
Cor mihi, to. da illi cantharum, extingue ignem, si cor uritur,
Caput ne ardescat. do. ludos me facitis. intellego.
To. Vin cinædũ nouom tibi dari Pæcniũ? quin lude, ut soles,
Quando liber locus est hic, hui babæ, q̃ basilice
Te intulisti, & facete. Pæ. decet me facetũ esse, & hunc irridere
Lenonem lubidost, quando dignust. to. perge ut cœperas.
Pæ. Hoc leno tibi. do. peri pculit me ppe. Pæ. hem serua rursũ
Do. delude, ut lubet, herus dũ hic abest. Pæ. uiden ut dictis tuis
Pareo? sed quin tu meis contra dictis seruis item.
Atq; hoc quod tibi suadeo facis. do. quid est id? pæ. restim tibi
Cape crassam, ac suspende te, do. caue sis me attingas, ne tibi
Hoc Scipione malum magnum dem. Pæ. te condono, utere.
To. Iam iam Pæcnium da pausam, do. ego pol uos eradicabo.
Pæ. At te ille qui supra nos habitat, qui tibi male uolt.
Maleq; faciet dum uiuis, non hi dicunt, uerum ego.
To. Age circũfer mulsum bibite usq; plenis cantharis.
Iamdiu factum est, postq̃ bibimus, nimis sicci sumus.
Do. di faciant, ut id bibatis, quod nos nunq̃ transeat.
To. Nequeo leno qui tibi saltem staticulum dem, quem Hegea
Faciebat, uide uero si tibi satis placet. Pæ. uolo
Reddere quoq;, diodorus quem olim faciebat in Ionia.
Do. Malũ ego dabo uobis, nisi abitis. to. etiã mutis impudés?
Iam ego tibi, si me irritassis Persam adducam denuo. (té.
Do. Iã taceo, atq; tu psa hercle es, q̃ me usq; admutilasti ad cu-

nonis

VALLA.

QVis sunt: qui erũt. Dordalus leno dolet cruciatur se sycophantiis exceptũ esse. Adire Dordalum Toxillus iubet: ut homini illudant: ludusq; ac iocus de lenone sumitur. ¶ Antideo: pro anteo: d: ob hiatum uocaliũ interposita. ¶ Meã rem diuexauit: in diuersas partes facultatem meam distraxit. ¶ Quãobrem eieci habeo. Causa nulla est cur eiecerim. ¶ Quin illum persem: qui e perside uenit. Multis quidẽ modis: quin ponitur. Aliter enim dici putatur quasi quomodo increpantes: uel interrogantes: uel exhortantes dicimus: quin uænis: quin legis quin fugis. Aliter cũ ita cõfirmamus: nõ dubiũ est quin. M. Tul. oium sit eloquẽtissimus. Aliter quomodo sic cõponimus: q̃ quasi priori uidetur cõtrarium. nõ iccirco causas: socrates nõ defendit: quin id utile esse: & honestũ existimarit. ¶ Eo mihi: eo: idest ideo. ¶ Eas machinas: idest sycophãtias. ¶ Præben: an præbes. ¶ Aquam pedibus. Deceptus dordalus adhuc eluditur: ut non manibus: sed pedibus præbendam aquam puero dictitet. ¶ Ne si me. Adiurãtis ẽ: ne. ¶ Ad terrã scelus affligam. Minitatur puero Dordalus: quẽ scel[9] uocat. ¶ Cyatho oculũ excutiam: eruam tibi oculum poculo. Est ubi etiã cyathus: ut apud Pliniũ: pro acetabuli mensura ponatur. ¶ Stimulorũ tritor: in cuius corpore stimuli cõterunt. ¶ In tricas: tricas uocat in uolucra. ¶ Man[9] mihi addictast. i. iniecta in laqueũ. ¶ Eum præuorti litibus. Stultitia inquit magna sit: cui bene esse possit: id bñ litibus inuoluere. ¶ Liber locust. est locus liber inquit ad illudẽdum. ¶ Babæ: nobis interiectio: grçcis ad uerbiũ est. ¶ Basilice: regifice: hoc dictũ pægnio est. ¶ Hoc leno tibi: petit pægniũ lenonẽ: cum hoc dicit. ¶ Herus dum hinc abest: ordo uerbo& est ac sensus. ¶ Me probe: idest admodũ delude: ut lubet: dum herus subaudi Timarchides hinc abest. ¶ Ne tibi hoc scipione: idest baculo. ¶ Malum magnũ demutere idest pro nomine tuo magnum subeas malum. ¶ Da pausam: quiesce. ¶ Eradicabo: radicitus perdã. ¶ Id bibatis: quod uos nunq̃ trãseat. i. nunq̃ emingatis. ¶ Salticulũ: plausum paucũ pedibus. ¶ Vsq; admutilauisti ad cutem: attõdisti ad cutẽ usq;. ¶ At me haud par est. non æquũ est: ut ego illudã: q̃ herus meus fuit. ¶ Non incõciliauit: non egit qci quã in diuersum: quo minus te emetem. ¶ Non tamen. Verba Toxilli obiurgantis lemniscelenẽ causam le-

Quin quõ sumatur

Cyathus quid sit

To. Tace stulte, hic eius geminus est frater. Do. hinccine st?
To. Ac geminissum⁹. do. di deæq; et te, et geminũ frẽ; excrucient
Sa. Qui te perdidit, ei maledicas potius, nam ego nihil
Merui. do. at enim quod ille meruit tibi id obsit uolo.
To. Agite sultis, hũc ludificemus, nisi indignust. Sa. nõ opust.
Le. At me haud par est. to. credo, quia nõ icociliat, cũ te emo.
Le. Attamẽ. to. nõ tamẽ, caue ergo sis malo, & tu sequere me.
Le. te mihi dicto audiẽtẽ esse addecet. to. nã hercle si absq; me
Fores & meo præsidio, hic faceret, te prostibulam propediem.
Sed ita pars libertinorum est, nisi patrono qui aduorsus est,
Nec satis liber uidetur, nec frugi, nec honestus satis.
Ni illi officit, ni ei maledixit, ni ingratus repertus est.
Le. Pol benefacta tua me hortantur, tuo imperio paream.
To. Ego sum tibi patronus plane, qui huic pro te argẽtũ dedi.
Hic est, hunc uolo ludificari. Le, meo ego in loco sedulo
Curabo. do. certo illi homines mihi nescio quid mali cõsulũt,
Quod faciant. Sa. heus uos. to. qd ais? Sa. hiccine dorpalus est
Leno, qui hic liberas uirgines mercatur? hinccinest, qui fuit
Quõdã fortis? do. quæ hæc res ẽ? hei colaphũ icit, malũ uobis
Dabo. to. at tibi nos d̃dimus, dabimusq; ẽt magis. do. hei nates
Peruellit. Pæ. licet, iam diu. n. sæpe exponctæ sunt. do. loquere
Tu etiam, frustum pueri. Le. patrone amabo i intro ad cœnam.
To. Mea ignauia tu nunc me irrides? Le. quia næ uolo bene
Vt tibi sit. do. nolo mihi bene esse. Le. ne sit. to. quid igitur,
Sexcenti nummi quid agunt? quas turbas danunt? do. male
Disperii, sciunt referre probe inimico gratiam
To. Satis sumpsimus supplicii iã. do. fateor, uobis do manus.
To. et post dabis sub furcis, ab i igitur hinc intro in crucem.
To. An ne hic parũ feci? to. tũ hisce habẽt cõuenisse te toxilũ.
Spectatores bene ualete, leno periit, plaudite.

nonis excipiẽtẽ. ⁋ Sequere me: q̃ ipse ago inqt: tu quoq; agas. ⁋ Faceret te ꝓstibulã. In lupanar detruderet. ⁋ Ita pars libertinoꝝ est: q in liberta tẽ uẽdicati: nisi ut se liberos eẽ plane ostẽdant suis dominis aduersant: se liberos eẽ nõ existimant. ⁋ Quid ad uersus est. In aliquo repugnarit. Cũ dixisset pars itulit aduersatus est: q̃ masculinũ genus ꝑponderet. ⁋ Ne ei male dixit. ei subaudias patrono. ⁋ Grato. Qui ip̃; liberauit. ⁋ Ingratus. Qui aduersetur. ⁋ Meo ego in loco: ego inqt lẽniscelene meum tuebor locũ ad illudẽdũ. ⁋ Quid facient? Interrogatiue legẽdũ ẽ: ac stomachose. ⁋ Qui fuit quondã fortis. Cũ hoc dicit ei: icutit colaphũ. ⁋ Hei colaphũ icit. Dolẽtis: dordali interiectio ẽ: ico icis dixerũt ueteres. Lucr. Corpus ꝑ pellit: & icit. ⁋ Hei nates puellit. gẽit dordalus: q̃ si uelicarẽt nates. ⁋ Frustum pueri. pægnio dicit: qa statura breuis. ⁋ Sciunt. subaudi sexcẽti nũmi: quibus abste deceptus sum. ⁋ Satis sumpsimus supplicii: satis illusus inqt est leno. ⁋ Manus uobis do: superatus: uictusq; a uobis sum.

Ico icis apd ueteres

❡ DIVEXAUIT: Vexare uerbum uiolẽtũ: diuexare uiolẽtius: Vehiculũ ex uiminibus: quo qd uehit̃. M. Varroni: ab aliis alcera dictum ex tabulis. ⁋ Personas rationales: & aĩatas tãtũ dicimus: est & ꝑsona quã græci ꝓsophon: ab Aeschylo poeta tragico ad actores fabularũ trãslata. ⁋ Me hic: scribẽdũ ex codicibus antiquis: in quibus me & hic scriptũ est: & metri necessitate. ⁋ Stimulorũ tritor flagrio cuius scapulæ atterũt stimulos: nam stimuli fustes sunt. Manus additast: derisio facta: manũ addere est deridere: ut diximus. ⁋ Vt soles: ut consuesti: Sed & nomen ludum exposcit: quãdo παίγνιον græcis ludus dicit̃: & παιγνιώδης lusor unde technopægnion artis ludus: & erotopægnion amoris. A. Gel. noct. ait. ii. huius legis Lælius poeta meminit in erotopægniis: & Ausonius qd antiquissimi poetæ inquit Lælii erotopægnion loquar Ludere autem multa significat. Sed & pægnia solẽnitas seu festum grçcis dicta. ⁋ Scipiõe baculo: Non aliter dicti scipiones inquit Macro. in Saturnal. nisi q̃ Cornelius qui patrem luminibus captũ pro baculo gerebat Scipio cognominatus: nomen ex cognomine posteris dedit. ⁋ Staticulus saltationis genus Macro. in Saturnal. descendit de cantherio: inde staticulos dare: redicularia fundere & alibi in eundem præterea cantat: ubi collibuit: interdum græcos uersus agit: iocos dicit: uoces demutat: staticulos dat: saltatio ipsa apud romanos certatim etiam ab honestis appetebatur: Inter duo bella punica ingenui: immo filii senatorum in ludum saltatorium cõmeabant: & illic crotala gestantes saltare discebant: Taceo: q̃ matronæ etiam saltationem non inhonestam putabant: sed inter probas quoq; earum erat saltandi cura: dummodo non curiosa usq; ad artis perfectionẽ: quid enim ait salustius: psallere: saltare elegantius q̃ necesse est probæ: adeo & ipse semproniam reprehẽdit: non q̃ saltare: sed q̃ optime scierit: At Cice. in oratione pro Murena acerbe reprehendit: & damnat saltationem; nemo fere saltat sobrius nisi forte insanit. Staticulum Plinio in nat. hist. li. xxxiiii. & ultimo uidetur esse genus gestatorii: sed straticula li. ultimo quidam legunt. ⁋ In ionia: ionicum saltationis genus propudiosum: ut molle nimis: ab inuẽtoribus dictũ porphyrioni Horatius: motus doceri gaudet ionicos: matura uirgo: sed & plato. in. iii. reip. improbat armonias ionicas: & lydias ut molles nimium: & enerues. ⁋ Prostibulam: prostibula: q̃ ante stabulum stet quæstus diurni: & nocturni cura: Meretrix honestioris loci est. & quæstus: ut quæ a merendo dicta sit: copiam sui tantum modo noctu faciens: Nonius. ⁋ Reti. scribi metri necessitas cogit: non rete, ut legunt interpraetes nostri: & omnes fere: sic infra. Si in mari reti apprehendi.

VGOLETUS ET GRAPA. Vexare qd sit

Staticulus quid sit

Saltarẽ quo modo decenserat

Prostibula quæ

IN RVDENTIS ARGVMENTVM.

SARACENVS.

DEmones atheniensis exul patria cyrenas uenit: ei fuerat palæstra filia surrepta paruula: quam de pdone mercatus labrax leno cũ ampelisca puella altera cyrenas uehit: palæstrã ut uidit adolescẽs Pleusidippus amare occœpit: cũ lenone paciscit̃: eã sibi tradi. xxx. minis: datq; arrabonẽ: leno interĩ suasus a charmide siculo: puellas secũ in Siciliã auehat: fore. n. ut ex ipsis sit magnũ facturus lucrũ: fingit se uotũ soluturũ ueneri: eoq; Pleusi. ad prãdiũ uocat: noctuq; mulieres: & bõa in naui deportat clãculũ: in altũ puehit̃: illic tempestas oborit̃: in scopulos naufragiũ facit: mulieres cũ scapha ad terrã iactant̃: i ueneris phanũ se recipiunt: quo aduenies leno: & ipse eiectus mari suas agnoscit: ac reposcit mulierculas: sed illæ demõis auxilio defensantur: trachalio pleusidippi seruus rẽ oẽm nũciaturus cucurrit hero: sed dũ it: forte uidet grippũ demõis seruulũ ræte uidulũ trahere: in quo lenonis infuerãt pecuniæ: palæstræq; uirginis crepũdia: trachalio: ut cõspexit uidulũ: retis rudentẽ præhendit: a quo rudens comœdia nomen habet. rixant̃ simul: cõueniunt tandẽ in demonẽ arbitrum: is aperto uidulo agnoscit ex crepundis filiam: lenoni igitur dat̃: quod illius est: excepto talenti dimidio: quoad pmissum grippo pro se retinuit senex: grippusq; ob id libertate donatur: pleusidippoq; palæstra nubet.

VALLA.

ℭ Argumentum in rudentem.

DEmones atheniẽsis: amissa filia puula: & benignitate sua nimia re fracta athenis secessit: cõmigrauitq; cyrenas cũ seruo separniõe extra urbẽ apud ueneris tẽplũ: quã emerat uillã incolebat. In ciuitate aũt labrax leno filiã huius Demonis emerat paruulã palæstrã: & cũ ea ampeliscã: cuius amore captus Pleusidippus adolescẽs lenoni p ea pactus fuerat dare triginta minas: p q̃ dederat arrabonẽ iureiurãdo: ne eã cuiq̃ traderet. Leno aũt cũ a Charmide hortaret̃ siculo: ut siciliã peteret: posse ibi multas facere diuitias cu; his puellis: q̃ ea gens esset uoluptaria. Pleusidippo se epulũ facturũ pmisit ad iã memoratũ Veneris tẽplũ: noctu itaq; cũ familia oĩ: & Charmide naui cõscendit: ut in siciliã pueniat. Oborta in mari tẽpestas frangit̃ nauigiũ. enatãt ut pñt oẽs: puellæ prio palęstra: & ampelisca ad id ueneris tẽplũ pueniũt: & a sacerdote excipiunt̃. Interĩ labrax leno & Charmides ad littus eiecti sunt. Labrax sensit puellas suas in tẽplo eẽ ueneris: eas cũ abducere ui cupet succurrit Demones cũ familia: ut eis opẽ ferret. Interĩ Pleusidippus cũ seruo trachaliõe eodẽ puenit. labracis fraude pcepta: ipm male agit. Vidulus labracis: in quo ipsius erat pecunia: necnõ palestrę crepũdia: qbus cũ olim subrepta fuerat in mare delapsus a grippo demõis seruo: cũ piscaret̃: rẹte e mari abstrahit̃. Cũq; fore ditissimũ opiaret̃: sũmas nactũ diuitias astitit trachalio: q sibi ptẽ poscẽt: cõtrouersia arbitrio demõis cõcessa ẽ. recluso uidulo: crepũdiisq; ispectis: palestrã filiã suã cognoscit: grippus cũ labrace ɔuẽit: ut si cõmõstret uidulũ: daret pecuniã: mõstrat demonẽ herũ suũ: demões tm̃ sibi assumit: quãto grippũ mãu emittat: reliquũ ipsi lẽoni redit̃. Demonis ãt filia adolescẽti pleusidippo despondetur.

Nominum etymologiæ.

PLeusidippus: qa pleo: qđ sigñat nauigio: pleuso futurũ facit: & hippos equus: ꝙ tanq̃ equus summa celeritate lenonẽ fuerit cõsecutus. ⁋ Demões: si sine diphtõgo scribat̃: qa demos populus q̃si popularem dicas. qm̃ se suas populares ait uelle tueri. sin cumæ diphthõgo: qa dæo sigñat: intelligo scio: uñ & dæmõ pitus. ⁋ Ampelisca. qa ãpelos uitis: aut qa palęstrã tanq̃ uitis amplectabat̃: necnõ ueneris statuã: ne a lenone abduceret̃. ⁋ Palæstra. qa pale dr̃ luctatio: qm̃ de ipsa fit luctatio pſerti; ob crepũdia. Scepnio. qa sceparnio dr̃ a scia: ut. n. id instrumẽtũ adhibet̃ lignis pparãdis in aliqd opus: ita & hic seruus in tegenda domo: uel qa multũ strepit: ut fabri lignarii cũ ascia strepũt. Tegumẽ ẽt noiatur sceparnio: qđ seruile ẽt: ut scepnio seru9. ⁋ Trachalio. aut qa trachis dr̃ asp: ut ipse atrox aduersus grippũ. aut qa trachelos dr̃ collũ: qđ ut collũ subest capiti: ita is herũ suũ Pleusidippũ sustinebat. ⁋ Labrax. aut qa cœnosus nẽpe leno: nã labrax cœnũ: aut qa labrax piscis ẽ: q latine tupus noiat̃. Viuit. n. rapto & uix expleri põt: ut hic leno cuncta ad se rape cupiebat: & ferme solet Plautus lenones rapacis noie appellare. ⁋ Charmides: qa charma dr̃ risus: qm̃ despicatui: derisuiq; lenonẽ habet. ⁋ Grippus: quia gripensis incuruatio est: ꝙ ad ræte plicandum incuruaret̃: cum ei magna oborta est molestia. Aut quia grippeus dicitur piscator: nam piscator fuit.

M. ACCII PLAVTI RVDENS.

ARGVMENTVM.

FEti piscator de mari extraxit uidulum,
Vbi erant herilis filiæ crepundia,
Dominum ad lenonem quæ surrepta uenerat.
Ea inclientelam suscepta imprudens patris
Naufragio eiecta deuenit, cognoscitur,
Suoq; amico Pleusidippo iungitur.

SARACENVS.

RAEte piscator. s. Gripp9 demõis seruus. q forte piscatũ cum iuisset: p pisce traxerat uidulu;. ⁋ Herilis filiæ: demonis. ⁋ Crepundia: puellaria ornamẽta: de quibus in cistellaria meminimus. ⁋ Lenonẽ: Labracẽ. ⁋ Imprudẽs: Nescia.

Crepundia quę dicant

VALLA.

RAEte piscator. subaudi gripus. ⁋ Extraxit uidulũ: manticã lenonis. ⁋ Herilis filiæ palestræ filię demonis. ⁋ Crepũdia ornamẽta collo pẽdẽtia infantiũ a crepitu dcã. ⁋ Dñm ad lenonẽ: labracem. ⁋ Quæ surrepa: subaudi athenis. ⁋ Væ nierat. uendita erat. ⁋ In clientelam: in patrocinium: pater si quidem imprudens tanq̃ patronus eam tuebatur nesciens filiam. ⁋ Eiecta: subaudi a tempestate. ⁋ Deuenit: ad littus. ⁋ Suoq; amico. Amasio. Iungitur: despondetur.

Crepundia unde dicta

VGOLETVS ET GRAPA.

ℭ VIdulũ loculũ notare idicãt q̃ legunt̃ in hac ipsa comœdia: Vel siue bulga fuerit scortea: sacculusue: siue follis cõstat satis in uidulo fuisse recõditas lenonis reculas. ⁋ Crepũdia puellis necessaria ad nutricationẽ significãt: ornamẽtaq;: ut oblectamina: id quod Plautus alibi ostẽdit: Cunæ uero & cunabula nõ ea ueniũt appellatiõe: ẽt si crepũdia in cunis exhibent̃: Vñ Plini. Locutus est Crœsi filius in crepũdiis: quo pdigio totũ id concidit regnum.

Vidulũ qd sit

ℭ QVI gẽtes

SARA CENVS. Arcturus quid sit

QVi gentes:tanq̃ deus arcturus inducit̃ argumẽtũ fabulæ narraturus:qđ idẽ fecit lar familiaris deus i aulularia:& in cistellaria deus auxiliũ:ex cuius oratiõe dat̃ intelligi ipsius arcturi signo occidẽte:nocte tẽpestatẽ eẽ subortã:q̃ leno naufragio perierat:est.n.arcturus stella bootæ:siue arctophilacis signi post se ptẽtionẽ:& dr̃ arcturus ursæ cauda:hæc.n.ortu suo:& occasu magnas ciet tẽpestates: ut planius de se met fatet̃ in ꝓlogo. ¶ Sũ splendẽs stella:Nã cæteris clarior apparet in arctophylace:in zona.n.eius constituta est: ut hæc & alia hyginius refert in tertio astronomicõ. ¶ Tẽpore suo:Scilicet autũnali:nã eo tpe orit̃. ¶ Bonos in aliis tabulis:Lego i albis tabulis:ut sit sensus:apđ magistratus sæpissime bonos & isontes accusari a malis delatoribus:nã ut meminimus in superiori comœdia:apud ptorẽ in urbe roma & alios agistratus ad prios uestibuli pietes:erat albũ spaciũ:in quo ab ipsis magistratibus publicanda scripto ꝓponerent:ad quod album spacium Plau.nũc uidetur alludere.

Arcturus Prologus.

QVi gentes omnes,mariaq;,& terras mouet,
Eius sum ciuis ciuitate cælitum.
Ita ut uidetis,sum splendens stella,candida,
Signum quod semper tempore exoritur suo
Hic atq; in cælo,nomen ARCTVRO est mihi.
Noctu sum in cælo clarus,atq; interdius,
Et inter mortales ambulo,& inter deos.
Et alia signa de cælo ad terram occidunt.
Qui est imperator diuom atq; hominum iupiter.
Is nos per genteis,alium in alia disparat,
Qui facta hominum,qui mores,pietatem,& fidem
Noscamus,ut quéq; adiuuet opulentia.
Qui falsas liteis falsis testimoniis,
Petunt,quiq; in iure abiurant pecuniam,
Eorum referimus nomina ex scripta ad iouem.
Quotidie ille scit,quis hic sibi quærat malum.
Qui hic litem adipisci postulant periurio,
Mali res falsas qui impetrant apud iudicem,
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.
Maiore mulcta mulctat,q̃ litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis ex scriptos habet.
Atq; hoc in animum scelesti inducunt suum.

VALLA.

QVi Gentes oẽs:mariaq;:& terras mouet.Loquitur arcturus:quod signũ est & stella. Signum siquid arctophylax dicit̃:& boötes:& arcturus:queadmodu; ephestion de sideribus docet.Aratus uero inquit.αρκτοφύλαξ τον ρα ηδ᾽ερ᾽ες επικλειουσι βοωτην, εξ ολλων αρκτουρος ελισσε: τω ασφαλον αστηρ. Ptolemæ? boote.ο μεταξυ των μηρων ο και λει ται αρκτουρος.Oriens hoc signum aut occidens largas ciet tempestates:quod significat hoc loco Plautus. ¶ Gentes oẽs: qm hæc inferiora sint corporibus contigua:obnoxiaq; superioribus:ab illis administrentur necesse est:ac ut elementa: ita & quæ ex elementis cõstant: humana corpora:cæterarũq; rerũ moueantur:necesse est. ¶ Ciuitate cælitum.qui cælũ incolo: quæ ciuitas est cælicolarũ. ¶ Sũ splendẽs stella: est queadmodũ diximus:& signũ: & stella:ideo cũ dixisset splendẽs stella:adiecit signũ:ut utrũq; indicaret:nam signũ pluribus cõstat stellis:ut ex arato:Ptolomæoq;: Higino:ac reliqs facile depr̃ederis. ¶ Qđ semp tpe exorit̃ suo.Demophilus mensis inqt ianuarii die.vi.arcturus matutinus occidit.Colu in.xii.ix.calẽ. martii arcturus prima nocte oritur.frigidus dies aquilone:uel coro:interdum pluuia. Aetius medicus de simplicibus medicaminibus:ubi quid obseruandum medico docet.mẽsis inquit sept.xiiii.die oritur:aeremq; perturbat per eos dies. ¶ Inter deos:& inter mortales ambulo.Quia spiritus:qui hodie ita dicitur:ab aliis intelligentia : siue animas uocare uelis:in loco non est:nisi per accidens. ¶ Inter mortales ambulo:inter omne hominum genus. Aulus Gel.de hoc nomine mortalium inquit:nanq; multorum hominum appellatio intra modicum quoq; numerum cohiberi: atq; includi potest. Alteri autem mortales nescio quo pacto:& quodam sexu inenarrabili omne fere genus:quod in ciuitate est:& ordinum:& ætatum:& sexus comprehendit uidete tamen ne extimetis semper:atq; in omni loco mortales:multos pro multis hominibus dicendum:ne plane fiat græcum illud de uarronis satyra prouerbium το επι τη φακη μυρον. ¶ Et alia signa.non modo illa quę in zodiaco nota sunt.xii.sed etiam extra zodiacum septẽtrionalia:uel australia:de quibus Aratus & higinius:necnon Ptole.in.vii.&.viii. magnæ constructionis mathematicæ. ¶ De cælo ad terram occidunt:uim suam in terras dimittunt. ¶ Alium alia disparat. Alium subaudi deum disparat in diuersas partes custodiendas parat. ¶ Qui facta ordo est:qui alia facta hominum. ¶ Pietatẽ:quæ erga deos. ¶ Abiurant pecuniam:idest negant rem creditam periurio. ¶ Iudicatam iudicat:Iudicatam ab hominibus iudicat iupiter. ¶ Mulctat impensius punit. ¶ Quam litem auferuntur.i.qua lucrentur per litem.

Arcturus qñ oriatur

VGOLETVS ET GRAPA. Arcturus unde dicat

¶ ARcturus:Arcturi sydus non ferme sine procellosa grandine emergit:de quo fere omnes poetæ:& grãmatici. Exoritur.xi.diebus ante æquinoctium autumnale.Nomen.a.est mihi non infrequens loquutio: Arcturus autẽ nominatur quasi αρκτου ουρα :αρκτος græcis ursa. Vnde Arctophylax custos ursæ uulgo:qui dicitur esse bootes:& Arctonesos ursorum insula:ουρα cauda:inde sciuri paruula animalia pro tecto fere ad umbram cauda utentes: cum sub dio sunt:Plinius ipsis uillosior inquit cauda pro tegumento est. ¶ Qui noscamus.ut noscamus tanq̃ dæmones & illius quidem generis:quod humana superis nunciat:nam & Genios scimus:& Angelos:& medioximos:omnes tamen non ita corpulentos:ut hominum capiantur obtutu. ¶ Abiurant in Curgul.qui abiurauit:si quid est creditum:idest iureiurando abnegauit.

Iouem placare se posse omnibus hostiis.
Et operam & sumptum derdunt, atq; id ideo
Fit, quia nihil ei acceptum est a periuriis.
Supplicii facilius pius a dis supplicans,
Quam qui scelestus est, inueniet ueniam sibi.
Iccirco moneo uos ego hæc, qui estis boni.
Quiq; ætatem agitis cum pietate & cum fide,
Retinete porro post factum ut lætemini.
Nunc huc qua caussa ueni argumentum eloquar.
Primum dum huic esse nomen urbi DIPHILVS.
CYRENAS uoluit, illic habitat dæmones.
In agro atq; uilla proxuma propter mare,
Senex, qui athenis huc exul uenit, haud malus,
Neq; is adeo propter malitiam patria caret.
Sed dum alios seruat, se impediuit, interim
Rem bene paratam comitate perdidit.
Huic olim filiola uirgo periit paruola.
Eam de prædone uir mercatust pessumus.
Is eam huic Cyrenas leno aduexit uirginem.
Adolescens quidam ciuis huius atticos
Eam uidit ire e ludo fidicinio domum.
Amare occæpit, ad lenonem deuenit.
Minis triginta sibi puellam destinat.
Datq; arrabonem, & iureiurando alligat.
Is leno, ut se æquom est flocci non fecit fidem,
Neq; quod iuratus adolescenti dixerat.
Ei erat lenoni hospes paternus siculus, senex,
Scelestus, agrigentinus, urbis proditor.
Is illius laudare infit formam uirginis.
Et aliarum itidem, quæ eius erant mulierculæ.
Infit lenoni suadere, ut secum simul
Eat insiciliam, ibi esse homines uoluptarios
Dicit, potesse ibi eum breui fieri diuitem.
Ibi esse quæstum maxumum meretricibus.
Persuadet, nauis clanculum conducitur.
Quicquid erat, noctu in nauim comportat domo
Leno, adolescenti, qui puellam ab eo emerat,
Ait sese Veneri uelle uotum soluere.
Id hic est phanum ueneris, & eo ad prandium
Vocauit adolescentem hunc, ipse hinc illico
Conscendit nauem, atq; auehit meretriculas.
Adolescenti alii narrant, ut res gesta sit,
Lenonemq; abiisse, ad portum adolescens uenit.
Illorum nauis longe in altum abscesserat.
Ego quando uideo uirginem asportarier,
Tetuli ei auxilium, & lenoni exitium simul.
Increpui hybernum, & fluctus moui maritumos.
Nam ARCTVRVS signum sum omnium q̃ acerrumũ.
Væhemens sum exoriens, cum occido uehementior.
Nunc ambo in saxo, leno atq; hospes is, simul

SARACENVS. ¶ IOVEM se placare posse: Nõ. n. placat deus magnificẽtia muneꝝ: nisi puro: & diuo spũ porrigantᷣ: qđ tãgit Persius: qn damus id supis de magna qđ dare lãce: non possit magni messalæ lippa ꝓpago: cõpositũ ius fasq; ai: scõsq; recessus: mẽtis: & incoctũ gñoso pectus honesto: hec cedo: ut admoueã tẽplis & farre litabo: refert hierocles maximus interp̃s pytha. super illis uersibus aureis: quos dicit: ꝙ hoi diuiti: q cẽtũ boues apollini mactauerat nõ tñ pia: neq; deuota mẽte interroganti: quo nã pacto acceptauerit dõa sibi ab eo data: apollo rñderit: hermiõis dari magis ẽ mihi grata placẽta: tenuissimũ illud tãtæ magnitudini p̃ponẽs: nã Her. tẽue eius munus piet. & chari. mẽtis ornauerat: sine q̃ nihil unq̃ deo gratũ acceptũq; fuit: huc tẽdit ꝓpheticũ illud: sacrificiũ deo spũs cõtributatus. (Christianũ dictum) Et operã & sumptũ pduũt: nã deum uᷣ honorare: ut egentẽ cũ dona tẽplis offerãt: uᷣ sacrificẽt absq; puritate mẽtis: nã demũ is deu; optie uenerabiᷣ: si aio sibi simi lis fiat: Plau. alibi: & oleũ: & opa pdidi. ¶ Diphilus: actor comœdiæ. ¶ Propter m. iuxta & ꝓpe mare: ut alibi sæpe. ¶ Adolescẽs q. sc; Pleu. ¶ Hospes: charmides. ¶ Parui: v; præcii: uel lege prauus. ¶ Infit: incipit. ¶ Huc ipse: hũc illico cõscẽdit nauẽ: Emẽdauimus: hic ip̃e hãc illico cõscẽdit nauẽ.

VALLA. ¶ ET sumptũ pduũt ꝓ pdũt ip̃ẽsa;. ¶ Si q pius ẽ: q̃ ꝓ qs: ut sæpe At qs pro q' nunq̃ etiam Prisciani astipulatu. ¶ Cyrenas. in xvii. strabo, iquit. A cyrene urbe maxima octoginta: q in cãpo quodã iacet adeo edito: ut ex mari eã uideremus. (Cyrenem q condidere.) Cyrenem therei condidere: q ex laconia profecti: therã insulam coluerũt. thera oli calisto dicebatur: ut callimachus ait. Noie calisto primũ sed post mõ thera. Dicta fuit tellus urbis origo meæ: Cyrenẽsiũ portus contra occidentalem cretę extremitatem idest arietis frõtem iacet. mille stadiorum interuallo. Nauigatur autem leuconoto: dicunt cyrenem a batto cõditam: quem callimachus ait progenitorem fuisse suu;. Ea ob regionis bonitatem plurimũ creuit. nã & equorum nutrix est: & fructus optimos fert: ea uiros claros cõplures habuit: qui & libertati optime pesse poterant. & iminentibus barbaris fortiter resistere. Nã & olim libera fuit: postea cũ macedonũ potentia esset adaucta: ęgypto occupata: eã adorti sunt thibrone imperante. a quo harpalus occisus est: cũq; aliquãdiu sub regibus fuisset: tandem in romanorum potestatem deuenit: & nunc prouincia est cum crete cõiuncta: cyrenaica oppida sũt Apollonia: barcæ: & theuchira: & berenice: & alia quædam proxima: cyrenęis finitima est regio quæ silphium gignit: & cyrenaicum succum: quem silphium posterius effert. id ꝑpe modum defecit: cum aliquando barbari odio quoda; ingruissent ac radices eius pene omnes eruissent. Fuere hi nomades

Sedent eiecti, nauis confracta est iis.
Illa autem uirgo, atq; altera lenonis itidem
Ancilla, timidæ desiluerunt in scapham.
Nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt
Ad uillam illius, exul ubi habitat senex,
Quoius deturbauit uentus tectum, & tegulas.
Et seruos illic est eius, qui egreditur foras.
Adolescens huc iam aduenict, quem uidebitis,
Qui illam mercatust de lenone uirginem.
Valete, ut hostes uostri diffidant sibi.

uiri ex cyrene illustres Aristippus Socraticus: qui cyrenaicam philosophiā instituit: & areta eius filia: quę in schola successit: & aristippus filius: qui matri successit: & mitrodidactus cognominatus est: & anniceris: qui cyrenaicam sectam ur̄ emendasse: & annicerią ab ea deriuasse. Callimachus: quo cyreneus est: & eratosthenes: ambo ab ægypti regib⁹ in honore habiti. Alter poeta: simul & grāmaticę studiosus: alter & in his: & in philosophia: & i mathematicis pręstantissimus. Itē carneades: quem academicorum optimū cōfitentur: & cronus apollonius hinc etiam fuit diodori dialectici magister: qui & ipse cronus dictus est. ⁋ Propter mare: idest iuxta mare. Ouidius. propter humu; uolitat: ponitq; in sępibus oua. Antiquiq; memor metuit sublimia casus. ⁋ Alios seruat: fideiussor pro aliis. ⁋ Huic filiola: subaudi palestra. ⁋ Periit paruula: furtim sublata est. ⁋ Vir mercatur pessimus: labrax. ⁋ Adolescens quidam. pleusidippus. E ludo fidicinio: ubi lyram pulsare didicerat. Lyra enim græce. fides latine: ut inquit uarro. ⁋ Is Leno. labrax. ⁋ Flocci non fecit fidem: nō flocci fecit temesis figura: idest non magnifecit. lanæ enim floccus res perexigua est. ⁋ Paruus siculus: subaudi charmides. ⁋ Laudare infit. incipit. ⁋ Potesse. antiquum est pro posse. ⁋ Quicquid erat: idest omnem suam supellectilem atq; familiam. ⁋ Tetuli ei auxilium: tollo enim tetuli dicebant ueteres in præterito: ideo etiam penultima corripitur. ⁋ Increpui hibernum: sonitum dedi uentorum: ut hiberno solet fieri tempore: nomen pro aduerbio positum hibernum. ⁋ Vehemens sum exoriens: cum occido uehementior: subaudi largas citando tempestates. ⁋ Nauis confracta est iis: hospiti: ac lenoni. ⁋ Ad uillam illius: subaudi dæmonis. ⁋ Cuius deturbauit uentus tectum: & tegulas: septentionem uentu; dicit: aut aquilonem: gallicum ue: nam arcturus a septentrione præcipue mouet uentos: nisi obstet uis planetæ alicuius. nam ut etiam a septentrione iupiter: ita ab oriente sol: ab occidente luna: a meridie mars uentos suscitat. ⁋ Et seruus illic: pro ille: subaudi sceparnio. ⁋ Adolescens: subaudi pleusidippus.

Cronus q fuerit

⁋ CYREnas. Cyrenæ in Africa ciuitas a Batto (ut uolunt) condita inter harenosa: freques in Cyrenaica nascitur laserpicium: quod græce Silphion unde docto poetæ laserpici feræ Cyrenæ: nam ab urbe regio appellata: Illustris oraculo Iouis Hammonis: hortis hesperidu;: & solis fonte: Plinius: Solinus: Strabo: Silius: Mella: Lucretius: & alii. ⁋ Exul extra solum patrium: ut extorris: est exilium coactum: ex & ultroneu;: quale sibi uiri illustres multi elegerūt ob ingratam patriam. ⁋ Periit: perire: amittere: perire mori. ⁋ Ludo: Ludum omne; scholam dixere romani: Asconius: & magistros ludi: qui primas. docent litteras in ludo litterario: ueluti musices rudimenta: docet magister: Ludi fidicinii a fidibus dicti: ut fidicen: & fidicina ad citharam canentes: id quod primus Amphion: uel ut alii: Linus. ⁋ Destinat: emit: ut sup. edocui. ⁋ Arabonem: arram: pignus portiunculam pręcii. ⁋ Flocci hec tę parui: unde flocci pendo. ⁋ Infit: orsus est. ⁋ Voluptarios: uoluptatibus deditos: & mancipatos: ut in menechmis: uoluptatis dea uolupia. ⁋ Tetuli: attuli Nonio. Actius in Andromeda. Donec tu auxilium Perseu tetulisti mihi. Cæcilius in hippobeli. Men erumnam pariter tetulisti meam? ⁋ Hibernum: nam Arcturi sydus fere semper cum procellosa grādine emergit: ut dictum est. Plinius auctor: hiems uim uenti significat unde hibernum dixit. ⁋ Saxo scopulos: saxa in mari dicimus eminentia: habentur: & cęci scopuli: si tamen scopuli dici possunt. ⁋ Scapham. Scaphæ nauiculæ: quę maiores naues consequūtur: Nonius.

VGOLETVS ET GRAPA.

Cyrene q & ubi

Ludus qd sit

Hiems qd sit

PRIMVS ACTVS.

Scepario seruus.

PRoh Di immortaleis, tempestatem quoiusmodi
Neptūnus nobis nocte hac misit proxuma.
Detexit uentus uillam, quid uerbis opust?
Non uentus fuit, uerum Alcumena Euripidi.
Ita omnes de tecto deturbauit tegulas.
Illustriores fecit, fenestrasq; indidit.

PRoh di imortales: Seruus dęmonis scepernio lamētatur: nocturnam exactā tępestatē: quę tegulis oē; detexerat uilla; & dr̄ ꝑprie uilla domus in agro. ⁋ Alcumenę euripidi. Fuit euripidis tragœdia: quę alcmini dicta ē: quæ modo nō extat apud gręcos: forte in ea: & turbines: & tonitrua.

SARACENVS.

p Roh di imortales. Scepernio seruus secū q̄ritur uenti uiolētiā: quę pridie eius diei d̄tecto tegulas deturbauit. ⁋ Tēpestatem cuiusmodi. i. aeris: marisq; intēperiē. Neptunus nobis: qa ex mari: cui neptunus imperat: oborta uidebatur. ⁋ Non uentus fuit: hoc est: non unus modo: sed plures. ⁋ Verum alcumenæ euripidis. i. tragœdia: quam de alcumena scripsit euripides uariis tempestatibus: & ui uentorū multa referta. Huic simile illud catulli est epigrāma. Furi uilula uestra nō adaustri. ⁋ Flatus opposita est: necad fauoni: Nec scæui boreæ: aut pheliotę. ⁋ Ve℞ ad milia quindeci; & ducentos. O uentum horribilem: atq; pestilente;. ⁋ Illustriores fecit: idest magis lumine per fusas. ⁋ Fenestrasq; indidit: idest fora mina tanq̄ fenestras fecit.

VALLA.

⁋ NEPTVnus deus maris a nādo ex Cicerone de natura deorum: Venti ex motu aeris: a uentis tempestas: & quia mare terram concutit: mouetq; Ennosigæum gręci neptunum uocant και σειοιχθονα. ⁋ Euripidi poetę tragici in Alcumena tragœdia inducentis turbines uastisonos cuncta perturbantes. Tonitrua horrificum tonantia: fulgetra cereberrima aciem perstringentia: Vnde Plautus ipse in Amphi. Ibi continuo cōtonat sonitu maximo: ędes primo ruere rebamur omnes: totę ędes consulgebant tuę quasi essent aureę.

VGOLETVS ET GRAPA. Neptunus qui sit

SARACENVS.

ET uos:& uestris. Adolescens Pleusidippus pactus cum lenone fuerat sibi precio palęstram puellam dari: sed illusus ab eo quærebat iniuriarum ulcisci:& propterea secū adiutores sodales adduxerat:quos nūc alloquitur inquiens:frustra abduxisse eos a suis negociis:neq; uti eorum opera potuisse propter lenonis discessum:& fugam.¶ Concinem lutum. Ad domū.s.instaurandam.¶ Qui pro te argentum dedit:Sūt uerba dæmonis non pleusidippi.¶ Vsus:Pro opus est.¶ Pater salueto.Dictum hoc est honoris causa.¶ Sed utrum: Loqtur sceparnio:uerba q̄ sequunt̃ latis docēt.¶ Prętereat orō:Veluti liberior:& licentiosior q̄ parsit.

Pleusidippus adol. Dæmones senex. Sceparnio seruus.

ET uos a uostris abduxi negociis
Neq; id processit, qua uos duxi gratia.
Neq; quiui lenonem ad portum præbendere.
Sed mea desidia spem deserere nolui.
Eo uos amici detinui diutius.
Nunc huc ad Veneris phanum uenio uisere.
Vbi rem diuinam se facturum dixerat.
Dæ.si sapiam,hoc,quod me mactat,concinnem lutum.
Sc.Prope me hic nescio quis loquitur.dæ.heus Sceparnio.
Sc.Qui nominat me?dæ.qui pro te argentum dedit.
Sc.Quasi me tuum esse seruom dicas dæmones?
Dæ.Luto usus multo multam terram confode.
Villam integundam intellego totam mihi,
Nam nunc pellucet ea,q̄ cribrum crebrius.
Pl.pater salueto, amboq; adeo.dæ.saluos sies.
Sc.sed utrum tu uir ne,an fœmina es,qui illum patrem
Voces?pl.uir sum equidem.dæ.quære uir porro patrem.
Filiolam ego unam habui,eamq; unam perdidi,
Virile sexus nunq̄ ullum habui.pl.at di dabunt.
Sc.Tibi quidem hercle,quisquis es,magnum malum,
Qui oratione hic nos occupatos occupes.
Pl.Isticcine uos habitatis?sc.quid tu id quæritas?
An quo furatum mox uenias uestigas loca?
pl.peculiosum esse decet seruom & improbum,
Quem hero præsente prætereat oratio,
Aut qui inclementer dicat homini libero.
sc.Et impudicum,& impudentem hominem addecet
Molestum ultro aduenire ad alienam domum,
Quoi debeatur nihil.dæ.tace sceparnio
Quid opus est adolescens?pl.isti.infortunium,
Qui præfestinet,ubi herus adsit,præloqui.
Sed nisi molestu st, paucis percontarier
Volo ego ex te.dæ.dabitur opera,atq; in negocio.

VALLA.

ET uos & uostris:adduxi negociis.Pleusidippus adolescens:quos secū comites adduxerat:ut leno prenderet̃:ita alloqtur:ut se eo frustra uenisse dicat.Inde dæmonem:sceparnionemq;.aduersu; quē seruus sceparnio multū barbare respondet:ut leniter dęmones ne se uidisse:quē quærebat adolescēs.¶ Vostris abduxi negociis:q me estis iqt comitati abope ammoui uro.Neq; id ꝑcessit.i.nil ꝑfeci:qa nō sum:quod cupiebā:cōsecutus.¶ Spē deserere nolui.nolui cessare:desesq; dici:ubi spes inerat.¶ Adueneris phanū:ubi uenus colebat̃:phanum dictū:qa phanon aptum significat.& oibus adeūtibus apta sunt templa.¶ Hoc:qd me mactat:idest negociū exhibet.¶ Concinnē:ꝑ concinauero.i.aptauero.¶ Luto usus multo.i.opus est multo luto ad tectoria sup inducēda.¶ Multā terrā confode.apparet craticeū parietē erigere uoluisse.¶ Pellucet ea:rimas inqt admittit.¶ Quā cribrū crebrius.plures inqt q̄ in cribro uideas.¶ Pater salueto:amboq; adeo.Dæmonē patrē uocat pleusidippus:ut mos iuuenū est salutare senes.Inde etiā & seruū:cu; dicit ambo:cui respōdet sceparnio ꝑfictatus:uir ne an fœmina sit:qd̃ patre; salutasset:qm̄ dęmones pręter filiā unā:quā amisisset:liberoꝝ nihil habuisset.¶ Virile sexu;.Olim hoc sexū nūc hic sexus dicitur.Priscia.tamē in qnto hic inqt sexus dicit̃:q̄uis Plau.in rudente:hoc sexus huius sexi neutro gn̄e ꝑtulit.Virile sexus nūq̄ ullū habui.¶ Vestigas locū:exqris locū:ubi habitemus.¶ Peculiosum esse decet seruū.De peculio supra abūde:ac de peculiatis seruis diximus:peculiosum ergo diuitē dicit:sed cum adiecit ꝑbum:figura est paraiponeā.i.ꝑter opinionē:cōsequens.n.erat ut improbū diceret.¶ Quē hero præsente:subaudi dæmone.¶ Prætereat oratio.i.ꝑteruolet:hoc est iprudenter efferat̃.¶ Isti.subaudi seruo opux est ifortuniū. Qui pręfe stinet.Pręoccupet.¶ Pręloq:prius dn̄o loq.¶ Paucis.in pauca uerba.¶ Atq; in negocio:quāq̄ ego sum negociosus.Auget.n.rē hęc ꝑticula:atq; ut uarie ponit̃.Au.Gel.in.x.Atq; ꝑticula a grāmaticis qdē coniūctio esse dr̃ cōnexiua.& plęrūq; sane coniūgit uerba:& cōnectit:sed iterdū alias q̄sdā ꝑtātes habet non satis notas:nisi i ueteꝝ lr̃aꝝ tractatiōe:atq; cura exercitatis.Nā pro aduerbio ualet cū dicimus.Aliter ego feci:atq; tu.significat.n.aliter.q̄ tu.& gemina si fiat auget:itenditq; rē:de qua agit̃:ut aīaduertimus in.Qu.enni annalibus nisi memoria in hoc uersu labor.Atq;:atq; accedit muros romana iuuētus.Cui sign̄ationi cōtrariū ē:qd itidē a ueterib⁹ dictū ē.Deq; & ꝑterea ꝑ alio quoq; aduerbio dr̃.i.stati qd i his Vir.uersib⁹ existiat̃.obscur̃.& iseqn̄t ꝑticꝉa ista posita.ē ãt.Atq; illū i ꝑceps ꝑno rapit alueus amni.

Phanū unī dictum

Atq; ꝑticlę ꝓprietas

VGOLETVS ET GRAPA.

Mactare quid sit

Cribrū qd

¶ MActare malo afficere est Nonio ex Aulula.& in amphi.Plautum citāte:Mactare magis augere.Horatius in sermonibus:macte uirtute esto.¶ Concinnare simul:& apte componere a cinno genere potionis apud ueteres ex multis liquoribus confectæ.¶ Crebrius pellucet cribrum obcrebra foramina:de cribris multa in libello de partibus ędium:cribrum autem frumentariū:uel leguminariū itelligit ex pellibus foraminosis:nā ex setis fiunt cribra farinaria.quę setacea:& setania dicemus.Coscinō gręci cribrum uocant.¶ Sexus:nota sexus dictum neutro genere.

Sc.Quin

Sc.Quin tu in paludem is,exagitasq; harundines,
Qui pertegamus uillam,dum sudust.Dæ.tace,
Tu siquid opus est dice.Pl.dic quod te rogo.
Ecquem tu hic hominem crispum,incanum,uideris,
Malum,periurum,palpatorem?Dæ.plurimos.
Nam ego propter eiusmodi uiros uiuo miser.
Pl.Hic dico,in phanum Veneris qui mulierculas
Duas secum adduxit,quiq; adornaret sibi,
Vt rem diuinam faciat,aut hodie,aut heri.
Dæ.Non hercle adolescens.iam hos dies complusculos
Quenq̃ istic uidi sacruficare neq; potest
Clam me esse,siqui sacruficant,semper petunt
Aquam hic,aut ignem,aut uascula,aut cultrum,aut ueru,
Aut aulam extarem,aut aliquid,quid uerbis opust?
Veneri paraui uasa,& puteum,non mihi.
Nunc interuallum iam hos dies multos fuit.
Pl.Vt uerba perhibes,me periisse prædicas.
Dæ.Mea quidem hercle caussa saluos sis licet.
Sc.Heus tu qui phana Xeneris caussa circuis.
Iubere meliust prandium ornari domi.
Fortasse enim tu huc es uocatus ad prandium.
Ille qui te uocauit,nullus uenit.Pl.admodum.
Sc.Nullust periclum te hinc ire impransum domum.
Cererem te melius,q̃ uenerem sectarier.
Amorem hæc curat,triticum curat ceres.
Pl.Deludificauit me ille homo indignis modis.
Dæ.Proh Dii immortales,quid illuc est Scepario
Hominum secundum litus?Sc.ut est mea opinio,
Propter uiam illi sunt uocati ad prandium.
Dæ.Qui?Sc.quia post cœnam credo lauerunt,heri
Confracta nauis in mari est illis.Dæ.ita est.
At hercle nobis uilla in terra & tegulæ.
Sc.Hui homunculi quanti estis eiecti,ut natant.
Pl.Vbi sunt homines obsecro.Dæ.hac ad dexteram uiden
Secundum litus?Pl.uideo,uos me sequimini.
Vtinam sit is,quem ego quæro,uir sacerrumus,
Valete.Sc.si non moneas nosmet meminimus.
Sed o Palæmon sancte neptunni comes,
Qui quidem hercule illi socius esse diceris,
Quod facinus uideo?Dæ.quid uides?Sc.mulierculas
Video sedenteis in scapha solas duas.
Vt afflictantur miseræ,euge euge perbene
Ab saxo abuortit fluctus ad litus scapham.
Neq; gubernator usq̃ illis esse potuit?
Non uidisse undas me maiores censeo.
Saluæ sunt,si illos fluctus deuitauerint.
Nunc nunc periculost,eiecit alteram,
At in uadost,iam facile enabit,euge pax
Vides ne alteram illam ut fluctus eiecit foras?
Surrexit,horsum se capessit,salua res,

SARACENVS.

¶SVdũst:Prosudu; ẽ.i.sineũdo:hoc est serenum tempus sine pluuia.¶Ecquem:Lenonis faciem:& mores indicat.¶Alilam extarem:Tanquam alã craticulam dicit:super qua carnes torreri solent:ideo ab extis animaliu; extarem dixit.¶Secundum littus:Iuxta littus ita propter uiam:dixit:idest iuxta uiam.¶Lauerunt:Qui a madido conspexerat.¶Sequimini:Eos alloq̃:quos adduxerat socios.¶O palęmon sancte neptuni comes:nam quẽ græci dicunt palæmona:latini portunu; nominãt.Ouidius:quem nos portunum sua lingua palæmona dicet:qui prius melicertes dictus deus marinus nota fabula est:ut ino cadmi:& hermionis filia nupserit athamãti æoli filio:& ei learchum:& melicertẽ peperit:quæ uidens ab insano patre learchu; occidi:ipsa cum melicerte altero filio se in mari præcipitem dederit:qui ambo in deos marinos conuersi sunt:uidelicet ipa in leucotheam melicertes autem in palæmonem:qui & ide; portunus.¶Euge:Nunc optime describit:quo pacto iactentur a fluctib⁹:saluæq; mulieres ad terram ferantur.¶Errationis fecerit cõpendium:Hoc est errare desinet:quia illisa scopulis morietur.¶Si tu đ illarum ornaturus ue pariens:Sũt ista sane uerborum portenta:Plautus:si uiueret:uix suas crederet comœdias:ita in plerisq; locis omnem faciem imutarunt:emaculandus omnino hic locus est & hoc modo legendus:si tu de illarum numero puer es:& cum sequenti sensu uerba conueniunt.

Scđm ꝑ iuxta

VALLA.

¶EX Agitasq; harundines.i.subsecas:& abducis.¶Qui pertegamus.Vt ualde integamus uilla;.¶Dũ sundust.pro sudũ ẽ.i.serenũ tẽpus:qa sine udo:idest hũido.¶Tace.dicit suo.¶Tu:pleusidippo.¶Dies complusculos.Diminutiuũ est.i.multos.uñ & cõpluria dicimus ab eo:qđ est cõpluris:& cõplure.nã plus cõparatiuũ annomalũ:cui⁹ positiuũ multus plura facit:ut reliqua cõparatiua r ante a nõ i ut recte.Aul.Gel.significauit.¶Aut ueru:quo torrent carnes:a cuius similitudine tælu; uerutũ dicimus.¶Aut alillã extarem.Diminutiuu; est ab eo:qđ est alula.& alula rursum diminutiuũ ab ala.Craticulã ergo dicit:in qua torret ad ignẽ quicq̃.¶Extarẽ:uero ab extis:quę craticulæ super iponunt hostiaꝵ.Nullus uenit:pro nõ uenit.¶Admodũ:affirmãtis uox est.¶Amorẽ hæc:subaudi uenus.¶Secũdum littus:iuxta littus.¶Propter uia.adhærẽter uiæ.Coniũgitur cũ præter:& fit unũ uerbũ pręter propter:ut apud Enniu; in iphigenia tragœdia:ꝑter ꝓpter uitã uiuitur.Nisi sit unum uerbũ ꝓpter uiã genus sacrifi

cii:uel cibi ita uocitatum.in fragmētis enim festi nōdū impssis paucula hæc inueniunt.Proteruiā fit sacrificium: qđ est pficiscēdi grā herculi:aut sancto.q sanctus idē est deus:inuenit.itē catonē cū adolescens qdam domū suā incēdisset dixisse:hic pteruiā facit.i.sacrificiū reliqas igni absumēdo.¶ At hercle nobis uilla.subaudi fracta est ¶ Hui homunculi.i.ifœlices hoies.¶ Vir sacerrimus.i.leno execrabilissimus.¶ Nosmet meminimus:subaudi ualere.¶ S; o palæmon sancte:marinus deus palęmon:cū iuno pellices iouis dicatīsectaretur oēs:etiā in atamātē:quē maritū habuit ino soror semeles.q pellex fuit iouis.uñ natus bacchus imisit furorē:ut learchū filiū suū sagittis cōfixit:metuens sibi ino & filio palæmoni se dedit cum illo pcipitē in pelagus:deiq; marini ambo facti:& qui palæmon dicebat:melicertes noiatus est:p ius:exclamet melicerta pisse frontē de rebus.a latinis portunus dictus.Oui.Quē nos portunus sua ligua palęmōa dicet.Ino a gręcis leucothea:a latis matuta:Oui.Leucothea grais: matuta uocabere nris.¶ Qui hercules socius eē diceris.Admonet Cicero:hercules dicendū p adiurandi uocabulū:nā qa comes:uel seruus dici potest:maioris dignitatis q̄ ut seruus sit uolens idicare adiecit:qui pfecto diceris esse socius.¶ Scaphā:nauigiolum dicit quasi paruulum fundū habens:nā scapto fodio est.¶ Neq; gubernator unquā potuit:subaudi id facere:qđ nunc mulieres.¶ Inuadost:idest in loco:unde pedibus possit euadere.¶ Horsum se capessit.In hanc partē se recipit.¶ In genua:in undas concipit.geniculata in undis est:ac genibus innixa dum ipsa.¶ Quod capessit.ad quod tēdit ut capiat.¶ Errōnis fecerit cōpendium.Desierit errare.hoc est periclitabitur.¶ De illarum ornatu:ut ornētur.¶ Vsuue: uel quod ad usum illarum ptineat.hoc est si illis inseruias:nō mihi curādum esse censeo:ut illis peas.i.obtemperes.

Desiluit,hæc autem altera in terram e scapha,
Vt præ timore in genua in undas concidit?
Saluast,euasit ex aqua,iam in litore est.
Sed dextrouorsum aduorsa it in malam crucem.
Hem errabit illæc hodie.Dæ.quid id refert tua?
Sc.Si ad saxum quod capessit,ea deorsum cadit,
Errationis fecerit compendium.
Dæ,Si tu de illarum cœnaturus sopparis.
Illas curandum censeo Scepario,
Si apud me esurus es,mihi dari operam uolo.
Sc.Bonū æquomq; oras.Dæ.sequere me hac ergo.Sc.sequor.

Palęmonis fabula

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ SVdū serenū dicunt:quasi semiudū Nonio:ut sit aer post pluuias serenus:& liqdus: Marcianus Capel. Aeria tēperies sudis tractibus renidebat.¶ Sudū ēt siccū quasi seudū.i.sine udo:auctor festus:nā eidē substillū tēpus est ante pluuiā pene & post pluniā nō per siccū qp iam stillaret:aut nōdum desiisset.Inde sudificus borras:sudū faciēs: Homerus αἰθρηγενέτην appellat.¶ Cultrū:culter sacrificiis necessarius:in quibus uictimæ:uñ cultrarii:uictimarii:& popæ:cultrū ergo secespitam clunaduūe dicemus illa a secādo:hoc a clunibus hostiarum diuidundis: uel qa ad clunes depēdet.¶ Aulā extarē.i.ollā qua exta coquātur.Exta ipsa dicta:qp ea diis psecētur:quæ maxime extant:eminētq; unde extispices haruspices dicti:qp exta spiciant:Haruspicium primus Delphus inuenit.¶ Nullus:pro non.¶ Palæmon:marinus deus:qui a nostris portūnus a portubus:qbus pręesse credit:Oui.in.iiii.meta.Leucotheaq; deū cum matre Palęmona dixit:& in.vi.fastoꝝ:Leucothea grais matuta uocabere nostris:importus nato ius erit omne tuo: Quē nos portūnū sua lingua palęmona dicet.Fest.Pōp.Portūnus qui & palęmon:a romanis iter deos colebat:&.M. Varro portūnalia inquit dicta a portūno:cui eo die ædes in portu Tiberino facta:& feriæ institutæ.¶ In Vadost. Dauus terētianus:ois res est iā in uado: Vbi Donatus in securitate ingt:nā ut in pfundo periculū est:ita in uado securitas est.puerbiale:In uado:in tuto.¶ Capessit se horsum huc uersus:ut leuorsum:dextrouorsum:& mille alia.¶ In genua:qđ dixerunt cōgenulare:hoc est genu replicato cadere:est & cōgenudare flecti genibus.¶ Ingeniculareq; igeniculus dictus:signū in cælo:Hercules genu nixus:quē græci engonasin:de quo Higinus Ouid.Malius: & Fermicus ἐγγονυάζω οι flecto genua.¶ Supparis:Suppaꝝ uestimētum puellare lineū: qđ & subucula.i.camysia dr:No.linteū fœmorale ad talos pēdens interpętatur:Sunt & suppara Lucano:Senecæ: & aliis inter nauium armamenta.

Sudum qđ sit

Culter qui dicatur

Palęmon q sit

In uado eē quid sit

Supparū quid sit

SARACENVS.

NImio:Palæstra uirgo in proximum littus eiecta iniquaȝ rerum sortem deplorat afflictim.¶ Impiaui:Impie egi. ¶ Herile scelus:lenonis scilicet: sub cuius fuerat potestate. ¶ Hic mihi eius opera:Subaudi opus est: uel adeēt.¶ Solis lo.Pro solitudie locoꝝ.

VALLA.

NImio hominum fortunæ.Palestra sua quęrit infortunia: aitq; minus miseras dici hominum fortūas q̄ re ipsa sint quid lenoni:quid sibi contigerit docens.¶ Nimio.i.ualde ex periundo.Cum uentum ad experientiam est.¶ Iis:pro ab his.¶ Hoc deo cōplacitum est:solent homines:cum rei causam ignorant:dicere ita deo placuisse: ut Virgil.& sic uisuȝ superis.¶ Ob pietatem præcipuam.Quæritur aduersum numina causam nesciens præteritorum:& iguara quorsuȝ hæc tendāt.

Hominum insania

Palestra mulier.

NImio pol hominū fortūæ minus miseræ memorantur,
Quam reaspe experiundo iis datur acerbum,hoc deo
complacitum est?
Me hoc ornatu ornatam i incertas regiones timidam,eiectā,
Errare?hanccinde ego partem capio ob pietatem præcipuā?
Nā hoc mihi haud laboris ē,laborē hūc potiri.si erga parētē,
Aut deos me impiaui,sed id si parte curaui,ut cauerem,
Tū hoc mihi idecore,iniq;,imodeste datis Di,nā qđ habebūt
Sibi igitur impii posthac,si ad hunc modum innoxiis est
Honor apud?nam me si sciam fecisse aut parenti scelestę,
Minus mei miserer,sed herile scelus me solicitat.
Eius me impietas male habet,nauē atq; oia perdidit in mari
Hæc bonorum ejus sunt reliquiæ,etiam quæ simul uecta mecū
Inscaphast,excidit,ego nūc sola sum,q̄ mihi si foret salua saltē
Labor leuior esset hic mihi eius opera,nūc quā spem,aut opē,
Aut cōsilii

Aut consilii quid capessam? ita hic solis locis compotica?
Hic saxa sunt, hic mare sonat, nec qsq̃ homo uenit mihi obuiã.
Hoc qđ iduta sũ, summæ opes oppido, nec cibo, nec loco tecta
Scio, q̃ mihi ẽ spes. q̃ uiuere uelis? nec loci sũ gnara (quo sim
Nec diu hic fui, saltem aliquem uelim, q ex his locis, mihi uiã,
Aut semitam monstret, ita nunc hac. an illac eam sum incerta
Cõsilii, nec ꝓpe usq̃ hic qđẽ cultũ agrũ cõspicor, algor,
Pauor, me oia tenẽt, hæc parẽtes mei haud uos scitis miseri,
Me nunc miseram esse, uti sum, libera ego fui prognata
Maxume, nequicq̃ fui, nunc qui minus seruio, q̃ serua
Nata, neq; quicq̃ unq̃ iis profui, qui me sibi eduxerunt.

¶ Haud laboriosi: non laboris est. ¶ Laborẽ hũc pati. Quo uagor. ¶ Impiaui: idest si impiam me patefecisse. ¶ Immodeste datis dii. præter modestiam. ¶ Fecisse: aut parasse: idest intra me cogitasse. ¶ Quæ simul uecta mecum: subaudi ampelischa. ¶ Quid capessam: interrogatiue legendum: ac si dicat nescio. ¶ Hic solis locis compotita. Compos facta sum huius solitudinis: ut hinc mihi saxa: hinc mare uideam: & nil aliud admodum. ¶ Summę opes oppido. opes inquit meę oẽs sunt quæ induta sum uestimenta. ¶ Algor: idest frigidus. quia algeo græce quidẽ significat doleo. latine frigeo. unde algor sicut nigreo nigror. tepeo tepor. rubor. ranceo rancor. albeo albor: & similia. Nã rubedo: nigredo: paledo: nullus dixit antiquorũ: cui fama rubedata sit eloquentiæ: sic enim barbari loquuntur. ¶ Nequicquam fui. frustra nata sum libera: cum nunc seruiam seruitutem. ¶ Qui me sibi eduxerunt nempe parentes.

¶ REAPSE: est re ipsa: pacuuius si non est ingratum reapse: quod feci: auctor Festus: Ipsi pe ipsi neq; alii. ¶ Impiaui me. impius furi me impium præstiti: impuraui maculaui: Apuleius. Cruore humano aspersum: atq; impiatũ. ¶ Eduxerunt: pro educauerunt. Exanimalis plauto in Bacchidibus dicitur exanimatus mortuus: Curę uero exanimales ab effectu: quæ exanimant: quæ ad mortem trahunt. Curæ cor urunt: eduntq; unde nomen: festus.

VGOLETVS ET GRAPA.

Ampelisca. Palæstra mulieres duæ.

Quid mihi melius est? qđ magis i rẽ est meã, q̃ corpe
Vitam secludam, ita male uiuo, ita multæ in pectore
Sũt curæ exaiales, dein uitæ haud parco, spẽ ꝑdidi.
Omnia iã circũcursaui, atq; in latebris omnibus
Perreptaui quærere conseruam, uoce, oculis, auribus,
Vt peruestigarem, neq; eam usq̃ inuenio, neq; quo eam,
Neq; qua quæram consultust, neq; quem rogẽ queq̃ intetea
Inuenio, neq; magis solæ terræ sunt, q̃ hæc loca
Atq; hæ regiones, neq; si uiuit, uiuam nunq̃ eam
Quin iueniã, desistã. Pa. q̃ nam uox mihi prope hic sonat?
Am. ꝑtiui, qs hic loqt̃ ꝓpe? Pa. spes bõa obsecro subuẽta mihi.
Am. Mulier est, muliebris uox mihi ad aures uenit. Pa. exime
Hoc miserã metu. Am. certo uox mliebris aureis tetigit meas.
Pa. Num Ampelisca est obsecro? Am. ten Palæstra audio? Pa. quin uoco, ut me audiat
Noie illã suo? ãpelisca. am. hẽ qs ẽ? Pa. ego Pa. am. dic ubi es?
Pa. Pol ego nũc in malis plurimis. Am. socia sum, nec minor
Pars meast, q̃ tua, sed uiuer̃ expecto te. P. mihi es æmlã. (dulo.
A. ɔseq̃mur gradu uocẽ. ubi es? Pa. ecce me, adi cõtra. am. fit se
Pa. Cedo manũ. Am. accipe. Pa. dic, uiuis ne obsecro? Am. tu facis me quidem,
Vt uiuere nunc uelim, quando mihi te licet tangere.
Vt uix mihi credo, ego hoc te tener̃ obsecro, amplectere spes
Vt me omnium iam laborũ leuas. Pa. occupas præloq, (mea.
Quæ mea est potius oratio, nunc abire hinc nos decet.
Am. Quo amabo ibimus? Pa. litus hoc persequamur. Am. sequor quo lubet, siccine hic
Cũ uuida ueste grassabimur? hoc qđ est, id necessariũ ẽ ꝑpeti,
Sed quid hoc obsecro est? Pa. quid? Am. uiden amabo phanũ, uides ne hoc? Pa. ubi est?

Quid mihi: Puella altera: & ipsa naufragio liberata conqueritur fortũas suas: q pa læstram consociam amiserit: nescia q illa maris sequitiã euasisset. ¶ Dent uitę: scilicet exitũ. ¶ Cũ ui. a ueste: Legas cũ uuida ueste.

SARACENVS.

Quid mihi melius est. Ampelisca pariter fortũas suas q̃ritur: quoad tandem ex uoce: tum sua: tũ illius cognitæ inter se copulantur: ac sese consolãtur. ¶ Magis in re; est. est utilius. ¶ Vitam secludam. mihi morte; consciscã. ¶ Curæ exanimales: quę animam eripiant. ¶ Demant uitã: auferant. ¶ Percepta ui. Iteratiuũ a percipio. ¶ Quęrere conseruam. Ad quærendam palęstram. ¶ Consultunst: idest prouisum est. ¶ Neq; magis solæ: idest solitares: hoc est: quæ longe absunt a temperie: quemadmodũ in torrida zona: & frigidissima. ¶ Subuẽta mihi. Iteratiuũ est a subuenio. ¶ Mihi es ęmula. Idem ego cupio. ¶ Vix mihi credo. ea mihi lętitia est ex te inuenta: ut uix mihi credam te tangere. ¶ Occupas pręloqui: quod ego uolebam: tu loqueris. ¶ Littus hoc persequamur. Cõtinuatim ꝓcedamus. ¶ Cum uuida ueste grauabimur: idest madefacta grauabimur excruciabimur. ¶ Ex hac ęrũna eximat: e tanto labore eripiant.

VALLA.

Percepto ũn ueniat

¶ EX bona spe euentus sępe bonus: a subuenio subuento recte formatur: unde subuentor: & subuentrix. ¶ Grassabimur: gradiemur iter facieus: nota significatio uerbi: unde obgrassari ut dictũ ẽ. Italicꝰ: grassãdũ ad clara piclis: grassari ãt dñr latrões uias obsidẽtes: q hodidoci: at ueterib? grassari ꝑ adulari positum: Festus.

VGOLETVS ET GRAPA. Subuenta Grassari quid

Am. Ad dexteram uideo, decorum locum diis uiderier,
Pa. Haud lõge abesse oportet hoies hic, ita hic lepidust loc'.
Est deus, ueneror, ut nos ex hac erumna eximat miseras,
Inopeis, erumnosas, aut aliquo auxilio ut adiuuet.

Sacerdos & Eædem mulieres.

Vi sũt, q a patrõa p̃ces mea expetẽtes sũt, nã uox me
Præcantum huc foras excitauit, bonam atq; obsequentem deam, atq; haud grauatam
Patronã exequont', benignãq; multũ. pa. iubemus te saluere
Mater. Sa. saluete puellæ, sed unde ire uos cũ uuida ueste dicã
Obsecro tam mestiter uestitas? pa. illico nos hinc imus
Haud longule ex hoc loco, uerum longe hinc abest, uñ uectæ
Sumus. Sa. nẽpe equo ligneo per uias cæruleas estis uectæ,
Pa. admodũ. S. ergo uos æqus erat cãdidatas uẽir, hostiatasq;
Ad hoc phanũ, ad istũc modũ nõ ueniri solet. pa. q̃ nũc eiectæ
E mari sumus ambæ, obsecro uñ nos hostias ageř uoluisti huc?
Nũc tibi amplectimur genua egẽtes opum, q in locis nescitis
Nescia spe sumus, ut tuo recipias tecto, seruesq; nos.
Miseriarumq; ambarum te obsecramus uti misereat,
Quibus nec locus ullus nec spes parata est, neq; hoc amplius q̃
Q đ uides, nobis qcquast. Sa. mãus mihi date, exurgite ambæ
A genibus, misericordior nulla est me fœminarum.
Sed hæ pauperes sunt, inopesq; puellæ, egomet uix colo uitã.
Veneri cibo meo seruio. Am. ueneris phanũ obsecro hoc est?
Sa. Fateor, ego huius sacerdos clueo, uerũ quicquid fuerit
Comiter fiet a me, quo non copia ualebit, ite hac mecum.
Pa. Amice benigneq; honorẽ mř nostrũ habes. Sa. oportet.

SECVNDVS ACTVS.

Piscatores.

Mnibus modis qui paupes sunt, hoies miseri uiuont.
Præsertim qbus nec qstus est, nec artẽ didicere ullam.
Necessitate qcquid est domi, id sat est habendum.
Nos iã de ornatu p̃pemodũ ut locupletes sim', scitis,
Hi schœni. n. atq; hæ harũ dines sunt nobis quæstu & cultu.
Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitu
Gymnastico, & palestrico, hoc habemus, echinos, lopadas.
Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam,
Musculos, plagusias, striatas, post id hamatilem piscatum,
Et saxatilem aggredimur, captamus cibum e mari, si euentus
Non uenit, neq; quicq̃ captum est piscium, salsi, lautiq;
Domum redimus clanculum, dormimus incœnati.
Atq; ut nunc ualide fluctuat mare, nulla nobis spes est.
Nisi quod concharum capsimus, incœnati sumus. profecto
Nũc uenerẽ hãc uenereũr bonã, ut nos lepide adiuuerit hodie

SARA CENVS.

Vi sunt: Tẽpli sacerdos cũ forte mulierculas cõspexisset: illis occurrit: rata illas i templo sacrificaturas: hæc enim mulier erat: ideo hic & hæc sacerdos dicit: ut hic & hæc abbas & princeps: & dux: non autẽ abbatissam principissam: & sacerdotissam: ut non nulloru; imperitia usurpauit. ¶ Equo ligneo: Idest naui: uias quoq; ceruleas: mař. ¶ Clueo: sũ: ut sępe alias

VALLA.

Vi sunt. Audiens sacerdos ueneris forium pulsationẽ procedit ultro. Cũq; puellas ad se uẽtitasse cognouit comiter: & benigne eas excipit. ¶ A patrona. i. uenere. ¶ Expetẽtes sunt: p ex petũt aticismos. ¶ Haud grauatã: qm̃ stella ueneris obtẽperatam complexionẽ benignos hoies facere credit. ¶ Ta; mœstiter: ut humaniter: ita mœstiter dixerunt ueteres. ¶ Haud lõgule: non hinc admodum longe: est enim ab aduerbio longe diminutiuum. ¶ Equo ligneo: naui. ¶ Per uias cæruleas: p mař coloris cærulei. ¶ Candidatas uenire: idest cãdidam uestẽ indutas. ¶ Hostiatasq;. i. hostiis comitas ad imolandu; ueneri. ¶ Locis nesciis. Actiue ergo: & passiue nescius. Locus eni; nescius: qa nescitur. & homo nescius: qui nescit. Miseraru; quæso ambarũ: nostrum in quã. ¶ Vix uita; colo: uix uiuo. ¶ Huius phãi sacerdos clueor. dicor: cẽseor. ¶ Quicqd ẽ: subaudi i me ẽ facultatis.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ MOEstiter: mœste: cũ mœstitudie: mœstitiaue ex Nonio: Equo ligneo: naue: scapha lignea per mare: qđ ceruleũ a colore dicit poetis: Hostiatas cu; hostiis: cu; uictimis: Veneri: thure: & floribus sacrificatur: sed in cypro: meminit Virg. hostia Veneris p̃cipua habet torquata columba. ¶ Genua hois gẽibus qda; & religio inest obseruatione gentiũ: hæc supplices attingũt: ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant. Plinius. ¶ Scimus scitis ex codici. antiquis. ¶ Hi scœni enim metri necessitate: & sensus cõcinnitate. hoc est: hi iunci: siue hi funes: sunt & diuitiæ nostræ & ornatus nostri.

Genuũ p̃prietas

SARA CENVS.

Mnibus modis: hęc fere comœdia uniuersa quęrimonias cõtinet: lamẽtantur piscatores: q̃ p̃pter suborta; tẽpestate;: & undosum mare: nihil potuerint nocte illa pisciũ uenari: saltẽ q satis uictui suppeteret. ¶ His cœnam: Per ea: quę sequunř (nã ista nullũ afferunt intellectũ) ita legi existimo hi schœni. i. iunci: ex qbus marinæ nassæ fiũt: græci: uocant oxischœnõ: acutũ iuncũ. ¶ Echinos: est echinus piscis marinus hirsutus ad similitudinẽ spoliorũ castaneaꝝ spinis pro pedibus utens: uulgo riciũ uocant. ¶ Lopadas: quæ sunt ex gñe marinaꝝ cõchaꝝ: quaꝝ nũc plura gñã cõmemorat. ¶ Marinã urticã: Quã ponit Arist. inter gñã marinoꝝ pisciũ sensum habẽtiũ: nã cõtactę contrahunt sese: piscis est carnosæ frõdis: eius natura est ut carne uescať & p̃natante pisciculo frõdẽ suã spargit: cõplectẽsq; deuorat: dum admoueri sibi manũ sentit: colorẽ mutat: & ut Plinius refert urticæ sunt de genere eorum: qui nec aialia: nec frutices: sed tertiam ex utroq; naturam habent: ut sunt etiam spongię. ¶ Striatas: ut leuigatas: Plinius: cõchis leuibus

Echinus q dicatur

leuibus ſtriatis dixit. ¶ Hamatilem: aut ſaxatilem: Piſces enim: & retibus: & hamis capiuntur: uel manibus pręhenduntur e ſaxis: ut conchę cochleę: dactyli: & huiuſmodi alia concharum genera.

VALLA.

Omnibus modis qui pauperes ſunt. Piſcatores ſuam quęruntur inopiam: quodq; piſcium nihil admodu; cœperint: cum tamen plurimum inſudarint: uniq; huic rei ſtuduerint. ¶ Id ſat eſt habendum, quia ita cogit neceſſitas. ¶ Hi ſchęni: ideſt funiculi, nam ſchęnus funis. ¶ Sũt nobis quęſtu: & cultu: ideſt noſtrũ hinc nos habemus lucrum: & hinc unde colamur. ¶ Prodimus pabulatum. Tranſlatio ſumpta eſt a militaribus ſeruis: qui mittuntur pabulatum. ¶ Pro exercitu gymnaſtico: ideſt pro multitudine ea: quę in gymnaſiis ſeſe exercet. ¶ Paleſtricum hoc habemus: ideſt paleſtis accomodatum. ¶ Echinos: echinus animal aquaticũ hirſucum: in thecę caſtanee modum, de hoc Mar. Ille licet digitos teſtudine pungat acuta: Cortice depoſito mollis echinus erit: ſaxa petit, inter quę ſe locat: ne a fluctibus iactetur: hic tempeſtates metuẽs: & ne ſcopulis illidatur cauet. qđ & Opianus ubi de natura piſcium. Eſt & echinus caſtanearum theca tunica: in quã illa: quę undiq; compũgentibus conſurgit ſpinis. Plinius nuces uocamus: & caſtaneas: q̃q̃ accõmodatiores glandium generi armatum his echinato cortice uallum: eſt & echinus uas: ut apud Hora. Aſtat echinus uillis cum patera guttus: Cãpana ſupellex. Echinus ẽt ciuitas fuit: cuius demoſthenes in philippicis meminit. & Cice. in Arato. Vt quondã orion manibus uiolaſſe dianam: Dicitur excelſis errans in collibus amens. Quos tenet ęgeo defixa in gurgite echinus. eſt etiam apud Nicandru; echinus uentris pars. Echeneis uero ſicut Plini. etiam docet piſcis naturę incredibilis: cum enim nauibus hęſerit: ut cũq; uenti incubuerint mari: & ab imo exęſtuet fundo pelagus: imobiles tamen eam firmat. hinc Luca. Nõ pupim retinens euro tundente rudentes. In mediis echinus aquis. ¶ Lopadas: piſces ita nominatos ob ollę ſimilitudinem: quę a gręcis lopas dicitur. Aut conchas marinas: ut interprętatur No. apud Plau. in paraſito: eſt & lopas etiã ueſtis: quę & lope dicitur. ¶ Balanos: quod glandis faciem habeant. balanus enĩ; a gręcis a noſtris glans: unde & myrabolanõ: & balaninum unguentum: q̃q̃ appellatione balani: ſicut & appellatione glandis fructus medios dicimus inter poma & nuces: cuiuſmodi ſunt caſtaneę: quę nec corticis admodum teneri: ut poma: nec duri admodũ: ut iuglandes. ¶ Cõchas: appellatione concharum intelligimus piſces in cruſtis illis contentos quę duriſſimę ſunt: proprie tamẽ puſillę: & concha unde tubę fiunt: unde & nomen habent: ut perſonat ęquora concha. Nam cõchus: quo cato utitur uerbo: uas culinarium eſt. Conchis autem fabę ſpecies Iuuena. Cuius aceto cuius conche tumes: cuius diminutiuum conchicula: ut tam neſtus fuſtus ad aſinium pollionẽ: q̃ Priſcianus docet. ¶ Marinã urticã: hęc ut ſpõgia media eſt inter animal & ſtirpem: ideo utraq; a gręcis dicitur zohophitũ: quia zohon animal: & phyton ſtirps: nã radicibus utraq; figitur in pelago: & ſi propius accedas ſeſe comprimit. ¶ Muſculos piſces a muru; ſimilitudine dictos. ¶ Plaguſias: quia in obliquu; cedunt. Plagion enim obliquum dicitur. ¶ Striatas: a ſtrigoſitate dictas. ¶ Piſcatum hamatilem: qui ex hamo fit. ¶ Et Saxatilem: qui inter ſaxa. ¶ Si euentus: ideſt fortunę caſus non ſuccurrit. ¶ Valide fluctuat: ideſt ęſtuat fluctu pelagus. Caſſimus: cęperimus.

Schenus quid ſit.

Conchę q̃ ſint

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ PABVlatum uerbum eſt in primis caſtrenſe: militare ue: Vnde pabulatores: Gymnaſtico metaphoricos inde paleſtricum ſubiunxit, quod eſt ex uſu paleſtrę Nonio: quid alii ſentiant noſtrum non eſt damnare. ¶ Baiano: ſcio Baiana oſtea ut optima iudicata: uerum an baiano legendum ſit: non decido: de piſcium generibus Ariſtoteles: Opianus: Varro, Plinius: innumeri: & nos quoq; paucula quędam in libro de partibus ędium: ubi ſtriatas columnas: cõcham: & frontem intelliges cur dixerint Victruuius: Plinius: Apuleius. ¶ Lauti loti alias in epulis magnifici: ut lautia epularum magnificentia a lauatione: nam lauticia Feſto farina appellatur ex tritico aqua conſperſo: & lautulę locus extra urbem: quo loco: quia aqua fluebat: lauandi uſum exercebant.

Baiana oſtrea

Trachalio ſeruus. & Eidem.

Animo aduorſaui ſedulo, ne heru; uſq̃ p̃terirem.
Nam cũ modo exibat foras, ad portum ſe aiebat ire.
Me huc obuiã iuſſit ſibi uenire ad ueneris phanum,
Sed quos pcõter cõmode eos quos uid̃o aſtar̃, adibo.
Saluete fures maritumi, conchitę atq; hamiotę,
Famelica hominum natio, quid agitis, ut peritis?
Pi. Vt piſcatorem ęquom eſt, fame, ſitiq;, ſpeq;.
Tr. Ecquẽ uos adoleſcentẽ ĩgenuum huc ire, dũ hic aſtatis,
Strenua facie, rubicundum, mediocri ſtatura, fortem,
Qui tres duceret chlamydatos cũ machęriis uidiſtis?
Pi. Nullũ iſtac facie, ut prędicas, ueniſſe huc ſcimus. Tr. ecquẽ
Recaluom, ac ſilonem ſenem ſtatutum, uentrioſum.
Tortis, ſuperciliis, contracta fronte, fraudulentum,
Deũ odiũ, atq; hoium, malũ, mali uitii, probriq; plenum,
Qui mulierculas duceret duas ſecum ſatis uenuſtas?
Pi. Cũ iſtiuſmodi uirtutibus, operiſq; natus qui ſit,
Eum ad carnuficem eſt ęquius, q̃ ad Venerem cõmeare,
Tr. at ſi uidiſtis, dicite. Pi. huc profecto nullus uenit,

SARACENVS.

Animo: Trachalio pleuſidippi ſeruus: dum herum quęritat: incidit in piſcatores. ¶ Vt peritis: Nõ dixit: ut uiuitis: quia eos famelicos nominauit. ¶ Ecquem recaluum: ac ſilonem: De lenone percontatur: ſi dones dicti ſuperciliis prominentibus q̃ ſilenus hirſutis ſuperciliis fingeret: ut notat Varro.

VALLA.

Animo aduerſaui ſędulo. pleuſidippi ſeruus trachalio: quid cum ſuo domino egerit conſilii docet. inde piſcatores percunctantur dominum ſuum deſcribẽdo: an uiderint num etiam lenone; eſt pariter deſcribendo negant illi. Itaq; ſollicitudine quid agat incertus eſt. ¶ Animo aduerſaui. Subaudi meo: q alioqui contra herum ſentiebat. Aduerſo autem: & aduerſor dicimus i eadem ſignificatione. ¶ Ne heru; uſquã prętererem. ne ab heri pręceptis diſcederem. ¶ Saluete fures maritimi: ideſt piſcatores: qui maris bona diripitis. ¶ Conchitę: q̃ conchas legitis. ¶ Hamiotę: qui hamo captatis piſces. ¶ Fa

Vale. Tr. ualete, credidi factum, est, quod suspicabar.
Data uerba hero sunt, leno abiit scælestus exulatum.
In nauem ascendit, mulieres auexit, hariolus sum.
Is huc herum etiam ad prandium uocauit, sceleris semen.
Nunqd mihi meliust, q̃ illico hic opperiar heꝝ dum ueniat?
Eadem, hanc sacerdotem ueneream, siquid amplius scit,
Si uidero, exquisiuero, faciet me certiorem,

Recaluus qui dicat

'ilones q sint

melica hominuꝫ natio: qui nunq̃ satu riestis. ¶ Vt peritis. Quo periculo: & cruciatu in morteꝫ deducimini. ¶ Recaluuꝫ: in postrema parte caluũ. ¶ Ac silonem. silus inqui Festus appellatur nasus sursum uersus & repandus: unde galeæ quoqꝫ a similitudine silæ dicebatur. Noni. Silones superciliis prominentibus dicti: manifesta significatione: nomen non unum scibunt eẽ grãdibus superciliis silonem quadratum: ꝙ silenus hirsutis superciliis fingeret: nam silanos: quos alii tullos: alii riuos: alii uehemẽtes proiectores dixere sanguinis medici arcuatim fluentis: ut multi aquarum ductus. Ennius. Sanguine tepido tulli effluantes euolant Celsus in. iii. Confert etiam aliquid ad somnum silanus iuxta cadens. ¶ Statutum: idest fœtidum a standi perpetuitate: nisi mauis a statuta deduci: idest statutosum: quo uerbo utitur Augustinus. ¶ Cuꝫ istiusmodi uirtutibus. Ironia: quæ dissimulatio dicitur a latinis. ¶ Hariolus sum: diuinaui. ¶ Sceleris sæmen: idest origo scelerum.

VGOLETVS ET GRAPA.

Hamiotę q

¶ CONchitæ concharum piscatum exercentes: quarum plura habentur genera Plinio: & aliis. ¶ Hamiotæ ab hamis piscatores hamiotas Varro in bimarco uoluit appellari cohortis cocorum: atqꝫ hamiotarum: aucupiiqꝫ: festus etiam Hamotrahones ab hamatili piscatu: de quo paulo ante. ¶ Silonem. Plinius: non alii animaliuꝫ nares eminẽt: auibus: serpentibus: piscibus foramina tantum ad olfactus sine naribus: & hinc cognomina Simorum Silonum Festus. Silus inquit appellatur nasus sursum uersus repandus: unde galeæ quoqꝫ a similitudine silæ dictæ sunt. ¶ Superciliis tortis. quibus supercilia sunt iuxta nasum flexa: austeri: quibus iuxta tempora inflexa: derisores: Nonius silones interpretatur: quibus eminent: Fortunatianus: obseruabo supercilia: cur ita? quoniam his multum agitur: nã & oculos formant & fronti imperant: his enim uultus: & cõtrahitur: & attollitur & remittitur: Plinius supcilia homini: & pariter: & alterne: & i iis pars animi: negamus an annuimus hęc maxime indicant: fastus superbia aliubi conceptaculum: sed hic sedem habet.

Statutũ uñ

¶ Statutum a statu: non a statura deductum: licet hæc ad habitudinem ille adhabitum referatur: ut sentit Donatus. ¶ Ventriosum: uentricosum: pãticosum.

SARACENVS.

INtelligo: responsio est ampelisçę mulieris ad sacerdotem ueneriam: quæ illam iusserat: e uilla proxima aquam haurire. ¶ Cuius ad auris uox. Loquitur trachalio. ¶ Calator: seruus dicitur: qui semper ad necessitatem seruitutis uocari potest: a potu calãdo: idest a uocando.

Calator q dicatur

VALLA.

INtelligo hanc: quæ proxima est. a sacerdote ueneris missa mulier ampelisca ad dæmonis domum: ut aquã caperet trachalioni seruo pleusidippi fit obuia: ubi quod euenerat: fit palaꝫ. prima sunt uerba ad sacerdotem ueneris: a qua missa aquatũ fuerat. ¶ Cuius ad auris. hic loquitur trachalio.

Calo quid

¶ Calator pleusidippi. Internuncius. calo enim uoco significat. ¶ Haud mala: ego inquit: quæ non mala: male ętatem: subaudi ago.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ CONspicio ex codicibus antiquis. Calator. Seruus: ut iam dictum est: a calando. ¶ Trachalio. Trachali appellantur muricis purpuræ supiores partes: uñ ariminẽses maritimi homines cognomen traxerũt trachali: Trachin asperum uocant gręci: unde trachoma scabricia palpebrarũ iterior.



Ampelisca Mulier. Trachalio seruus.

INtellego, hanc, quæ proxima est, uillam pulsare iussisti.
Atqꝫ aq̃ rogare. Tr. quoius ad aureis uox mihi aduolauit?
Am. Obsecro quis hic loquitur? Tr. quem ego uideo? est ne hæc Ampelisca,
Quæ foras e phano egreditur? Ampeli. est ne hic trachalio, quem conspicio,
Calator Pleusidippi? Tr. ea est. Am. is est. Trachalio salue.
Tracha. Salue Ampelisca. am. quid agis tu? Tra. ætatem haud malam male.
Am. Melius ominare, uerum omnes sapientes decet conferre,
Et fabulari, sed Pleusidippus tuus herus ubi amabo est?

Tr. Eia

Tr. Eia uero, quasi non sit intus. Am. neq; pol est, neq; ullus
Huc quidem uenit. Tr. nõ uenit? Am. uera pdicas. Tr. nõ ẽ meũ
Ampelisca, sed q̃ mox coctũ ẽ prandiũ? Am. quod obsecro te?
Tr. Nempe rem diuinã facitis hic? Am. quid somnias amabo?
Tr. Certe huc Labrax leno Pleusidippum ad prandiũ uocauit
Herum meum, herus uoster. Am. pol haud miranda facta dicis.
Si deos decepit, & homines, lenonum more fecit.
Tr. Non rem diuinã facitis hic uos, neq; herus? Am. hariolare.
Tr. Quid tu agis hic igit'? Am ex malis multis, metuq; summo.
Capitaliq; ex periculo, orbas auxiliiq; opumq;
Recepit huc ad se hæc sacerdos ueneria me, & palæstram.
Tr. An hic Palæstrast obsero, heri mei amica? Am. certo. Tr.
Lepos ĩ nũcio tuo magn' mea Ampelisca, sed istuc piclũ (inest
Perlubet quod fuerit uobis, scire.
Am. Confracta mi Trachalio est hac nocte nauis nobis.
Tr. Quid nauis? quæ istæc fabula est? Am. nõ audiuisti amabo,
Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre uoluit
In siciliam, & quicquid domi fuit, imposuit in nauim,
Ea nunc perierunt omnia. Tr. oh Neptũne lepide salue
Nec te aleator ullus est sapientior, profecto
Nimis lepide iecisti bolum, periurum perdidisti.
Sed nunc ubi est leno Labrax? am. perit potando opinor.
Neptũnus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.
Credo hercle annãdo ei datũ, quod biberet. Tr. ut ego amo te
Mea ampelisca, ut dulcis es, ut mihi mulsa dicta dicis,
Sed tu & Palæstra quo modo saluæ estis? am. scibis faxo.
E naui timidæ ambæ in scapham insiluimus, quia uidemus
Ad saxa nauem ferrier, properans exolui restim,
Dum illi timent, nos cum scapha tempestas dextrouorsum
Differ, ab illis itaq; nos uentisq; fluctibusq;
Iactatæ exemplis plurimis miseræ, perpetuam noctem.
Vix hodie ad litus pertulit nos uentus exanimatas.
Tr. Noui Neptũnus ita solet q̃ uis fastidiosus
Aedilis est, siquæ improbe sunt merces, iactat omneis.
Am. Væ capiti, atq; ætati tuæ. Tr. tuo mea Ampelisca.
Sciui lenonem facere ego hoc, quod fecit, sæpe dixi.
Capillum promittam optimust, occipiamq; hariolari.
Am. Cauistis ergo tu, atq; herus, ne abiret, cum scibatis
Tr. qd faceret? am si illã amabat, rogas qd facẽt? aut seruaret
Dies noctesq; in custodia esset semper, uerum ecastor
Vt multi fecit, ita probe curauit Pleusidippus.
Tr. Cur tu istuc dicis? am. res palã est. tr. scin tu? ẽt q it lauatũ
In balineas, ibi cum sedulo sua uestimenta seruat.
Tamen surripiuntur, quippe qui, quem illorũ obseruet, falsust.
Fur facile quem obseruat, uidet, custos qui fur sit, nescit.
Sed duce me ad illã, ubi ẽ? am. i sane ĩ Veneris phanũ huc ĩtro.
Sedentem flentemq; opprimes. tr. ut iam istuc mihi molestust.
Sed quid flet? am. ego dicam tibi hoc sese illa ex cruciat animi,
Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat, ubiq; habebat,
Qui suos parenteis noscere posset, ueretur ne perierit.

SARACENVS.

¶ QVASi nõ sit intus: opinabatur inuitatum a lenone pleusidippũ ibi cœnaturum. ¶ An an: eiusuocem ex præssit: qui aquis o bruitur. ¶ Aedilis: per iocosam metaphoram dictũ est: nam ædiles pꝫerant uẽdẽdis mercib9. ¶ Promittã capillũ: Ad magnitudinẽ. s. nutriẽdo. ¶ In uidulũ: Qui ex corio sacculus est. ¶ Nunc memora illis ipera hinc aquã: Verba sunt ad se ipsam tãq̃ in memoriã redierit missam fuisse ad hauriendam aquã e proximo uicino puteo: sensus satis perspicuus est: & si forte nõ nihil sub intelligi deberi arbitremur.

VALLA.

¶ SED quã mox coctũ est prãdiũ: putauit trachalio falsum responderi: ideo interrogat q̃ mox coctum sit prandiũ qđ leno coquendũ dixerat. ¶ Capitaliq; ex piculo. uitæ: in quo fuimus periculo. ¶ Orbas: priuatas. ¶ Nec te aleator ullus ẽ sapiẽtior: qa in alea tua excipis nauigãtes: ide subducis qcqd hñt. ¶ Lepide iecisti bolũ. bolus iactus est: qa ballo iacio. tã eñi qui ĩ alea lusitãt: dũ talos iaciũt: spẽ lucri habẽt: q̃ qui in pelagus ræte iaciunt spem capiendoꝝ pisciũ hñt. ¶ Periurũ: subaudi lenonem. ¶ Ante ei datũ qđ biberet. i. ppinatũ: qđ potaret. ¶ Vẽtisq;: fluctibusq; iactatæ. Vẽtis supra aquas fluctibus subter. ¶ Exemplis plurimis: multis modis. ¶ Noui: hoc separati interpũctimq; legẽdũ. ¶ Quãuis fastidiosus: quãtũcunq; supbus. ¶ Aedilis ẽst. nã ędiles mercibus pꝫerãt ĩ urbẽ cõuehẽdis: sed putidas merces pſerti edulia nõ ãmittebãt. ¶ Væ capiti: atq; ętati tuę: hoc in trachalionẽ dicit ãpelisca: qđ dixerit neptunũ improbas iactare merces lenonẽ ĩtelligẽs. At qa ipsę quoq; mulieres iactatę fuerint in se dici putauit ampelisca. ¶ Tun o mea ampelisca. An tu inqt in me tã atrociter loqueris. ¶ Capillũ pmittã optimũst: prophetæ. n. ac diuini hoies: nõ attõdent barbã: aut capillos. sed sinũt excrescerẽ: ut maior fides adhibeaẽ: aut qđ tonsurã negligãt. Capillum ergo promittã. i. sinã excrescere: pmittere enim præter pollicendi significationem. significat pilos longius abire sinere. Liuius: coniecto in carcerẽ mãlio satis constat magnam partẽ plæbis uestem mutasse: multos mortales capillum: ac barbã promisisse. ¶ Cauistis: interrogatiue legendum est: hoc est capere oportuit. ¶ Quid faceret. quid facere potuerat. ¶ Vt multi: subaudi solent. Falsus est: quia non aduertit deceptus est. ¶ Excruciat animi: & animi: & animo extrũcio dicimus. ¶ Eã: subaudi cistulã cũ crepũdiis. ¶ Abiisse pessum: fundũ

Bolus quid sit

Aedilium munus

Promittere quid sit

Tr. Vbi nam ea fuit cistellula? Am. ibidem in naui cõclusit ipse
In uidulum, ne copia esset eius. Tr. o facinus impudicum,
Quam liberam esse oporteat, seruire postulare.
Am. Nunc eam cum naui scilicet abiisse pessumum in altum.
Et aurum & argentum fuit lenonis ibidem, credo
Aliquem immersisse se, atq; eum excæpisse, id misera mœstast,
Sibi eorum uenisse inopiam. Tr. iam istoc magis usus factost,
Næ eam intro, consulercq; eam, ne se sic excruciet animi,
Nam multa præter spem, scio multis bona euenisse.
Am. At ego etiam qui sperauerint, spem decepisse multos.
Tr. Ergo animus æquos optumum est, ærumnæ condimentum,
Ego eo intro, nisi quid uis. Am. eas, ego, quod mihi imperauit
Sacerdos, id faciam, atq; aquam hinc de proxumo rogabo,
Nam extemplo illos, ut uerbis suis peterem, daturos dixit,
Neq; digniorem censeo uidisse anum me quenquam,
Quoi deos, atq; homines censeam benefacere magis decere,
Vt lepide, ut liberaliter, ut honeste, atq; haud grauate
Timidas, egentes, uuidas, eiectas, exanimatas
Accepit ad sese, haud secus q̃ si ex se simus natæ.
Vt eapse succincta nobis aquam calefactat, ut lauemus.
Nũc me moror, ibo atq; rogabo hinc aq̃ unde mihi imperauit.
Heus ecquis in uillast? ecquis recludit? ecquis prodit?

maris petiisse. ¶ Magis usus facto ẽ magis opus est: ut faciã nẽpe: ut consoler. ¶ Aerũnæ cõdimentũ: ut animi æqualitas nil sibi promittat: nisi qd in sua potestate positũ est: nẽpe in aĩa: nã externa & corporis bona ludibris fortunæ subiecta sapiens sibi nõ promiserit. ¶ Si ut uerbis suis peterem. si inquit poscerem aquã uerbis sacerdotis: dixit ipsa fore: ut daretur. ¶ Succincta subfarcinata.

VGOLETVS ET GRAPA. Aleator q dicatur

¶ ALEAtor: Aleatores qui & aleones alea ludẽtes: collusores quoi fuerit horoscopus in undecima parte libræ: is erit aleator publicus: iactus ĩ alea: uel lucrosus est: uel dãnosus: de bolo autẽ in superioribus diximus. ¶ Mulsa dicta dulcia melle condita mire placentia: ut mellita. ¶ Aedilis est.

Aedilium murus

Aediles curabãt mẽsuras: pondera iniqua: merces: esculẽta: annonã ad uictum faciẽtia: ex Persio: Liuio: Iuuenale: Apuleio: Cicerone: Dionysio iurescõsultis: Plauto ipso: & innumeris: Vnde agoranomi græcis dicti: q uenalibus in foro legẽ darent: nam iidẽ fere agoranomi grçcis: qui ædiles nostris: Ludos quoq; publicos exhibebant: & demum tota urbs tuẽda illis erat cõmissa: ut tradit Cice. in Verrinis.

Promitto unde

¶ Promittã: porro mittã: crescere sinam: promissum capillũ dicimus longũ: & barba ꝓmissa: uelut porro missa: Festus. ¶ Falsus est nescit: & ideo usu receptũ: ut uestimenta loturi seruanda traderẽt balneatori: Vlp. de off. præfecti uigil. Capsarius: qui mercede in balneis seruanda uestimenta suscipit: & apodyteria: quæ spoliatoria ad hoc ædificata sunt: testatur paulus iurecõsultus: furta in balneis cõmitti solita: scribens ꝑfectũ uigilũ iudicẽ cõstitutũ ad uersus capsarios uestiũ custodes in balneis: sunt & balnearii fures Vlpiano. ¶ Immersisse: imergẽtes se in aqs urinatores dicunt a uerbo urinare callistrato iurecõsulto. M. Varroni: uñ urneę ad aquã hauriendã & urinatrices aues recte dicent: q̃ se sub aquis mergũt & mox emergũt q̃les anates: mergi. fulicę: gauiæ: & id genus aliæ: Cicero in academicis. siquãdo. n. nos demersimus: ut q urinant: aut nihil superũ: aut obscure admodũ cernimus. Eapse: ex codi. antiqs. ¶ Cõdimẽtũ: cõdita q̃ austera fuerãt: reddunt submitia a uerbo aũt cõdio quarti ordinis: cõdimentũ cõditurã sciũt oẽs: qđ (ut dici assolet) bõa meliora facit: at mala minus mala.

Vrinatores qui

Sceparío seruus. Ampelisca mulier.

Q Vis est qui tam proterue foribus facit iniuriam?
Am. Ego sũ. Sc. hem qd hoc bõi ẽ? heu ædepol lepida mulier.
Am. salue adolescẽs. Sc. tu mltũ salueto adolescẽtula.
Am. Ad uos uenio. Sc. accipiam hospitio, si mox ueneris, item
Vt affectam amplectar. Am. nã nũc nihil est, qui te maneam.
Sc. Sed quid ais mea lepida hilara? am. ah nimium familiariter
Me attrectas. Sc. ph Di ĩmortales, Veneris effigia hæc qdẽ ẽ.
Vt in ocellis hilaritudo? eia corpus quoiusmodi
Subuolturium? illud quidem subaquilum uolui dicere.
Vel papillæ quoiusmodi? tum quæ indoles in sauio est?

SARACENVS

Q Vis est: Dæmonis seruus sceparnio: pulsatis forib9 accurrit ad ostium: uisaq; ampelisca forma lepidæ: ei blanditur: & palpatur.

VALLA

Q Vis est: qui nr̃is tã ꝓterue foribus facit iniuriã. Ampeliscã pulsantẽ fores audiens scepnio: ut obiurgator esse solet: irrũpit ĩ hãc uocẽ. ¶ Hem qd hoc boni ẽ: cũ puellam ꝓspexisset ampeliscã: mirat⁹ formam puellæ hoc dicit. ¶ Species lepida mulier. i. elegãti forma. ¶ Vt affectẽ. i. cõcupiscã. ¶ Veneris effigia. ꝓ effigies. ¶ Subuolturiũ. i. rapiens ad se hoies: ut uultures. ¶ Illud si qdem subaqlũ uolui dicere. Correctio figura est: quoniam uultures cadauera diripiunt: ut honestius loquar: aquilæ assimulauit: quæ & ipsa rapto uiuit: sunt qui ad colorem referant: non ad rapinam aquilæ.

VGOLETVS ET GRAPA. Togati uulturii

¶ IN ocillis. h. oculi hoibus multiformes contuitu: Truces: flagrantes: graues: lasciuiẽtes: blãdi: hilares: & ꝑfecto: ut ille inqt: in oculis aĩus inhabitat: sed & amor diuersat: oculi tota nostra neqtia: oculi sunt in amore duces: nam & sympatia cũ genitalibus quædã est oculis. ¶ Subuolturiũ sub nigrũ a uulture uulturũ nigri ꝑferunt: plinius auctor: dr̃ ãt uultur & uulturi⁹. Apuleius festiuissime causidicos aduocatosq; appellat togatos uulturios: sicuti ꝺcẽtissime. M. Ci. Gabiniũ & Pisonẽ iperatores uulturios paludatos a rapacitate id gen9 alitis. ¶ Subaqlũ: subfuscũ: de quo diximus ex Festo Põp. ¶ Sauio pro ore osculo ue: de futuro est indoles indiciũ uirtutis: fecũditatis. suaue dulcedinis.

¶ POLlucta:

¶ POL lucta: Vel lege: polluta sine. c. uel disiungito dictionē pol lucta: est. n. lucta ludus: quo alius aliū sternere ad terrā cōplexu nititur & illud pol iurātis est. ¶ Pago: uilla unde pagani uillā colētes nomē trāctū a gręcis: apud quos pigi fons dicit̃: nā ideo dicti sunt pagani: ꝙ ex eodem fonte bibāt: sensus ergo uerboꝝ est: nō ego sum pol lucta pago. i. non ego modo luctā exerceo: ut tibi liceat mecū pro libito cōgredi: id qđ sequētia uerba magis declarāt: potin: ut me abstineas manū: quęrebat. n. ille fœminā amplecti: & attrectare: & quasi ueneream palęstram exercere. ¶ Sapiētior natus: Melius forte sapientior nata: nā urnulā ostēdit: circa quā litteris insculptū erat: cuius esset: id qđ infra clarius manifestatur: nam de eadem urna locutus inquit: hęc litterata est: ab se cātat cuia sit sapiētior ergo nata: idest litterata: nam sapiētiores habent̃ q lr̃ati sunt: sceepnio aūt: cū illud idē reiterasset: meus hic quoqꝫ sapiētior natus: quid uelim indicium facit: forte penem festiuiter indicauit.

SARA CENVS. Lucta qd sit

Am. Non ego sum polluta pago, potin ut me abstineas manū?
Sc. Non licet te sic placide bellam belle tangere?
Am. Ocium ubi erit, tum tibi operam ludo, & deliciæ dabo.
Nūc quāobrē huc summissa amabo, uel tu mihi aias, uel neges.
Sc. Quid nunc uis? Am. sapientior nata, qđ uelim idiciū facit.
Sc. Hic quoqꝫ sapientior natus, quid uelim, indicium facit.
Am. Hic sacerdos Veneris hinc me petere aquā iussit a uobis.
Sc. At ego basilicus sum, quem nisi oras guttam non feres,
Nostro illum puteum periculo, & ferramentis fodimus.
Nisi multis blanditiis, a me gutta non ferri potest.
Am. Cur tu aquam grauare amabo, quā hostis hosti cōmodat?
Sc. Cur tu operam grauere mihi, quam ciuis ciui commodat?
Am. Imo etiam tibi mea uoluptas, quæ uoles faciam omnia.
Sc. Euge saluos sum, hæc iam me suam uoluptatem uocat.
Dabitur tibi aqua nequicq̄ ames, cedo mihi urnam. Am. capt.
Propterea amabo efferre. Sc. manta. iā hic ero uoluptas mea.
Am. Quid sacerdoti meæ dicam, hic demoratam tam diu?
Vt etiam nunc misera timeo, ubi oculis intueor mare?
Sed quid ego misera, uideo procul in litore meum herum
Lenonem, sicilienseḿqꝫ hospitem, quos periisse ambos
Censebam in mari, iam illud plus mali nobis uiuit, q̄ ratæ.
Sed quid ego cesso fugere in phanum, ac dicere hæc palæstræ
In aram ut confugiamus, prius q̄ huc scelestus leno ueniat,
Nosqꝫ hic opprimat, confugiam hinc, res ita suppetit, subito.

¶ NON ego sum polluta pago. i. rusticana: & in uillis nutrita: paguꝫ. n. uillā gręci uocāt. Inde pagani rustici q̄si ex uno fonte potātes: nā page fōs dr̃: Persius: ipse semipaganus. & reliqua. Oui. Et date paganis ānua liba focis: sed in qbusdā codicib⁹ legit̃ palpo: ut palpo palpōis: de quo alibi diximus. ¶ Vt me abstineas: pro a me: notāda cōstructio: abstineo te manū. ¶ Ludo: & deliciæ: ut delicię deliciarū. Ita delicia deliciæ: & deliciū delicii. Mar. stellæ delicium mei colūba. ¶ Vel tu mihi aias. i. assentaris: ut & iperatiuo mō uel ai: uel nega. ¶ Sapientior natus: ut̃ puer cognosceret: qd ueli cū urna. ¶ Me⁹ hic sapiētior natus. uirile signat mēbrū: suā patefaciens libidini ipatiētiā attētigine. ¶ Basilicus sum. i. regi⁹. ¶ Prop a amabo efferre. festina inqt: ut ad me extra ex ædibus feras Alioq efferre ad sepulchrū fere sign̄at. Terē. effert̃ corpus. Iuue. elatā iā crede nurū: si limia ur̃a mortifera cū dote subit. ¶ Māta iā hic. Mane ꝑpetuo: quo ad rediero. ¶ Sed qd ego misera uidē. Lenonē conspicata mulier effugit in tēplū. ¶ Sicilięseq̄ꝫ ho. Charmidē dicit. Quā ratę: quā putauerimus. ¶ Res ita suppetit: succurrit.

VALLA. Pagū quid sit

¶ MANta. mane: ꝓstolare: Mantare Festo Pomp. est sæpe manere: Nonio manere: Cecilius in probastaria: in codeꝫ uultu in eadem mantat malitia. ¶ Siciliensem, Sicilienses: romanenses: corinthienses dicimus: qui in alienis ciuitatibus: prouinciisqꝫ habitant: & negociantur.

VGOLETVS ET GRAPA. Māta quid

Scepario seruus.

PRoh Di immortales in aqua nunq̄ credidi
Voluptatem inesse tantam, ut hanc traxi lubens.
Nimio minus altus puteus uisus est, q̄ prius.
Vt sine labore extraxi hanc præfestine satis.
Vt neq̄ sum, pro te qui hodie amare inceperim.
Hem tibi aquam, mea tu belliata, hem sic uolo
Te ferre honeste, ut ego fero, ut placeas mihi.
Sed ubi tu es delicata? cape aquam hanc sicubi es.
Amat hercle me, ut ego opinor, delituit mala.
Vbi tu es? etiam ne hanc urnam acceptura es? ubi nam es?
Commodule melius, tandem uero serio
Etiam acceptura es urnam hanc? ubi tu es gentium?
Nusq̄ hercle, urnam iam ego hanc in media sistam uia.
Sed autem quid si hanc hinc abstulerit quispiam

SARACENVS.

PRoh di immortales. Iaꝫ hauserat aquam scepar nio: urnulamqꝫ deferebat mulieri: sed cum illa iam se illinc subduxisset: suomet sermone frustrat̃. ¶ Heus si Ptole. gratia: sunt qui legerint non indecore: heus si tolloni gratia: ego legēdū arbitror: heus sis: tolle mea gratia.

PRoh di immortales: sceparnio ut hausit aq̄ magna uoluptate: ita dolet abiisse ampeliscā. ¶ Profeci ne satis: an inquit satis profeceriꝫ: nescio. ¶ Nequā sum: nequitia refertus. ¶ Mea tubelliata. ampeliscam belliatam uocat: quasi bellulam dicas. ¶ Delicata: quæ delicias de me facis: non effugisse: sed delituisse eam opinatus est. Tādem uero serio: non inquit ioco iam loquor. ¶ Nusq̄ hercle: subaudi eam

VALLA.

conspicor. ¶ In media uia: subaudi relinquam. ¶ Sedentem: idest ita po sita; in terris. ¶ Mihi insidias locet. Insidiose aliquid agat. ¶ Iure in uin culis enecet: utpote sacrilegũ. ¶ Litte rataſt: idest litteris insignita cuius nã sit ostendens. ¶ Ab se cantat: ex sese aperit. ¶ Subito mea gratia. i. ꝓpter me tolle. ¶ Reperi negociũ. in mole stiam incidi: si non modo exhiben da: sed etiam deferenda aqua sit.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ PRAE festine ex codic. antiquis. & sententiæ concinnitate: non profici sci: ut corrigit Pius: absq; ullo sensu. ¶ Litterata est notata litteris mostrã tibus: cuius sit: ut litteratæ epulæ in pœnulo a notis: ad hoc pertinere po test illud Aristophanis populus. Samiorum est per q̃ litteratus: ex stigmate. s. & nota samenæ nauis inusta captiuo rum samiorum frontibus ab atheniensibus par pari repẽdẽtibus: cum essent uicti samii: est autem samena nauis to tunda: & concaua in uentris similitudinem: ut mare percurrere: & celeriter conuerti possit: sic dicta: q in samo pri mum inuenta est: Ibiq; a Polycrate tyranno cõtexta stigmatias: & stigmaticos inscriptos inustos litteris: nonsq; frõ tẽ uultumue: dicemus Apul. Serui pistrinarii sunt in farinulẽto famulitio frõtes litterati. ¶ Tolloni machinã aqua riam Tollonẽ & tollenonẽ a tollendo dicimus: qua partẽ posteriorẽ pergrauante põdere aquas e puteis haurimus: habentur & antliæ: & trocleæ ad aquam hauriendam idoneæ. Tollenonem machinam bellicam describit Vege tius in. iiii. de re militari: haud multum aquariæ dissimilem.

Tolloni q dicantur

Sacram urnam Veneris? mihi exhibeat negocium.
Metuo hercle ne illa mulier mihi insidias locet,
Vt comprehendar cum sacra urna ueneria.
Nempe optumo me iure in uinclis enicet
Magistratus, si quis me hanc habere uiderit,
Nam hæc literataſt, ab se cantat quoia sit.
Nam hercle euocabo hinc hanc sacerdotem foras,
Vt hanc accipiat, nam accedam iam huc ad fores.
Heus sic, tolloni gratia? cape hanc urnam tibi.
Muliercula, hanc nescio, quæ huc ad me detulit.
In proferunda repperi negocium.
Siquidem mihi ultro his aggerunda etiam est aqua.

SARACENVS

¶ ADOlescens quid ego ex te audio. Hęc trachalioni dicit dæmones. ¶ Athenis natus: altusq;: educatusq; atticis. Athenis atticis dicit: qa trinæ fuerunt: ut supra quoq; memorauimus athenæ. altus cibo: educatus institutis. ¶ Trima q̄ periit. quā amisi inqt tres natā annos. ¶ Ita ne ipudens. Cum stomacho pronūciandum est. ¶ Quęstu cōteres. ¶ Turpi lucro fœdabis. ¶ Impuratissime: qui impuritate oēs antecedis. ¶ Intersit ergo utrius. Tua ne: an mea intersit. ¶ Offerumētas habebis pluris. i. incrustationes. Nā ferruminare est conglutinare. ¶ Quiuis dicat ampullarius. qui ampullas cuz unguētis fert ad uulnera perungēda. ¶ Opere faciundo: ubi aliquod opus integendum corio sit. ¶ Volcanū adducam: ignem afferaz. ¶ Messis in ore fiet: subaudi dentium. ¶ Mergis. i. manipuli. Merges manipulus spicaꝝ. Vir. in. ii. geor. Aut fœtu pecorum: aut cerealis mergite culmi. ¶ Id uolo: uultuose legēdū. ē. n. ironia. ¶ Ambustulatum. i. igni undiq; attactū. Cice. p milone infœlicissimis lignis semiustulatum. Catullus. Infœlicib⁹ ustillāda lignis tardipedi deo daturā. Vbi q̄ sint ifœlicia ligna dicta: licet ex Plinio dep̄hendere: q iqt. achaia aūt bryan siluestrē isignez in ea: ꝙ satiua tm̄ ferat fallę simile fructum in syria: & i ægypto copiosa hçc ē: cuius ifœlicia ligna appellamus: quæ tamen ifœliciora sunt græciæ: gignit enim arburem ostrim: quā & ostream uocāt solitariam circa saxa aquosa similez fraxino cortice: & ramis: & folio.

Ferumina re qd sit.

Infelicia ligna q̄ dicātur.

Eripere ingratis.i.me obsistente. Vin defendere: subaudi puellas. At hic ne. Elipsis figura est: subaudiendum enim diligenter: caue ne in eas aliquid moliatur. Siue occeptassit.i.molietur icipere. Ne quo abeat. Ne discedat. Carnifici sistere: in carnificis potestatem dare.

ANSELMVS.

Cyrene unde dicta sit.

CYrene libyæ ciuitas: uel a Cyre eiusdẽ regionis fonte. uel a Cyrene Hypseos filia ut nõnulli sentiũt. ut nõnulli Penei: cuius cũ aliis: tũ Pindarus meminit in Pythionicis: Cyrenen Straboni cõdidere Therei: q ex laconica profecti Therã insulã coluerũt. utiturq; auctore Callimacho. Callimachus ipse alibi: & illius iterps. Battũ agnoscũt auctorẽ: cui Cyrenẽses oli grati uideri cũ uelẽt: simulachrũ fecerũt: uel ut alii tradũt: anulũ: in quo ciuitas ipsa regi Silphion dfferret: id nos Lasserpiciũ dicimus: ad hoc. s. doctissimus poeta Catullus respexit: cũ lasserpiciferas appellauit Cyrenas. Alii in altera nomismatis exculpsisse Ammonẽ: in altera Silphiũ honoris gratia. Certe Ampeliotæ libyes populi Silphii caulẽ in Delphos miserũt ad Apollinẽ: ut Alexãdrides notauit. Hinc factũ in eos puerbiũ: q præparcos honores sortiunt. Batti Silphiũ: qbusdã dici in eos placuit: q splendidos excelsosq; cõsecunt: qm plãta lõge uenerabilis: huius puerbii ẽt meminit Aristophanes in Pluto sua. qstũ primus ex Silphio Aristæus excogitauit: idem q & mellis. nascit circa Syriã: Armeniã. Mediã: & libyen: auctor Dioscorides lib. iii. cuius caulis maspetos dicit. plerique caulem

Magydaris ubi locorum.

silphium: radicẽ magydarin: folia maspeta. est altera Magydaris in libya: cuius radix Silphio pxima: humilior tamẽ: nec tã crassa: odorisq; minus acuti citra succũ. De Silphio Plinius li. undeuigesimo & Plautus etiãnũ paulo añ. Si speres inqt tibi hoc anno multũ futurũ sirpe: & laserpiciũ: ubi sirpe est: legendũ silphion: si diuinandũ est: tollẽdũq; & laserpiciũ: dictio. n. latina supposita fuerat: quã græcũ nomẽ elũcesceret: mox ab ineruditis scriptoribus pperã interserta uersui: familiare mediusfidius Plauto ẽ grecis ut uocabulis: ut passim est ĩtueri. fuit altera Cyrene: insigne

Thebe quõ flectatur.

scortum: dodecamechanus cognomẽto: qm totidẽ coitus figuras explicaret. Aristophani Euripidiq;. Thebe singulariter ẽt. Q. Calaber. & Callimachus in hymno Deli. & Stephãus in ethnicis. Papinius. Te tũ infelix inquit pariturãq; Thebe. Quin Mycene quoq; singulari numero apud Silium: Ante Agamẽnoniam gratissima tecta Mycenen. Cum coniecturam. Quinti. Cõiectura dicta est a coniectu. i. directione quadã rationis ad ueritatem: unde ẽt somniorũ: atq; omniũ iterpretes cõiectores uocamus. Somniaui. de somniis pulcherrimũ opus scripsit Synesius

Lenones q̃ dicantur.

Platonicus: scripsit & Artemidorus Daldianus: est enim lydiæ ciuitas Daldis: libros qttuor ονειροκριτικων. οιωνοσκοπικων. & χειροσκοπικων. Leno. Pedianus. Lenones sunt scortorũ perductores ẽt inuitarũ psonarũ: & in quibus stupra exercita legibus iudicant: ppea paulo mox: te inuito ait ambas rapiã. inuitæ. n. rapi solẽt: nõ uolentes.

VALLA.

VTrum tu leno. Dæmones cum seruis lenonem circũdederunt: idq; procurant: ut non modo non abducat mulieres: sed ne ipse qdẽ abeat. Flocci non facio: non magnifacio. Meas quidem: subaudi ancillas. Tange: dum: syllabica adiectio ẽ: dum. Minacias ego istas: & minç minarum: & minaciæ minaciarum. Non licet: subaudi appellare. Tinnimentum est auribus. Ille tinnitus: fictitium nomen est: tam tinnimentũ q̃ tinnitus: & tinio uerbum. Exoculassitis. oculos contundendo eiicitis. Quantum potest: idest: q̃ celerrime. Non desinent: nõ permittent: & interrogatiue legẽdum est. Phana mutantur cito: idest ita solent immutari loca: nam quod ueneris templum erat: factum est herculis. Herculis siquidem templo arma figebãtur. Hora. Armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. At uenus ipsa serena omnia facit. Lucretius. Te dea: te fugiunt uẽti: te nubila cœli: Aduentumque tuum: tibi suauis dædala tellus: Submittit flores: tibi ridẽt æquora ponti: Placatumque nitet diffusos lumine cœlũ. Hic: idest a parte una. Vtrũ q; scæuit & terra & mare. Crudelitatem inquit inueni in mari: & in terris. Vt potest: idest quantum fieri possit: Certum st. constitui: deliberaui. Obsidione: diutius imorãdo.

Minç & minaciç dicat

ANSELMVS.

FLOCCI non facio. Varor in libris rei rustice. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent: ne qui flocci intereant: ut appareat lenonem senem illum habere despicatui. & uerba illius paruipendere tanq̃ flocculos. Tinnimentum est auribus: præsagium ex aurium

Dæmones. Labrax. Lorarii.

VTrum tu leno cum malo lubentius
Quiescis, an sic sine malo, si copia est?
La. Ego quæ tu loquere, flocci non facio senex.
Meas quidem, te inuito, & Venere, & summo Ioue
De ara capillo iam deripiam. dæ. tange dum.
La. Tangã hercle uero. dæ. agedum ergo accedas huc modo.
La. Iube dum recedere istos ambo illuc modo.
Dæ. Imo ad te accedent. La. non hercle egomet censeo.
dæ. Quid ages si propius accedent. La. ego recessero.
Verum si senex unq̃ te in urbe offendero,
Nunq̃ hercle quisq̃ me lenonem dixerit
Si non te ludos pessumos dimisero.
dæ. Facito istuc quod minitaris, sed nunc interim
Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.
La. Quam magnum uero? dæ. quantum lenoni sat est.
La. Minacias ego istas flocci non facio tuas.
Equidem eas te inuito ambas rapiam. dæ. tange dum.
La. Tangam hercle uero. dæ. tanges? at scin quomodo? (bas,
Idũ Turbalio curriculo affer duas clauas. La. clauas? dæ. sed p
Propera cito, ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.
La. Heu heu scelestus galeam in naui perdidi,
Nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret.
Licet saltem istas mihi appellar? dæ. non licet.
Hem optume ædepol eccum clauator aduenit.
La. Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.
Dæ. Age accipe illinc alteram clauam Sparax,
Age alter istinc, alter hinc assistite.

Assistite ambo, sic, audite nunc iam.
Si hercle illic illas hodie digito tetigerit
Inuitas, nisi tunc illum uos exoculassitis
Vsq; adæo, donec qua domum abeat, nesciat,
Peristis ambo, si appellabit quampiam,
Vos responde tote istinc istarum uice
Sin ipsus hinc abire uolet, quantum potest,
Extemplo amplectitote crura fustibus.
La. Etiam me abire hinc non sinent? dæ. dixi satis,
Et ubi ille seruos cum hero suo huc aduenerit,
Qui herum accersiuit, itote extemplo domum.
Curate hæc salutis magna diligentia.
La. Heu hercle ne istic phana mutantur cito?
Hoc herculis est iam phanum, Veneris quod fuit.
Ita duo destituit signa hic cum clauis senex.
Non hercle, quo hinc nunc gentium aufugiam, scio.
Ita mihi utrúq; sænit & terra & mare.
Palæstra? Lo. quid uis? La. apage controuersia est
Hæc equidem Palæstra, quæ respondit non mea est.
Heus Ampelisca? Lo. cauessis infortunio
Vt potest. La. ignaui homines satis recte monent,
Sed uobis dico heus uos num nam molestia est,
Me adire ad illas propius? Lo. nihil nobis quidem.
La. Nunquid molestum mihi erit? Lo. nihil, si caueris.
La. Quid est quod caueam? Lo. hehem a crasso infortunio.
La. Quæso hercle, abire ut liceat. Lo. abeas, si uelis.
La. Bene ergo hercle factum, habeo uobis gratiam.
Non? accedam propius, illic astare illico.
Ædepol proueni nequiter multis modis,
Certust hasce hodie usq; obsidione uincere.

Pleusidippus. Trachalio. Labrax. Lorarii. Charmides.

MEam ne est ille amicam Leno ui ac uiolentia
De ara deripere Veneris uoluit? Tr. admodum.
Pl. Quin occidistis extemplo? Tr. gladius non erat.
Pl. Caperes aut fustem, aut lapidem. tr. quid ego quasi canem
Hominem insectarer lapidibus nequissumum?
La. Nunc pol ego perii. Pleusidippus eccum adest,
Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.
Pl. Etiam ne in ara tunc sedebant mulieres,
Quom ad me profectus ire? Tr. ibidem nunc sedent.
Pl. Quis illas nunc illic seruat? Tr. nescio quis senex
Vicinus Veneris, is dedit operam optumam.
Is nunc cum seruis seruat, ego mandaueram.
Pl. Duc me ad lenonem recta, ubi illic est homo?
La. Salue. Pl. salutem nihil moror tuam, opta ocyus.
Rapite hunc, obtorto collo mauis, an trahi?
Vtrum uis opta, dum licet. La. neutrum uolo.
Pl. Abi sane ad litus curriculo Trachalio.
Iube illos in urbem ire obuiam ad portum mihi,
Quos mecum duxi, qui hunc ad carnuficem traherent.

ex aurium tinnitu primus litteris mãdauit Possidonius. ⁋ Fana mutantur: Propter clauam dixit in Herculis phanum Veneris templum immutatum: quoniam Hercules ipse χαλκοβαρει usus est: ut Apollonius ait ροπαλω quod Pisander ολο χαλκον appellauit.

SARACENVS.

MEam ne ille: Ita successus pleusidippus aduenit mulieribꝰ auxilium: ut ferat. ⁋ Cum puluisculo conuerret: Idest ceu pluuisculum & terra: quæ scopis uerri solet: ita me uerret: & agitabit pugnis. ⁋ Profectus ire: Vel subaudi uolebas: uel ire pro ibas: uel adde litterã: & dicito ires. ⁋ Exulem. Fugitiuum. Quia prouexi auehere nõ quiui: Docet Pla. qd sit ꝑuehere & auehere: aut ꝑuehere dicatur: cum in altũ proficiscitur: auehere autem ad constitutum locum appellere: quod etiam docet donatus. ⁋ In columbari: est columbare foramen: in quo noxiorum capita ponerentur ad similitudinem eorum: in quibus columbi nidificant. ⁋ Citius addici potest: Idest citius morti destinetur: & pereat: est enim addicere morti destinare: & addictus morti obnoxius.

Prouehere qd sit & qd auehere.

VALLA.

MEam ne ille amicam leno. Pleusidippus a trachalione seruo edoctus oia. quę euenerant: & accitus ad lenonem properat perdendum. Qui cũ raperetur: frustra charmidis implorat auxilium. ⁋ Vi uiolenta: idest uiribus uiolentis. ⁋ Conuerret: ita fustibꝰ dedolabit a capite ad imos pedes: quasi uestimenta: cum excutitur puluis: contundetur. ⁋ Cum ad me profectus ire. Cuꝫ itineri te commisisti: ut ad me ires. ⁋ Ad lenonem recta. non per obliquam: sed recta inquit uia duc: ubi est leno. ⁋ Agitato hic custodiam: frequẽtem age custodiam. ⁋ Quia pol prouexi: auehere nõ quiui: manifesta posita est uerborum differentia: ut auectus dicatur: qui ad pręstitutum deductus est locum. Prouectus uero ultra aliquanto uectus: non tamen eo usq;: quo uolebat a ueho uectiarius: qui torcular uehit apud uictruuium. ⁋ Melius est te in neruuꝫ corripere: supra admonuimus. Nonio docente instrumentum dici: quo rei plectuntur. ⁋ Vt id quod quęrant: inueniant sibi. Euenit tibi: quod paucis: ut inueniant: quod quærant: tu autem quærebas malum: malum inuenisti. ⁋ Dum resipis: idest dum redis. ⁋ Isti capiti: subaudi tuo. ⁋ Illic in columbum credo leno uortitur. nam in columbari collum haud multo post erit. Priscianus de generibus locutus nominum: columbar inqt

Neruuꝫ qd sit.

Columbar quid sit.

significat genus uinculi. Fest. Naualis scriba: qui in naui apparebat inter aliud genus scribarum minimæ dignitatis habebatur: & periculis quoque eius ministerium esse obiectum. Plautus. Non ego te noui naualis scriba columbari impudens: siue & columbaria in naue appellantur ea: quibus remiges eminent: siue quod columbariorũ quęstus temerarius: incertusq;. Quæ latini cuba columbaria: græci ophas uocant. ¶ Mille hodie nidamēta: idest infinitas reuolutiones in uinculo: quod columbar appellat tanq̃ in nido. ¶ Si quid mea opera: idest dum ego hero ero aduocatus celerius excrucietur.

SARACENVS.

Benefactum: senex captus lepida mulierum forma: uelut si sibi illas lucrifecisset lætatur: sed uxorem extimescebat ne animum forte suum internosceret: ideo ubi uox legebatur: legendum uxor. ¶ Significem: uel nictem: uel innuam.

VALLA.

Benefactum: & uolupe est. Lætatur dęmones: q mulieribus opem tulerit: miraturq; grippum piscatorē suum domum necdum rediisse: præsertim cum non potuerit in tanta tempestate pisces capere. At ille lenonis uidulum cæperat. Tetulisse. protulisse: nam tollo tetuli fecere ueteres præteritum. Ideo cum bisyllabũ sit: primam tamen habet breuē. ¶ Forma scitula: idest pulchella: cum est adiectiuum: nam cum substantiuum est: ac generis fœminini: uas est aquaticũ: ut ipse in amphitryone. si scitulam iã cepero: nunq̃ ędepol tu mihi diuini q̃c q̃ creduis: & quę sequunt. ¶ Sed uxor scelesta: Quippe quæ me amore illarum captuũ putat. ¶ De nocte qui abiit. Dicimus de nocte: ut noctu. Horatius: Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. ¶ Operaũ ludos facit: idest amisit operam: facio te ludos: & tibi dicimus. ¶ Et rętia: subaudi ludos facit. ¶ In digitis hodie percoquam: nam quia id non possum: ita nihil attulerit. ¶ Opplebit aures sua uaniloquentia. Inanibus uerbis inquit mihi obtundet aures.

Scitula qd sit.

ANSELMVS.

Litus quid sit.

Gripus q

¶ Ad litus. Litus p. t. simplex scribitur. prout & litera. quod ueteres scripturę: & doctorum uirorũ manus docent. Litus autem: quo fluctus eluderet Cicero in topicis difinire ait Aquilium. ¶ Si Grypus legitur. hominem significat icuruo naso. Si griphus: uel gripus rete: conueniens sane piscatori nomen: dicuntur etiamnum griphi ꝓpositæ in conuiuiis questiones ænigmatis similes.

Post huc redito, atq; agitato hic custodiam.
Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem.
Age ambula in ius. La. quid ego deliqui. Pl. rogas?
Quin arabonem a me accepisti ob mulierem,
Et eam hinc abduxisti. La. non auexi. pl. cur negas?
La. Quia pol prouexi auehere non quiui miser.
Equidem tibi me dixeram præsto fore
Apud Veneris phanum, quid multa? sum ne ibi?
Pl. In iure causam dicito, hic uerbum sat est,
Sequere. La. obsecro te subueni mi Charmides,
Rapior obtorto collo. Ch. quis me nominat?
La. Viden me ut rapior? Ch. uideo, atq; inspecto lubens.
La. Non subuenire mihi audes? Ch. quis homo te rapit?
La. Adolescens pleusidippus. Ch. ut nactus es, abi
Bono animo, melius est te in neruom corripere.
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi.
La. Quid id est? Ch. ut id quod quærant, inueniant sibi.
La. Sequere obsecro pariter. Ch. suades tu qualis es,
In neruom rapere, eo me obsecras, ut te sequar?
Etiam retentas? La. perii. Ch. uerum sit uelim.
Pl. Tu mea palæstra & Ampelisca ibidem illico
Manete, dum huc ego redeo. Lo. equidem suadeo
Vt ad nos abeant potius, dum recipis. pl. placet.
Benefacitis. La. fures mihi estis. Lo. quid? pl. rape.
La. Oro obsecro palæstra. pl. sequere carnufex.
La. Hospes. Ch. non sum hospes, repudio hospitium tuum.
La. Siccine me spernis? Ch. sic ago, semel bibo.
La. Di te infelicitent. Ch. isti capiti dicito.
Credo alium in aliam beluam hominem uortier.
Illic in columbum credo leno uortitur.
Nam in columbari collum haud multo post erit.
In neruo mille hodie nidamenta congeret.
Verũtamen ibo, ei aduocatus ut fiem,
Siquidem mea opera citius addici potest.

QVARTVS ACTVS.

Dæmones senex.

Benefactum & uolupe est mihi hodie his mulierculis
Tetulisse auxilium, iam clientas repperi,
Atq; ambas forma scitula, atq; ætatula.
Sed uxor scelesta me omnibus seruat modis,
Nequid significem quippiam mulierculis.
Sed Gripus seruos noster quid rerum gerat
Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare.
Pol magis sapuisset si dormuisset domi.
Iam nunc & operam ludos facit, & retia.
Vt tempestas est nunc, atq; ut noctu fuit.
In digitis hodie percoquam quod cæperit,
Ita fluctuare uideo uehementer mare.
Sed ad prandium uxor me uocat, redeo domum.
Iam meas opplebit aures sua uaniloquentia.

¶ Neptunno

Eptuno: Grippus demonis seruus cum piscatum iuisset: rete que mari duxisset: forte traxerat lenonis ui/dulum: in quo omnis illius insuerat thesaurus: ornamentaque puellaria palestrae uirginis: ex quibus illa daemones suam agnoscet filiam. Horrelaque: Horiaque: ut legit Nonius: qui hunc attestatur locum: a quo dicta horia nauis piscatoria: at aeque placeret: si legatur: salute adoreaque: idest gloria: & laude: Horatius: qui primus alma: risit adorea. Compotiuit: Compotem fecit. Vllam una: Legerem libram unam. Vt libe res ex populo preter te: Praeter: idest ante omnia: & in primis. Igitur: Deinde. Sed hic rex: uel sunt uerba ipsius grippi: uel trachalionis ex occulto obseruatis: quae grippus de se ianiter iactauerat.

SARA CENVS.

Gripus piscator.

Neptuno has ago meo patrono gratias, qui salsis
Locis incolit pisculentis, cum me ex suis locis ornatum
Pulchre expediuit, templis reducem, plurima praeda onustum,
Salute horriae in mari fluctuoso, piscatu nouo me
Vberi compotiuit, miro modo, atque incredibili hic piscatus
Mihi lepide euenit, neque piscium ullam unciam pondo hodie
Caepi, nisi hoc quod nunc fero in rete, nam ut denocte multa,
Impigreque exurrexi, lucrum praeposui sopori & quieti.
Tempestate seua experiri expetiui, paupertatem heri qui
Et meam simul tolerarem, opera haud fui parcus, nimis homo
Nihilist, qui pigerest, nimisque id genus odi ego male, uigilare
Decet hominem, qui uolt sua temperi conficere officia.
Non enim illum expectare oportet, dum herus se ad suum suscitet officium.
Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro & cum malo quiescunt.
Nam ego nunc mihi, qui impiger fui repperi ut piger, si uelim, sim.
Hoc ego in mari, quicquid hic inest, repperi, quicquid est, graue quidem.
Thesaurum hic ego inesse reos, nec mihi conscius est ullus homo,
Nunc haec tibi occasio Gripe obtigit, ut liberet extemplo
Praetor te, nunc sic faciam, sicut consilium est, ad herum ut ueniam.
Docte, atque astute ego illi pauxillatim pollicitabor
Pro capite argentum, ut sim liber, ac me emittat manu, iam ubi liber
Igitur, domum instruam, agrum, aedes, mancipia, nauibus inde
Magnis mercaturam faciam apud reges rex perhibebor.
Post animi causa mihi nauem faciam, atque imitabor Stratonicum.
Oppida circumuectabor, ubi nobilitas mea errit clara.
Oppidum magnum communiuo, & ego urbi Gripo indam nomen,
Monimentum meae famae, & factis, ibique regnum magnum
Instituam, magnas res hic agito in mentem instruere, nunc huc
Vidulum condam, sed hic rex cum aceto pransurus est atque sale.

Neptuno hac ego meo patrono. Grippus cum rete attraxisset: uidulumque plenum perspexisset: se lucupletissimum fore gloriatur: nouaque: ut mos hominum est admittit consilia. Piscuentis: piscibus refertis. Templis reducem. qui concessit: ut a suis templis possim redire. Templum namque. Varronis sententia tribus dicitur modis: a natura: ab auspicando: a similitudine: A natura in coelo: ab auspiciis in terra: a similitudine sub terra. In caelo templum dicitur: ut in hecuba. o magna templa coeli. Tum commista stellis splendidis. In terra: ut in periboea. Scrupea saxa bacchi templa prope aggreditur. Sub terra: ut in andromacha: acherusia templa alta horchi saluete infera: quia initium erat oculis a tuendo primum templum dictum: quo circa coelum: quod attuimur dictum templum est. Idem Varro in isagogico de officio senatus habendi: scripsit de locis: in quibus senatus consultum factum esset: iustum id non fuisse. propterea & in curia hostilia: & in pompeia: & post in iulia: cum profana ea loca fuissent: templa esse per augures constituta: ut in iis senatusconsulta more maiorum iusta fieri posset. Interque id quoque scriptum reliquit. non omnis edes sacras templa esse. Ac ne edem quidem uestae templum esse. Minora item templa: inquit Festus: fiunt ab auguribus: quum loca aliqua tabulis: aut lintheis saepiuntur: ne uno amplius ostio pateant certis uerbis definita: ita quod templum est locus ita effatus: aut ita septus: ut ea una parte pateat angulus: quae ad fixus habeat ad terram. Adoreaque: idest gloria: quae unde dicta sint in amphitryone satis dictum: quod si legatur oria: erit species nauigii Fulgentius oriam ueteres dixerunt nauim piscatoriam. Plautus in rudente: mea opera: labore: raete: & oria. Compotiuit: idest compotem fecit. Vllam uncia hodie pondo cepi: hoc est nihil caepi. Id genus: subaudi hominum. Male: idest ualde. Piger si uelim fiem: idest sim quietus: si uelim. Grauem quidem thesuaurm: idest diuitiarum repositionem. Pro capite. i. ut me liberem: siquidem maxima capitis diminutio est seruitus. Imitabor stratonicum. Ducem aliquem ita appellatum aut fictum nomen est: quod stratos dicatur exercitus: & nico uinco. Sed hic lex. Trachalionis uerba inspicientis. Cum aceto pransurus est cum sale: idest sitis excitabitur: sed potum non habebit bonum. Sine bono pulmento. idest absque cibo bono.

VALLA.

Templum quid sit

Stratos quid sit

VLLAM unciam scriben. est ex codici. antiquis. & recta latinitate: & metri ratione: non una pondo: idest in singulo pondo: ut ruditer exponit Pius illiteratissimus: inquiens: uirili namque genere: & foeminino dicitur pondo: & dupondo, quod quidem est absurdissimum.

ANSELMVS.

Trachalio seruus. Gripus piscator.

Heus mane. gr. quid maneam? Tr. dum hanc tibi rudentem quam trahis, complico.
Gr. Mitte mō. tr. at pol ego te adiuuabo, nā qđ bonis fit
Haud pit. gr. turbida tēpestas heri fuit nihil hēo
Adole cens piscium, ne tu mihi esse postules.
Non uides me referre uuidum rete sine squamoso pecu?
tr. Non ædepol piscis expeto, sermonis tui sum indigens.
gr. Enicas iam me odio, quisquis es. tr. nō sinā ego abire te,
Mane. gr. cauesis malo, quid tu (malum) nam me retrahis?
tr. Audi. gr. ñ audio. tr. at pol qn audies post. gr. qn loqre
Quiduis. tr. eho modo est operæ præciū, qđ tibi ego uolo
Narrare. gr. eloqre, qd id ē? tr. uide nuspiā cōsequit prope.
gr. Ecqd ē, qđ mea referat. tr. scilicet, sed bonis cōsiliis eho
Quid i te mihi ē? gr. qd negocii ē? mō dic. tr. dicā, tace, si fi
Mō das mihi, te ñ fore ifidū. gr. do fidē, tibi fid⁹ero, (dē
Quisqs es. tr. audi, furtum ego uidi, qui faciebat, noueram
Dominum, id quoi fiebat, porro ad furē egomet deuenio,
Feroq ei conditionem hoc pacto, ego istuc furtum scio
Quoi factum est, nunc mihi si uis dare dimidium, indicium
Domino non faciam, is mihi nihil etiam respondit, qd inde
Aequom est dari mihi dimidium? uolo ut dicas. gr. imo ēt
Amplius, nam si non dat, dño dicūdum cēseo. (te. Gr. qdst?
tr. Tuo ɔsilio faciā, nūc aduorte aiu, nāq hoc oē attinet ad
tr. Vidulū istū quoius ē, noui ego hoiem iāpridē. gr. qdē?
tr. Et quo pacto periit. gr. at ego quo pacto inuētust scio,
Et qui inuenit, hominem noui, & dominus qui nūc est scio.
Nihilo pol pluris tua hoc, q̄ quanti illud refert mea.
Ego noui illum quoius nūc est, tu illū quoius antehac fuit.
Nunc homo feret a me nemo, ne tu te speres potius.
tr. Nō ferat si dominus ueniat? gr. dominus huic nemo, ne
Nisi ego nemo natust, hūc q cæpi in uenatu meo (frustra es.
tr. Itane uero? gr. ecquē esse dices in mari piscem meum,
Quos capio siquidem cæpi, mei sunt, habeo pro meis,
Nec manu asseruntur, neq illinc partem quisq̄ postulat.
In foro palam omnes uendo pro meis uenalibus.
Mare quidem cōmune certost omnibus esse. tr. assentio.
Qui minus hūc communē quæso mihi esse oportet uidulū?
In mari inuentust, cōmune est. gr. ne impudenter impudēs.
Namsi istuc sit, quod memoras, piscatores perierint.
Quippe cum extemplo in macellum pisces prolati sient,
Nemo emat, suam quisq partem piscium poscat sibi.
Dicat in mari communi captos. tr. quid ais impudens?
Ausus etiam comparare uidulum cum piscibus?
Eadem tandem res uidetur? Gr. in manu non est mea.
Vbi demisi retem, atq hamum, quicquid hæsit, extraho.
Quod rete, atq hami mei nacti sunt, meum potissimust.

SARACENVS

Heus mane: Diu: multumq serui duo cōtendunt inter se: nā alter participē inuenti uiduli fieri cupiebat: alt socii renuebat.

Pec⁹ qd sit. ¶ Sqmoso pecu: Idest piscibus: sub noie, peco intelligit quicqd gregatim pascit: squamigeras pecudes dixit Lucilius.

VALLA.

Heus mane. Trachalio grippū destinet: dū confingit illum se uelle adiuuare ut pdæ partē cōsequat. nascit itaq iter eos contētio: qđ totum litigiū ad arbitriū dæmonis transfert: qui grippi her⁹. ¶ Trahis rudentē. i. funē. Rudentes inqt Nonius ea cā sapientissimi dictos uoluit: q funes cū uento uerberent: rudere existimentur: atq hūc sonum ppriu funiū: nō asinoꝶ putāt.

Rudentes unde dictæ

¶ Vuidū ræte sine squamoso pecu. Nup madefactū sine piscibus: periphrasticos uocans squamosum pecus. ¶ Caue sis malo. Caue: ne qd in te mali a me ueniat. ¶ Loqre quiduis: Instātia trachalionis se liberare uolēs grippus loquere qduis inquit. ¶ Quod mea referat: ad me attineat. ¶ I mō. fero sniam: ut amplius dare debeat. ¶ Ne frustassis: p frustaueris: ne frustra uerba hēas. ¶ Nisi ego nemo natust. nullus inqt natus homo dñs est huius uiduli pter me. ¶ Itane uero. Ironicos: ac uultuose legendū est: ne asseuerare uideatur: quod negare contēdit. Nec manu asseruntur. i. in controuersiam ueniunt: & in litem adducuntur.

ANSELMVS.

¶ SQVāmoso pecu. Lucreti⁹. Mutæq natātes: Squāmigeꝶ pecudes. Columella uolatile pec⁹ dixit gallinas sic nāq oia aialia hūana effigie: liguaq carētia dñr. Et si in his magnope nō laboram⁹: petāt igit ex lexico: uel hęc: uel siña: q non hñt in numerato.

Pecus qd sit.

¶ In uenatu meo. Venatus de piscibus ēt Homero: Platoniq dr. Plato ipē in lib. de. r. p. ad hūc sēsū. Venatus .n. latior res ē uno cōprensa noie: aqtico rū: uolatiliū: relıquorūq aialiū terrā incolentiū. nec feraꝶ mō: sed ēt hoium. Castroꝶ etiā nū direptiōes belli uenat⁹ sunt.

Venat⁹ qd sit

¶ Macellū. Varro humanaꝶ reꝶ Munerius Eqti⁹ Cuppes inqt: & Romani⁹ Macellus singulari latrocinio multa loca habuerūt in festa: his in exiliū actis publicata sunt bona: & ædes ubi hītabāt: loc⁹ ubi uenirēt ea: q̄ uescēdi cā i urbe erāt allata: itaq ab altero Macellū: ab altō foꝶ Cuppedinis appellatū est. Plutarchus ἀπο των μαγειρων corrupto uocabulo: nam apud latinos. C. &. G. Syngōæ sunt. nouissime. n. Romani. G. authore: & iuetore Carbilio admiserūt: & q pp linguę hęsitātiam. R. pferre non possunt in. L. plerūq labunt. Vel ēt a Macello Romano: ex cui⁹ pecunia cū supplicio affectus fuisset: macellū ædificatū.

Macellum unū dcm sit.

¶ Cu duo sint arbitroꝶ gña de eo uř intelligere: ad quē ex cōpromisso itū est: cui siue æquū sit: siue iniquū parere debemus. ¶ Seqster apud quē pecunia deponit inter partes: p quos indicit pactio. Plautus alibi Ego serurbo quasi sequestri detis: neutri reddibo: factum autem a sequendo uocabulum: quod eius qui electus sit: utraq pars fidem sequetur.

Seqster qd

¶ QVOD

tr. Imo hercle haud est, siquidem quod uas cæpisti. gr. philosophe.
Tr. Sed tu nunq̃ piscatorem uidisti uenefice
Vidulum piscem cæpisse, aut protulisse ullum in forum.
Non enim tu hic quidē occupabis omneis quæstus, quos uoles.
Venatorem & piscatorem te esse impure postulas.
Vel te mihi monstrare oportet, piscis qui sit uidulus,
Vel quod in mari non natū est, neq; habet squamas, ne feras.
gr. Qui tu nunq̃ audiuisti esse antehac uidulum piscē? tr. scelus
Nullus est. gr. imo est profecto, ego qui sum piscator, scio.
Verum raro capitur, nullus minus sæpe ad terram uenit.
tr. Nil agis, dare uerba speras mihi te posse furcifer,
Quo colore est? gr. hoc colore capiuntur pauxilluli,
Sunt alii puniceo colore magni, item atri. tr. scio.
Tu hercle opinor te in uidulum piscem conuertes, nisi caues.
Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo.
gr. Quod scelus hodie hoc inueni. tr. uerba facimus, it dies.
Videsis quoius arbitratu rem nos facere uis?
gr. Viduli arbitratu? tr. ita enimuero stultus es. gr. salue thales.
tr. Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrū,
Quoius hæc res arbitratu fiat. gr. quæso sanus es?
Tr. Elleborosus sum. gr. at ego ceritus, hunc non mittam tamen.
tr. Verbum adde etiam unum, iam in cerebro colaphos abstrudam tuo.
gr. Ego iam te hic itidem, quasi penicillus nouos solet exugerē,
Ni hunc amittis, exugebo, quicquid humoris tibist.
Tange, affligam te ad terram itidem, ut piscē soleo polypū.
tr. Vis pugnare, quid opust? quin tu potius prædam diuide.
gr. Hinc tu nisi malum, fruníscí nihil potes. tr. nisi postulas,
Abeo ego hinc. gr. at ego hinc offlectam nauē. tr. ne quo, abeas, mane.
Si, tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.
gr. Mitte rudentem sceleste. tr. mittam, omitte uidulum.
gr. Nunq̃ hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.
tr. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur,
Aut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur.
gr. Quem ne ego excepi in mari? tr. at ego quem inspectaui e litore.
gr. Mea opera, labore, & rete & horia. tr. num quid minus.
Si ueniat nunc dominus, quoius est, ego qui inspectaui procul,
Te hunc habere fur sum, q̃ tu nihilo minus mastigia,
Quo argumento socius nō sum, & fur sum, fac dum ex te sciā.
gr. Nescio, neq; ego istas nostras leges urbanas scio,
Nisi quia hunc meum esse dico. tr. & ego item esse aio meum.
gr. mane.
Iam repperi rem quo pacto nec fur, nec socius fies.
tr. Quo pacto, gr. sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam uiam,
Nec tu me quoiq̃ indicassis, neq; ego tibi quicq̃ dabo,

SARACENVS.

¶ QVOD uas excœpisti: legerem potius: quod manibus excœpisti: ut quasi cauillari uideatur ad illū: quod ræte: atq; haminacti sunt. ¶ Et uitorem & piscatorem: Lego uænatorem: & piscatorem: quasi dixisset: quod in mari non reperitur: sed in terra: audes in mari dicere repertum esse. ¶ Puniceum: Nam tergum: cum uirgis cæditur: rubescit primum: postmodum nigrescit. ¶ Helleborosus: Supra memoratum abunde est: helleboro purgari cerebrum: ægritudinesq; sanari. ¶ Ceritus: Cereris spiritu afflatus: & de hoc alias sępe. ¶ Pénicillus nouos: Pro nouus: est enim genus spongię pēnicillus: spongias enim huiusmodi antiqui in deliciis habuerunt ad mundanda corpora: Exurgere ergo magis spongia cum noua: & suda sit dicitur: inquit Festus penniculi spongiæ longę per similitudinem caudaru; appellatæ. ¶ Hinc offlectam nauem: Metaphoricos dictum: pro iter hinc arripiam: & secedam. ¶ Si tu proræta: Prosequitur metaphoram: & sensus est: ac dixisset: quaqua iter aggrediéris: ego te sequar. ¶ Ramenta: quę abraduntur ex una quaq; re & proinde abiicienda tanq̃ uilia & inutilia: ramenta dicuntur. sed Plautus fœminino genere hic & alibi pronūciauit. ¶ Horia: Hoc loco rectissime legitur pro naui piscatoria: cuius diminutiuum horiola. ¶ Quam tu nihilo mane: legendum est: quam tu nihilominus.

Pénicillus quid sit

VALLA.

¶ IMO hercle haud est: non est tuu;: quod dicis: quicquid excepisti. nam si uas aliquod id fuerit: tuum non est. ¶ Philosophe. hæc grippus per froniam sapientem illum uocans qui ita ratiocinetur. ¶ Et uectorem: & piscatorem te esse impure postulas: æquū non est inquit: cum sis piscator ut te etiam uectorem facias: idest qui uehat mercimonia. ¶ Scelus: idest scelestę: & uocatiui casus est. ¶ Puniceum. corium: cum uerberabere. ¶ Postea atrum denuo. Vbi uibices appareant. ¶ Salue thales. posteaq̃ inquit ego stultus sū: tu eris thales milesius e septem sapientibus unus. ¶ Helleborosus sum: ita est inquit assumpsi helleborum plusq̃ deceret: nam si minus sumatur: magnam ægritudinem leuare non potest: si plus sumatur: portendit periculum: ideo Persius inquit. Diluis helleborum certo compescere puncto. ¶ At ego cerritus. Cereris spiritu afflatus. de hoc in amphitryone dictum. ¶ In cerebro colophos abstrudam tuo. Caput tuū eo usq; perfringā ut in ipso colophos possim abstrudere: idest infigere. ¶ Itidem quasi peni

Tu taceto, ego musitabo, hoc optumum, atque æquissumum est.
Tr. Eho quid conditionis audes ferre? Gr. iam dudum fero,
Vt abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.
Tr. Mane dum refero conditionem. Gr. te obsecro aufer mo.
Tr. Ecquem in his locis nouisti? Gr. oportet uicinos meos.
Tr. Vbi tu hic habitas? Gr. porro illic longe usque in campis ultimis.
tr. Vin qui in hac uilla habitat, eius arbitratu fiat hoc?
Gr. Paulisper remitte restem, dum concedo, & consulo.
tr. Fiat. Gr. euge salua res est, præda hæc perpetua est mea.
Ad meũ herum arbitrum uocat me, hic intra præsepeis meas.
Nunq̃ hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum.
Næ iste haud scit quam conditionem tulerit, ibo ad arbitrum.
tr. Quid igitur? Gr. quanquam istuc esse ius meum certe scio,
Fiat istuc potius, q̃ nunc pugnem tecum. tr. nunc places,
Gr. Quanq̃ ad ignotum arbitrum me appellis, si adhibebit fidem
Et si est ignotus, notus, si non, ignotissumus est.

Pennis qd sit. nicillus. Pennem antiqui quonda; uocabant: a qua antiquitate etiam nunc offa porcina: cum cauda in cœnis puris offa pennita uocatur: & penniculi: quis calciamenta tergentur: quod e codis extremis faciebant. Antiq forsitan a pendendo neutrius in tunicularia bubulo significat: penniculo grandi: idest cauda. Fest. peniculi spongeæ longe propter similitudinem caudarum appellatæ. pennes enim uocabantur caudę. ¶ Echinos exugere solet: apparet pennicillum piscem esse: q echinos absorbet. De echino paulo ante abunde dictum. ¶ Ni hunc amittis: subaudi rudentem. ¶ Vt piscem soleo polypum. & polypum: & polypodem tam pro morbo qua pro animali: de quo in aulularia dictum: nã aliter nõ bene coquuntur: nisi diu uerberentur. ¶ Nisi malu; fruisci: ut fruor hanc rẽ: & hac re: ita & fruiscor. Hinc offlectã nauem: idest me conuertam alio naui. ¶ Si tu proreta: idest in prora resides. ¶ Ego gubernator ero: subaudi ex puppe. ¶ Ramenta fies fortunatior: idest in minima parte: quid sit ramenta in bacchidibus dictum. ¶ Et ræte: & oria: idest meo nauigio: ut paulo ante expositum est. Quę ab ora dicta. Sunt autem orę inquit Fest. extreme partes terrarum: idest maritimę: unde & uestimentorum extremæ partes: quæ quia & prima dici possunt: Cecilius in ethrione usus est pro initio rei: quum ait: oram reperire nullam quam expediam: quço. Oram maritimã græci uocant acten: ut ostendit Aulus Geli. lib. xiii. Liuius quoque de secundo bello punico. In ipsis quoque trepidatum nauibus est: dum ne hostes cum suis simul irrumperent: trahunt scalas: orasque: & anchoras ne in moliendo mora esset: præcidunt: multique adnatantes nauibus incerto præ tenebris quid aut peterent: aut uitarent fœde interierunt. Quint. permittam' uela uentis: & oram soluentibus bene præcemus. paulopost in quarto: nauim perspexi: quanti ueheret: interrogaui: de precio conuenit: conscendi: sublatę sunt anchoræ: soluimus oram: profecti sumus: nomen aute; habuit ab eo: qd græci dicunt ωα interposita r littera a latinis: ut in ode anabathon centesimo trigesimo secundo psalmo. τοκαταβαινον ἐπι την ωαν του ἐνδύματος αυτου ὡς δρόσος ἀερμων: idest quod descendit in oram uestimẽti ei': sicut ros aermon. ¶ Fur sum q̃ tu nihilominus. Tritum enim illud est: agentes & consentientes pari pœna puniũtur. ¶ Abi tacitus tuam uiam: idest iter tuum: quod tibi institutum est facito. ¶ Indicassis: pro indicaueris. Iam dudum ero: subaudi conditionem. ¶ Dum concedo: & consulo. Donec ego me contraho: & consilium meum mecum ago. ¶ Intra præsepis meas: idest domum meam: hoc pręsepe: & hęc præsepis. ¶ Abiudicabit ab suo triobolum: non iudicabit: aduersum me sui: eius sum seruus tam minimum q̃ est triobolus præcium trium obolorum. ¶ Ne iste: ne affirmantis est. ¶ Haud scit: nescit inquit: quę nam sit hæc conditio: quam tulit. ¶ Me appellis: me deducis: appelli proprie dicitur nauis in portum. ¶ Si est ignotus notus loco noti habebitur. Sin notus ignotissimus: & si nouerim mihi pro ignotissimo habebitur.

ANSELMVS. ¶ PROreta. Iulius Pollux i primo onomastico libro οἱ δὲ ἐμπλέοντες κυβερνήτης. πρωράτης. ναύτης & quæ secuntur. Item in Ecloge: quę Suidę dicit. πρωράτας τῆς νηὸς καὶ πρεσβευς. a prora. inclinatum uidetur: qui in ea regit nauem. Prora autem: Herodiano auctore ἀπὸ τοῦ προιέναι. quasi πρώιρα. & adscriptum habet. i. porro uerba illa Seruii in tertio Aenei. super illo uersu Sortiti remos: quis esset proreta: quis pedem teneret. in uetusto codice non leguntur. ¶ Reditur ex codici. antiquis: & metri necessitate: ac sententiæ concinnitate: non reditura: ut legunt. ¶ Musitare proprie est dissimulandi causa tacere dictum ab. M. litera pressę nimiũ uocis: ac pene nulli': adeo ut sola omnium cum inter uocales inciderit atteratur: atque subsidat. ¶ Triobolus: & diobolus species sunt atticorum nomismatum. & Diobolus quidem in altera faciem iouis insculptam habuit: in altera noctuã: unde & populari conuicio hodieque nihili hoiem noctuã solemus appellare. in triobolo diobolo tetrobolo antepenult ma extenditur.

SARACENVS. EVpio ædepol. Seruoru; nouam contentionem apud se nem scæna continet de uidulo: quo ille uiso: & inspectis q̃ insuerant ornamẽtis puellaribus: suam agnoscit filiam: sed primum puellas a se abire iubet p̃ uxoris metu. Quam ego: subaudi: uel metuã: uel ab uxore iurgiũ patiar.

Dæmones. Mulieres Palestra. Ampelisca. trachalio. Gripus.

EVpio ædepol, quanq̃ uobis quæ uoltis mulieres,
Metuo ꝑpter uos, ne uxor mea me extrudat ædibus.
Quæ me pellices adduxisse dicet ante oculos suos,
Vos confugite in aram potius, q̃ ego. Mu. perimus miseræ

VALLA. EVpio ædepol. In hac scena dum dęmones mulieribus blanditur: & uxoris suę metuit suspitiones: arbiter efficitur de grippi uidulo: quem cum reclusit: cognouit crepundia filiæ. ac filiam suam palęstram amplectitur. ¶ Me extrudat ædibus: eiiciat amoris suspitione. ¶ In aram: subaudi ueneris.

¶ Opræ

SARA CENVS. Facessere significata

¶O præsfes salue: Lego o præses salue: nam ad illud refertur ex præsidio præsidis: uel potius: quia iudex futurus erat de uidulo. ¶Haud pudet: Loqtur grippus: nõ dæmones: & rursus: ergo abi: hinc sis: sermo cõuenit grippo. ¶Rem facesso: Facessere duplicẽ habet significationẽ: nam idẽ quod facere significat. Virg. & iussa facessunt: & facessere p recedere. facesse hinc tarqnios dixit Liuius: utrũq ergo significatũ Plau. expressit: nã trachalio rẽ facessere se dicit: q si rem suã: & cãm sit acturus: grippus aũt facessas p abeas: & discedas festiuiter ptulit. ¶Qd primarius: Aberrant p fecto: q hunc sermonẽ applicant demoni: sine controuersia uerba sunt Trachalionis per ea: q subsequuntur: & rursus qd tu idem mihi uis fieri: uerba sunt grippi: nõ trachalionis: ut emẽdauim⁹.

dæ. Ego uos saluas sistam, ne timete, sed quid uos foras
Prosequimini? quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam.
Ite inquam domum amabo, nunc iam ex præsidio præsidis.
Gr. O præses salue. Dæ. salue Gripe, quid fit? tr. tuus ne hic
 seruos est?
Gr. Haud pudet? tr. nihil ago tecum. gr. ergo abi hic sis. tr.
 quæso responde senex,
Tuus hic seruos est? Dæ. meus est. tr. hem istuc optume quã
 do tuus est.
Itez saluto te. Dæ. & ego te, tu ne es, qui haud multo prius
Abisti hinc herum accersitum? Tr. ego is sum. Dæ. qui d nũc
 uis tibi?
Tr. Nempe hic tuus est? Dæ. meus est. tr. istuc optume quan
 do tuust.
Dæ. Quid negocist? Tr. uir. scelestus illic ẽ. dæ. qd fecit tibi
Vir scelestus? Tr. homini isti talos suffringi uolo.
dæ. Quid est? qua de re nunc litigatis inter uos? tr. eloquar.
gr. Imo ego eloquar. tr. ego opinor, rem facesso. gr. si qdem
Sis pudicus, hinc facessas. dæ. Gripe animũ aduorte ac tace,
Vt istic prius dicat audi, loquere tu. gr. alieno n prius,
Quam tuo dabis orationem? dæ. ut nequiter comprimitur.
tr. Ita ut occoepi dicere, illum quem dudum lenonem
Extrusisti, hic eius uidulum eccillum.
gr. Non habeo. Tr. negas quod oculis uideo? gr. at ne uide
 as uelim
Habeo, non habeo, quid tu me curas quid rerum geram?
Tr. Quo modo habeas, nihil id refert, iure an ne iniuria.
gr. Ni istum cepi, nulla caussa est, quin me condones cruci.
Si in mari reti apprehendi, qui tuum potiust, q̃ meum?
tr. Verba dat. gr. hoc modo res gesta est, ut ego dico. Dæ.
 quid tu ais?
tr. Quod primarius uir dicat, comprime hunc sis, si tuus est.
gr. Quid tu mihi idem uis fieri, quod herus consueuit tibi?
Si ille te comprimere solitus, hic noster nos non solet.
Dæ. uerbo illo modo ille uicit, quid nunc tu uis? dic mihi.
tr. Equidẽ neq ego partẽ posco mihi istinc de istoc uidulo,
Neq meum hodie esse unq̃ dixi, sed istic inest cistula
Huius mulieris, dudum fuisse quam dixi, liberam.
Dæ. Nempe tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum popula
 rem meam?

VALLA.

¶EX præsidio psidis. i. ope mea: qui sũ uobis pses. Hoc cum audiuisset grippus ait ridẽs: o pses salue. ¶Nihil ago tecum. Quia tu apud dñm. Talos suffringi uolo: p talos sinecdoticos crura itelligim⁹: q̃q tali hoi non esse phibeant: officula q̃ inter pedẽ & crus agni: uel hędi a græcis astragali noiati: qbus etiã lusitarunt ueteres: ut Aristo. in primo de cœlo docet: in numeros ingens iactare astragalos non q̃as: paucos q̃as: Inde Victruuius in colũnis astragalos p similitudinem uocitauit talos illi: quibus in alea lusitamus: cybos uocãt uertendo nos ypsilon in u cubos dicimus: unũ & geometræ figuras illas: q̃ de q̃dratis exurgunt cubos uocant. Vñ & illa q̃ ab Aristote. memorata: cuius & Victruui⁹ meminit de duplicãdo cubo: quę multã sollicitudinẽ diu multis pbuit philosophis: quo pacto p lineas medias proportionales possit iueniri olim ab Apolline oraculo pposita: quo rñdit: tu demũ cessaturã pestem: si aras: q̃ cubi erant: duplicarent: hanc pr̃ meus multis demõstrauit modis aduersus illos: q ridicule: & imperitissime dixerũt: intelligi cubũ duplicẽ ex binario numero octonariũ duplicatum p quadratũ sexaginta q̃ttuor. In numeris eni potentia cubus est unitas: re ãt primus a binario octonarius: ut uiginti & septẽ a trinario: & sexaginta q̃ttuor a quattuor. Quibus q̃ttuor cubis pythagorei: ut inqt Aristo. oia constare uoluerũt. Et q̃m decem cõstãt pportionibus inter se: atq reuinciunt factum eẽ: ut denarius oium numerorũ sit terminus. Cubũ ergo latini hoc mõ dixerunt: officulũ autẽ illud aialium: ut officulũ cernitur astragalũ pariter & talũ. At figurã illam ex osse: qua ludit in aleatã talum q̃ tessaraz dixere absq ullo discrimine. Mart. aũt: ut distinguat significatio talum uocauit q p prie talus est officuluz inter crus & pedẽ: quo etiam lusitari diximus. At tessaraz: quem diximus cubũ a græcis appellari. Nempe quoniã de quadrato: q quattuor habet latera consurgat: a numeroq q̃ ternario tessara appellatus cum inqt. Nõ mea magnanimo depugnat tessara talo. Fest. autem nuger dici solet a castrensib⁹ hominibus: qui nunc cosus is: q talis male ludit. ¶Hinc facesso: idest discedo. Seruii ac Nonii sententia. facesso discedo. Teren. in phor. Hæc hinc facessat: tu molestus ne sies. Cicero. de legibus libro .i. paulisper facessant rogemus. Afranius nolo hic te uideat dominus: puer facesse. hinc Plau. in rudente: siquidem sis pudicus: & quæ sequuntur. ¶Quod herus consueuit tibi. hoc ad impudicitiam pertinet.

Cubũ quid sit.

Facessere qd sit

ANSELMVS

¶TVVS ne hic Seruus? Serui ex eo appellati sunt: quod imperatores captiuos uendere iubent: & per hoc seruare nec occidere solent. Mancipia uero dicta sunt: quod ab hostibus manu capiuntur.

Serui unde dicti

SARACENVS

¶ CISTellam caudeam: Non gaudeam: ex errrore impressorum: opinor: Sunt eni; cistellę caudeæ: siue caudeaceæ: ex iuncis a similitudine caudæ factę. ¶ In me habebit ariola: Dicendũ: an ne habebit ariola: & cum interrogatione legantur. ¶ Hoc habet: Lego hoc habere bene: & uerba sunt dęmonis: non palæstræ. ¶ Video cistella: loquitur palęstra. ¶ Quot posteris postules: corrigo quod postea postules. ¶ Ensiculus: paruus gladius. ¶ Litteratus: Vt supra litteris sculptus. ¶ Ancipes: aciem utrinq; acutam habens. ¶ Maniculæ: & succula: A suendo suculam dixit: uestis est: sed iocose suculam pro sue seruus expressit: Priscianus meminit huius loci. ¶ Volupest: loquitur trachalio.

Sucula uñ dicta

VALLA.

¶ ISTI neq; usui est: idest utilis esse potest. ¶ Suppetias feret: idest adminiculabitur. ¶ Qui suos parentes. Vt suos parentes. ¶ Aurum auro expendetur: pro auro tm̃ auri tradĩt. ¶ Te huius commiserescat mulieris: commiseratione mouearis: ¶ Hæ potuerũt. subaudi mulieres. ¶ Insignite iniq; idest insignis iniquitas aduersum me. ¶ Periurii caput: qui cæteros periurii antecedis. ¶ A me non sentiat: idest aduersum me. ¶ Parum intellexti. pro intellexisti. Vt defiat dies: adueniat nox: quæ dirimat litigium. ¶ Oportet caudeam: idest e caudice factã: non e uiminibus. ¶ Tacita bonast mulier semper q̃ loquens: notanda locutio: ubi quam ponitur: licet comparatiui non sit deriuatio: id autem est: q̃ res rei comparatur. ¶ Quicquid ibi ẽ. subaudi in uidulo. ¶ Cistellam isticci ne esse oportet caudiceam: e caudice confectam. ¶ Singulatim: singula suo nomine appellando. ¶ Ius merũ oras. a iure nihil abest: oras aute; pro agis: unde & oratores dicti actores. ¶ Superstitiosa: aut auriola: superstitiosa; posuit pro ea: quæ spiritu aliquo uexetur. Ariolam pro quacunq; diuinatrice. ¶ Anne abit ariola: nu; cedes diuinatrici. ¶ Hoc bene habet. Ait dęmones. ¶ O mi parentes: hoc propter crepundia dicit. ¶ Cõpegeris: astrinxeris: infixeris. ¶ Perii in primo pręlio: idest in primo congressu: quia uerum dixit. prælium & enim quasi p̃ludiũ est acrioris pugna iminentis. Ensiculust. p̃ ensiculus est. ¶ Dicendum: dũ syllabica adiectio ẽ. ¶ Altrinsecus: ex altera pte. ¶ Securiculi ancipes: p̃ anceps: ut Pri. quoq; legit. Ancipitem uocat: quod utrinq; secet. ¶ Dædalis: a uarietate uidetur nomen habuisse: unde ille dædalus artifex: dędalo si quidem uario significat. hinc dædala circę: & dædala tel⁹ a Vir. Lucretioq;

Oratores actores di ctu fuere

Tr. Admodum, & ea, quæ olim parua gestauit crepundia,
Istic in cistula insunt, quæ istic inest in uidulo.
Hoc neq; isti usus est, & illi miseræ suppetias feret,
Si id dederit, suos qui parentes quærat. Dæ. faciã ut det, tace.
gr. Nihil hercle ego sum isti daturus. tr. nihil peto, nisi cistulã,
Et crepundia. gr. quid si autem ea sunt aurea? tr. quid istic tua?
Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabimus.
gr. Facias aurum ut uideam, post ego faciam ut uideas cistulã.
dæ. Caue malo ac tace, tu perge ut occœpisti, dicere.
tr. Vnum te obsecro, ut te huius commiserescat mulieris.
Siquidem hic lenonis eius est uidulus, quem suspicor,
Hic nisi de opinione, certum nihil dico. gr. uiden
Scelestus is aucupatur. tr. sine me, ut occœpi, loqui.
Si scelesti illius est hic, quoius dico uidulus,
Hæ poterunt nouisse, ostendere his iube. gr. ain ostendere?
dæ. Haud iniquum dicit Gripe, ut ostendatur uidulus.
gr. Imo hercle insignite iniq;. dæ. quidum? Gr. quia si ostẽdero,
Continuo hunc nouisse dicent scilicet. tr. scelerum caput.
Vt tu te es, item censes omneis esse? periuri caput.
gr. Omnia istæc ergo facile patior, dum hic hinc a me sentiat.
dæ. Atqui nunc abs te stat uerum hinc tibi testimonium
Gripe aduorte animum, tu paucis expedi. gr. quid postulas?
tr. Dixi equidem, sed si parum intellexti, dicam denuo.
Hasce ambas, ut dudum dixi, ita esse oportet liberas.
Hæc Athenis parua fuit uirgo surrepta. gr. dic mihi
Quid ad uidulum pertinet, seruæ sint istæ, an libera?
tr. Omnia iterum uis memorari scelus, ut de fiat dies.
dæ. Abstine maledictis, & mihi, quod rogaui, dilue.
tr. Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto uidulo,
Vbi sunt signa, qui parentes noscere hæc possit suos,
Quibus cum parua periit Athenis sicut dixi prius.
gr. Iuppiter te, Diiq; omnes perdant, quid ais ueneficę?
Quid, istæ mutæ sunt, quæ pro se fari non queant?
tr. Eo tacent, q̃ tacita, bonast, mulier semper, q̃ loquens.
gr. Tu pol pro portione nec uir, nec mulier mihi es.
tr. Quidum? gr. q̃a eni neq; loquens es, neq; tacens unq̃ bonus.
tr. Quæso en unq̃ hodie licebit mihi loqui? dæ. si præter hac
Tu uerbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
Tr. Vt id occœpi dicere, eam senex te quæso cistulam
Vt iubeas hunc reddere illis, ob eam siquid postulat,
Sibi mercedis dabitur, aliud quicquid ibi est habeat sibi.
gr. Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse itellegis.
Dudum dimidiam petebas partem. tr. imo etiam nunc peto.
gr. Vidi petere miluom, etiam cum nihil auferret tamen.
dæ. Nõ ego te comprimere possum sine malo. gr. si istic tacet,
Ego tacebo, si iste loquitur, sine me mea pro parte loqui.
dæ. Cedo modo mihi uidulum istum Gripe. gr. cõcredam tibi,
Ac si istorum sit nihil, ut mihi reddas. dæ. reddetur. gr. tene.
Audi nunc iam Palæstra atq; Ampelisca hoc, quod loquor,
Est ne hic uidulus ubi cistellam tuam inesse aiebas? Pa. is est.

dicuntur.

Gr. Perii hercle ego miser, prius q̃ plane aspexit, illico
Eum esse dixit. Dæ. faciam ego hanc rem, nam tibi cistulam
Isticcine esse oportet caudeam in isto uidulo.
Pa. Vbi ego dicam quicquid inerit nominatim, tu mihi
Nullum ostenderis, si falsa dicam, frustra dixero.
Vos tamen istæc, quicquid istic inerit, uobis habebitis.
Sed si erũt uera, tũ obsecro te, ut mea mihi reddãt. gr. placet.
Ius oras meo ꝗdẽ animo. dæ. ac meo hercle. gr. dic mihi,
Quid si ista aut superstitiosa, aut hauriola est, atq; omnia,
Quicquid insit, uera dicet, an ne habebit hariola?
dæ. Non feret, nisi uera dicet, nequicq̃ hariolabitur.
Pa. Solue uidulum ergo, ut quicquid sit, ueꝝ q̃ primũ faciam.
dæ. Bñ hoc hẽt. gr. solutũ ẽ, ah pi, uideo cistellã. dæ. hæccie ẽ.
Pa. Istæc est, o mi parentes, hic uos conclusos gero.
Huc opesq; spesq; uostrum cognoscendum condidi.
gr. Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,
Quæ parenteis tam in angustum tuos locum compegeris.
dæ. Gripe accede huc, tua res agitur, tu puella istinc procul
Dicito quid insit, & qua facie memorato omnia.
Si hercle tantillum peccassis, quod postea postules,
Te ad uerum conuorti, nugas mulier magnas egeris,
gr. Ius bonum oras. tr. ædepol haud te orat, nam tu iniurius.
dæ. Loquere nunc iam puella, gr. animum aduortæ, ac tace.
Pa. Sunt crepundia. dæ. ecca uideo. gr. perii in primo prælio.
dæ. Mane, ne ostenderis, qua facie sunt? responde ordine.
Pa. Ensiculust aureolus primnm litteratus. dæ. dice dum,
In eo ensiculo litterarum quid est? Pa. mei nomen patris.
Post altrinsecus est securicula ancipes, item aurea
Literata, ibi matris nomen in securiculast. dæ. mane,
Dic in ensiculo quod nomen est paternum? Pa. Dæmones.
dæ. Di imortales, ubi loci sunt spes meæ? gr. imo ædepol meæ.
dæ. Pergite obsecro cõtinuo placide. gr. aut ite in malã cruce.
dæ. Eloquere matris nomen hic in securicula quid siet.
Pa. Dædalis. dæ. di me seruatũ cupiunt. gr. at me perditum
dæ. Filiam meam esse hãc oportet Gripe. gr. sit ꝑ me quidem,
Quin te Di omnes perdãt, qui me hodie oculis uidisti tuis.
Meq; adeo scelestum, qui non circunspexi centies
Prius, nequis inspectaret, q̃ retem extraxi ex aqua.
Pa. Post est sicula argenteola & duæ connexæ maniculæ,
Et sucula. gr. quin tu i directa cum sucula & porculis.
Pa. Et bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die.
dæ. Ea profecto est, contineri quin complectar non queo
Filia salue mea, ego is sum, qui te produxi, pater,
Ego sum Dæmones, & mater tua ecca hic intus Dædalis.
Pa. Salue mi pater insperate. dæ. salue, ut te amplector libens.
tr. Volupest, cum istuc pietate uostra uobis contigit.
dæ. Cape dum hunc, si potes, fer itro uidulum age Trachalio.
tr. Ecce Gripi scelera, cum istæc res male euenit, tibi
Gripe gratulor. dæ. age eamus mea gnata ad matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere,

dicuntur. ¶ Postem scitula argenteola: uas aquarium dicit. ¶ Maniculæ: a manica diminutiuum. ¶ Succula: a sue factum uerbu;. ¶ I die recta: idest in crucem erecta. ¶ Bulla aurea. hoc enim prętextatorum puerorum erat insigne a collo ad pectus pendens. ita dicta: q̃ bule græce dicatur consiliũ: aut q̃ eam partem attingeret: in qua naturale manet consilium. aut q̃ ea; ætatem ostenderet alterius regendam esse consilio: nam cum tutores euasissent: hoc insigne deponebant: laribusq; donabant. Persius. Bulla q̃ succinctis laribus donata pependit. hoc insigne ad romanos ab ethruscis peruenisse ostendit Macrobius. ¶ Poterit argumentis: idest signis: ut etiam apud oratores Quintilianus docet. arguere eni ostendere. Iuuenalis. Arguit ipsoru;: quos littera. & rursum. in aure fenestræ arguerint: licet ipse negẽ. ¶ Operam promiscuam: ab omnibus indifferenter datam. ¶ In solo abstrusi loco: occultaui in solitudine.

Bulla quid sit. & unde dicta

¶ TE cõprimere solitus: alludit ad illud: quod nuper dixit Trachalio. Comprime hũc sis: si tuus est: sed uerso intellectu: ut eum obliq; perstrigat tanq̃ impudicum. ¶ Iuppiter te: Ioue; quod Seruus homuncio in excidium alterius serui uocet: q̃si curet ista Iuppiter: succurrit certe Pãpho cuiusda; carmen: q̃d libuit apponere: uerum quoniam parum pro Iouis maiestate uisum est uertere in latinum supersedimus. sic igitur Pãpho. Ζευ κυδιστε μεγιστε θεων ειλυμενε κοπρω. Μηλειη τε και ιππειη και ημιονειη.
¶ Mulier tacita. Sophocles in Aiace Sua: Taciturnitatem ait mulieribus ornamentum afferre.

VGOLETVS ET GRAPA.

Mulieꝝ ornamẽtũ taciturnitas.

VALLA.

PRoh di immortales. Inuẽta filia dæmones exultat lætícia : pleusidippumqꝫ ad se acciri iubet. ¶ Benefactum uolunt: pro benefacere uolũt. ¶ Optatum piis: nam pios amare numina par est.

SARACENVS

ALiquando osculando pausam: Idest requiẽ: unde uerbum pauso: quiesco: desisco. ¶ Porci sacres: Ad sacrificandum idonei: ut in mençchmis dictum est Varrone tradente.

VALLA.

ALiquando osculando: dæmones per trachalionẽ acciri iubet pleusidippum: ut fiant ex palæstra nuptiæ: sꝫ trachalionis responsum odiosum habet semper: licet respondentis. ¶ Pausam fieri. Quiescere. pauo enim quiesco: cuius futurum pauso. ¶ Et porci sacres: apti sacrificiis de his & in menæchmis satis dictum. ¶ Vt me emittat: idest liberum faciat. ¶ Hercules. Adiurantis est: ut supra quoqꝫ diximus Ciceronis astipulatu: sed potest esse: ut herculem inuocet.

Pauo quid sit

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ SAcres porci. Marcus Varro Cuꝫ porci inquit depulsi sunt a mamma a quibusdam delici appellantur: neqꝫ iã lactentes dicuntur: qui a partu decimo die habentur puri: & ab eo appellantur ab antiquis Sacres: quod tũ ad sacrificia idonei primum dicuntur. Laribus porcum facere suetos Plaut⁹ innuit: cui subscribit & Horatius. Ceterum genio (quem unum esse cum lare. C. Flaccus in libro indigitamentorum prodidit) Iunonibusqꝫ non mactari hostias testes sunt Catullus: Tibullus: Persius: Censorinus ceteri.

Sacres qui dicantur

Quæ te magis tractauit, magisqꝫ signa pernouit tua.
Tr. Eamus intro omnes, quando operam promiscuã damus.
Pa. Sequere me Ampelisca. Am. cum te Di amant, uoluptati est mihi.
Gr. Sum ne ego scelestus, qui illuc hodie excepi uidulum,
Aut cum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco.
Credebam pol turbulentam prædam euenturam mihi,
Quia illa mihi turbulenta tempestatæ euenerat.
Credo ædepol inesse auri & argenti largiter,
Quid meliust, q̃ ut hic itro abeã, & me suspendam clanculum?
Saltem tantisper dum abscedat hæc a me ægrimonia.

Dæmones senex.

PRoh Di immortales, quis me est fortunatior,
Qui ex improuiso filiam inueni meam?
Satin, siquoi homini di esse benefactum uolunt,
Aliquo illud pacto obtingit optatum piis?
Ego, quod hodie neqꝫ speraui, neqꝫ credidi,
Ex improuiso filiam inueni tamen,
Et eam de genere summo adolescenti dabo
Ingenuo, atheniensi & cognato meo.
Ego eum adeo accersi huc ad me q̃ primum uolo,
Iussiqꝫ exire huc seruom eius, ut ad forum
Iret, non dum egressum esse eum id miror, tamen
Accedam opinor ad fores, quid conspicor?
Vxor complexa collo retinet filiam.
Nimis inepta atqꝫ odiosa eius est amatio.

Demones. Trachalio seruus.

ALiquando osculando melius est uxor pausam fieri,
Atqꝫ adorna ut rẽ diuinam faciam, cũ itro aduenero,
Laribus familiaribus, quom auxerũt nr̃am familiam.
Sunt domi agni, & porci sacres, sed quid istum remoramini
Mulieres Trachalionem? atqꝫ optume eccum exit foras.
Tr. Vbi ubi erit, cñ iuestigabo, & mecum ad te adducam simul
Pleusidippum. dæ. eloquere ut hæc res obtigit de filia,
Rogato, ut relinquat alias res, & huc ueniat. tr. licet.
dæ. Dicito daturum meam illi filiam uxorem. tr. licet.
dæ. Et patrem eius me nouisse, & mihi esse cognatum. tr. licet.
dæ. Sed ꝓpa, tr. licet, dæ. iã hic fac sis, cœna ut curetur. tr. licet.
dæ. Omnia illicet. tr. licet, sed scin quid est, quod te uolo?
tr. Quod ꝓmisisti, ut memineris hodie ut liber sim. dæ. licet.
tr. Fac ut tu exores Pleusidippum, ut me emittat. dæ. licet.
tr. Et tua filia facito oret, facile exorabit. dæ. licet.
tr. Atqꝫ ut Ampelisca mihi nubat, ubi ego sim liber. dæ. licet.
tr. Atqꝫ ut mihi gratum beneficium factis experiar. dæ. licet.
tr. Omnia ilicet. dæ. licet, tibi rursum refero gratiam.
Sed propera ire in urbem actutum, & recipe te huc rursum. tr. licet.
Iam hic ero, tu in teribi, adorna cæterum quod opust. dæ. licet.
tr. Hercules istum infelicitet cum sua licentia,
Ita meas repleuit aores, quicquid memorabam, licet.

¶ Quam mox:

Gripus piscator. Dæmones senex.

Quam mox licet te compellare Dæmones?
Dæ. Quid est negocii Gripe? Gr. de illo uidulo.
Si sapias, sapias, habeas quod Di boni danunt.
Dæ. Aequom uidetur tibi ut ego alienum quod est,
Meum esse dicam? Gr. quod ne ego inueni in mari?
Dæ. Tanto melius illi obtigit, qui perdidit.
Tuum esse nihilo magis oportet uidulum.
Gr. Isto tu pauperes, quom nimis sancte pius.
Dæ. O Gripe Gripe, in ætate hominum plurimæ
Fiunt trasennæ, ubi decipiuntur dolis.
Atq; ædepol in eas plærumq; esca imponitur,
Quam siquis auidus poscit escam auariter,
Decipitur in trasenna auaritia sua.
Ille qui consulte, docte, atq; astute cauet,
Diutine licet partum bene.
Gr. Mihi istæc uidetur præda prædatum irier,
Vt cum maiore dote abeat, q̃ aduenerit.
Dæ. Ego ne, ut quod ad me allatum esse alienum sciam,
Celem? minime istuc faciet noster dæmones.
Semper cauere, hoc dictum sapientissimum est,
Ne conscii sint ipsi maleficii sui.
Ego mihi quom lusi, nil moror ullum lucrum.
Gr. spectaui ego pridem, comicos ad istunc modum
Sapienter dicta dicere, atq; iis plaudier,
Quom illos sapienteis mores monstrabant populo,
Sed quom inde suam quisq; ibant diuorsi domum,
Nullus erat illo pacto, ut illi iusserant.
Dæ. Abi intro, ne molestus, linguæ tempera.
Ego tibi daturus nihil sum, ne tu frustra sis.
Gr. At ego deos quæso, ut quicquid in illo uidulost,
Si aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis.
Dæ. Illuc est, quod nos neq; seruis utimur.
Nam illic cum seruo si quo congressus foret,
Et ipsum sese & illum furti adstringeret.
Dum prædam habere se censeret interim.
Præda ipsus esset, præda prædam duceret,
Nunc hinc intro ibo & sacrufîcabo, post ibi
Videbo nobis cœnam continuo coqui.

SARACENVS. Quam mox: Quærit seruus hero suo persuadere omnino non omittere: quod obiicitur lucru; ¶ Isto tu pauperes. Istuc tendit illud Persii: digito terebrare salinum. Contemptus pages si uiuere cum Ioue tẽdis. ¶ Trasennæ: Deceptiones: & laquei: est proprie trasenna extentus funis ad aues capiẽdas serui testimonio. ¶ Vt quod a me ablatum: Dicendum: ut quod ad me al latũ. ¶ Vt illi iusserant: Idest monuerant fieri deberi.

VALLA. Qua; mox licet te compellare. Grippus ob compertũ uidulum plenus lætitia: ut in rebus humãis solet euenire: in maximam conuersus ægrimoniam apud dæmonem heruncum stomacho proloquitur. Dii boni danunt: idest dant: qui mihi contulere meam filiam. ¶ Aequum uidetur. interrogatiue legendum est: ac si dicat: iniquu; est. ¶ Nimis sancte pius: ut illud persianum. Varro regustatu; digito terebrare salinum. Contentus per ages: si uiuere cum ioue tẽdis. ¶ Plurimæ sunt trasennæ: idest multi transitus: qd sit hoc uerbũ in bacchidibus expositũ. ¶ Diutine. a diu factum: idest longo tempore. ¶ Cum maiore dote abeat: idest a te discedat maiore cõmodo q̃ tibi commodum afferre potuerit. ¶ Ad me allatum esse alienum sciam celerem: ego inquit furtum cuiusq̃ celauerim: quasi ego fur sim. ¶ Noster dæmones: de se hoc dicit tanq̃ de alieno. Mihi cõlusi. cum me oblectare uolui. ¶ Iam diuorsi domum: idest ad suos se recipiebant. ¶ Et illum furti astringeret: idest sorte aliqua cum illo cõueniret ¶ Prædari duceretur. Aliena rapere putaretur. ¶ Iubebo nobis cœnam conuiuio coqui: idest nuptias fieri.

PIVS BONO. Licet. cum hoc uerbo licet: oppleuit aures meas. ¶ Si sapias: sapias. hic est sensus: si sapies bonam habebis: supra: quod di luculentiorem opulentiam mortalibus nõ largiuntur. est enim sapientia bonum maius: quod dident: & ut inquit Oratius ad summa; sapiens uno minor est ioue. Euripides introducit sapientem hæc loquente;: ego mihi soli impero: nullus aute; hominum: & sententia græca est in hæc uerba. Iocundissimum est fœlicem habere mentem. ¶ Isto tu pauper es: non ob aliam inquit causam pauper es: nisi quot semper nimis pius fuisti: iuxta platonicam sententiam. Odi sapientem: qui primum sibi non est sapiens. ¶ Plurimæ trasenæ. plurimi laquei excipula ad homĩes irretiendos. ¶ Licet partum bene: uir consultissimus tantummodo lucrum iudicat: quod bene: & sancte cautum est. Cætera enim lucra a uiro liberali refugienda sunt. ¶ Prædatum [illegible]er. iri prædatum: hæc enim præda uidularia uidetur mihi deprædari a te ipso: quoniam per leges non licet: quo[illegible]r naufragium nanciscimur statim nobis applicari.

Græca sñia Trasenna quid sit

SARACENVS.

Iterum mihi: Rettulerat iterea pleusidippo rem omnem trachalio: ut inuentæ erant puellæ liberæ: facit ergo adolescēs id: quod gestientes lætitia plærique consueuerunt: qui quod libenter audiunt: sępius sibi recenseri uolunt.

VALLA.

Iterum mihi istęc omnia. ut trachalio hero suo: quæ euenissent exposuit: eadem cupit enarrari nimio elatus gaudio: & pinde inquit. ¶ Iterū mihi istæc oia itera. Amplificationis causa dictum est: iterum: & itera. ¶ Assume quidē. Cape tibi aliud: ne semper censeo dicas. ¶ Eāpse illā: eā ipā: subaudi palęstrā.

SARACENVS. **Recuperatores qui dicantur**

Quis me est: Leno in iudiciū uocatus puellam palæstrā ingenuam agnitā a se abire liberā cōpellitur. ¶ Ad recu. Qui de reb⁹ amissis iudicabāt: de qbus mētionē hūimus i bacchidibus.

SARACENVS.

Nunquid ædepol. Ex uerbis grippi cōquerentis leno tandē pcipicit suum inuentū uidulū: & liberas puellas agnitas. ¶ Quid me itro reuocas: cōuersus forte ad dęmonē: uel ad aliū quēpiā: q illū reuocasset. ¶ Di te amēt: sūt cōtinuata uerba ipsi⁹ lenonis. ¶ Cū irraso capite: qa seruus erat: nā qui fiebant liberi raso capite capiebant: pyleum: ut in amphitryone uidistis. ¶ In mari & alu: lege in mari elui: rursus ubi legit: in marsupio inferunt: dic in marsupio insuerunt. ¶ In Pasceolo: in sacculo ex aluta facto. i. corio: Nonius testat hūc locū. ¶ Magna hercle: tacite ista loquitur: ne audiat a lenone.

Epichysis quid sit

¶ Epichysis: uas est aquā minutatim fundens: qđ Varro idē qđ simplū appellat: siue simpulū: ut ēt ē legere apud Pliniū & festū: qui simpulū uas paruū nō dissimile cyatho facit: Varronis āt ista sunt uerba: a guttis guttū appellauerunt: quod sumebāt minutatiꝫ: a sumēdo simplū noiauerūt: in huiusce locū in cōuiuiis e græcia successit epichysis: & cyathus in sacrificiis remāsit: reliqua apud Noniū inuenies uasorum genera: qui non simplum: nec simpulū: sed simpluuiū dicit. ¶ Num git frigide facit. ¶ Num git frigide factas: qđ uidetur frustrā fieri cū sit calidum git in tertio ordine: uel ut alii dixerunt in secūdo: quod (ut Plinius inqt) alii melanthion: alii melaspermō uocāt: optimum & q̄ excitatissimi odoris: & q̄ nigerrimum: est herba: ut a Dioscoride traditur: quæ in segetibus crescit odore suaui: relaxat enim & calefacit: ad multas ægritudines accōmodatū medicamen. Prę i uerbis. Hoc est prius loquere id: qđ domi est: quasi dixerit se

Git qđ sit

QVINTVS ACTVS.

Pleusidippus adole. Trachalio seruus.

Iterum me istæc omnia itera mi aie, mi trachalio.
Mi liberte, mi patrone, imo potius mi pater.
Repperit patrē Palæstra suū, atque matrē? tr. reppit.
Pl. Et popularis ē? tr. opinor. Pl. & mi nuptura ē? tr. suspicor.
Pl. Censen hodie despondebit eam mihi quæso? tr. censeo.
Pl. Quid patri etiam gratulabor quom illā iuenit? tr. censeo.
Pl. Quid matri eius? tr. censeo. Pl. qđ ergo cēses? tr. qđ rogas,
Censeo. Pl. dic ergo quanti censes? tr. ego ne? censeo.
Pl. Adsume quidem, ne censionem semper facias. tr. censeo,
Pl. Quid si currā? tr. cēseo. Pl. an sic potius placide? tr. cēseo.
Pl. etiā ne eā adueniens salutem? tr. cēseo. Pl. etiam patrem?
Tr. Censeo. Pl. post eius matrē? tr. censeo. Pl. quid postea,
Etiam ne adueniens cōplectar eius patrem? tr. non censeo.
Pl. Quid matrē? tr. nō cēseo. Pl. quid eāpse illā? tr. nō cēseo.
Pl. Peri. delectum dimisit, nunc non censet, quom uolo.
Tr. Sanus nō es, sequere. Pl. duc me mi patrone quo lubet.

Labrax leno.

Quis me est mortaliū miserior qui uiuat alter hodie.
Quem mō dānauit ad recuperatores Pleusidippus?
Abiudicata a me modo est palæstra, perdtius sum.
Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos.
Ita omnes mortales, siquid est mali lenoni, gaudent.
Nunc alteram illam, quæ mea est, uisam huc in ueneris phanū,
Saltem ut eā abducam, de bonis qđ restat relliquiarum.

Gripus piscator. Labrax leno.

Nunq̄ ædepol hodie ad uesperum Gripū ispicietis uiuō,
Nisi uidulus mihi reddatur. La. pii cum mentionem
Fieri audio usq̄ uiduli, quasi palo pectus tundat.
Gr. Istic scelestus liber est, ego, qui in mari præhendi
Rete, atque excæpi uidulum tradere negatis quicq̄.
La. Proh Di imortales suo mihi hic sermone arrexit aureis.
Gr. Cubitum hercle longis litteris signabo usque quaque in urbe,
Siquis pdiderit uidulum cum auro atque argento multo,
Ad Gripum ut ueniat, non feretis istum, ut postulatis.
La. Meū hercle illic homo uidulū scit, qs hēt, ut ego opinor,
Adeundus mihi illic est homo, Di quæso subuenite.
Gr. Quid me ītro reuocas? hoc uolo hic ante hostiū extergeri,
Nam hoc quidem pol e rubigine nō e ferro fabre factum est,
Ita quanti magis extergeo, rutilum atque tenuius fit.
Nam quidem hoc uenatust, uerum ita in manibus consenescit.
La. Adolescens salue. Gr. Di te ament cum irraso capite. La. quid fit?
Gr. Ferrum extergetur. La. ut uales? Gr. quid tu num medicus quæso es?
La. Imo ædepol una littera plus sum, q̄ medicus. Gr. tum tu
Mendicus es? La. tetigisti acu. Gr. uidet digna forma,
Sed quid tibi est? La. hoc pxuma nocte in mari elaui nam
Confracta est nauis, pdidi qcquid erat miser ibi omne.

Gr. quid

Gr. Quid pdidisti? La. uidulũ cũ auro atq; argento multo.
Gr. Ecqd meministi in uidulo qd infuerit? La. quid refert?
Qui periit. gr. nihil, tamen si non hoc, aliud fabulemur.
Quid si ego sciam qui inuenerit, uolo ex te scire signa.
La. Nummi octingenti auri in marsupio primum infuerunt.
Præterea centum mnæ philippicæ in pasceolo seorsus.
Gr. Magna hercle pdast, largiter mercedis indipiscar.
Dii omnes homines respiciunt, bene ego hinc prædatus ibo.
Profecto est huius uidulus, perge alia tu expedire.
La. Talentum argẽti cõmodum magnum inerat in crumena.
Præterea sinus epichisis, cãtharus, gaulus, cyath⁹. Gr. papæ, di
uitias tu quidem habuisti luculentas.
La. Miseþ istuc uerbũ & pessumũ est habuisse, & nihil habere.
Gr. Quid dare uelis, qui istæc tibi inuestiget, indicetq;?
Eloquere ꝓpere, celeriter. La. nũmos trecentos. Gr. tricas.
La. Quadrigẽtos. Gr. tramas putidas. La. qngẽtos. Gr. cassam
La. Sexcẽtos. Gr. curculiũculos minutos fabulare. (glandẽ.
La. Dabo septingẽtos. gr. os calet tibi, num git frigefactas?
La. Mille dabo nũmos. gr. sõnias. La. nihil addo. gr. abi igit᷑.
La. audi.
Gr. Si hercle abiero hic, hic ñ ero. La. uin cẽtũ & mille? gr. dor
La. Eloquere quãtũ postules. gr. quo nihil inuitus addas. (mis.
Talentum magnum, non potest triobolum hinc abesse.
Proin tu uel aias uel neges. La. qd istuc est? necessum uideo,
Dabit᷑ talẽtũ. gr. accede dũ huc. Venus hæc uolo adroget te.
La. Quod tibi lubet, id mihi impera. gr. tãge aram hanc Ve-
neris. La. tango.
Gr. ꝑ uenerẽ hãc iurãdũ ẽ tibi. La. qd iurẽ tibi? gr. quod iubeo.
La. Prei uerbis qd uis, id quod domi est, nunq̃ ulli supplicabo.
Gr. Tene arã hanc. La. teneo. gr. deiura te mihi argẽtũ daturũ
Eodem ipso die, uiduli ubi sis potitus. La. fiat.
Gr. Venus cyrenensis dea te testor mihi.
Si uidulum illum, ego quem in naui perdidi,
Cum auro atq; argento saluom inuestigauero,
Isq; in potestatem meam peruenerit,
Tum ego huic gripo, dico inquito, & me tangito.
La. Tum ego huic gr. po dico Venus, ut tu me audias,
Talentum argenti magnum continuo dabo.
Gr. Quod si fraudassis, dic ut te in quæstu tuo
Venus eradicet. caput, atq; ætatem tuam
Tecum hoc habeto tamen, ubi iuraueris.
La. Illa neget uorsum siqd peccasso. Venus, ueneror te, ut oẽs
miseri lenones sient.
Gr. Tamen flet, & si, tu fidem seruaueris,
Tu hic opperire, iam ego faxo exibit senex.
Eum tu continuo uidulum reposcito.
La. Si maxume illum mihi reddiderit uidulum,
Non ego hodie illi debeo triobolum,
Meus arbitratus, lingua quod iuret mea.
Sed conticescam, eccum exit, & ducit senem.

VALLA.

linguã ad oẽ iusiurãdũ paratã hre.

Nvnquã ædepol. Grippus se se exanimat: excruciatq; ai prędam amisisse: quã in mari nactus fuerat: sed lenoni obuius aliquantum recreatur: quippe qui paciscitur: si ostenderit quis suum habeat uidulum: se ingentem daturũ pecuniã. ¶ Istic scelestus: idest trachalio. ¶ Arrexit auris. effecit: ut libenter audiam. Ter. arrige aures pamphile. ¶ Non feretis istum: non habebitis uobis. ¶ Ante hostiũ extergere: idest purgare rubigine. ¶ In manibus consenescit. Quia quo magis fricatur: eo magis atteritur. ¶ Nu; medicus quęso es: nam medicorum est exquirere alienã ualetudinem. ¶ Tetigisti acu. pupugisti me. ¶ In mari elui. notũ est supra: ut facto naufragio euaserit labrax. ¶ Si nõ hoc: subaudi fabulamur. ¶ In marsupio infuerunt: inerãt in loculis. ¶ Præterea centũ denaria philippea: & hic denarius: & hoc denarium: ut sestertius: & sestertiũ dixerunt ueteres. ¶ Victruuius. Nostri autem primo fecerunt antiquum numerum: & in denario denarios ęris constituerũt: & earũ compositio nominis ad hodiernum diem denarium retinet etiam: quæ qr ta pars: quod efficiebat ex duobus assibus. & tertio semisse sestertium uocitarũt. ¶ In pasceolo seorsus. Nonius: pasceolus ex aluta sacculus. Pla. in rudente. Præterea centũ: &c. Luc. adde syracusis sola pasceolũ aluta. Cato in pansam: pueris in ludis pasceolos furare. ¶ Hinc prędatus ibo. pręda exornat⁹. ¶ Talentum argẽti cõmodũ magnũ. ¶ Quoniam & talentum paruũ trigita librarũ: sicut magnum nonaginta: & inter utrũq; medium: græci talantõ nři uersa a in e littera talentum a põderando nomen habuit. quia põdere ueteres pecuniam metiebantur. ¶ Præterea sinus: prima producta sinus: q; & sinum dicitur uas est: ut etiã in curgulione diximus. ¶ Epichysis: uas dictũ ab epicheo: quod ifundo significat. ergo infundibulum est a nobis dictum. ¶ Cantharus: uas a sonitu infusi: uel effusi liquoris ab oris angustia: ut putat Alexã. aphrodiseus dictũ. ¶ Gaulus. uas. Festus tamen nauigii speciem dicit. ¶ Cyathus: uas ad potandum: ambo: nisi cum cyathus pro acetabuli mensura ponitur: ut inquit Plini. quæ etiam oxibaphus nominatur. ¶ Proꝑe celeriter: amplificatiõis cã utrũq; positum est. ¶ Trichas: responsum cõtemnentis est: idest crines: ita nãq; græci uocant. ¶ Tramas putridas: idest fila putrefacta. trama ut inquit Varro: q; trameet frigus dicta. ¶ Cassam glãdem: idest inanem. Appellatione glã/

Denarius & denariũ ueteres dixere

Sinũ qd sit

dis:ut Plinius etiam testatur:arborum fœtus dicuntur:qui sunt inter teneri:& duri corticis fructus:idest iter pomas & nuces:ut sunt castaneæ:græci balanon uocant:unde & mirobalanon dicimus non modo unguentum balaninum: sed etiam fructum.glandem etiam medici uocant uirilis membri apicem ut Celsus.Curguliunculos minutos fabulare:hoc est nihil dicis:ꝙ curguliunculi nullius momenti sint. ¶ Num git frigefactas. Columella.in.vii. Interdum fastidio ciborum languescit pecus: eius remedium est genus sæminis:quod git appellatur.Plinius in.xx.inquit:tradunt in dolore dentium adalligatum brachio:qua doleat compescere dolorem git.ex græcis alii melathion:alii melaspermon uocant:optimum q̃ excitatissimi odoris:& q̃ nigerrimum:medetur serpẽtium plagis:& scorpionũ.Galenus autem medicus:Melantium inquit calefacit:& arefacit in tertio ordine omnino:ubi intẽdere:ac abstergere:arefacereq;:& calefacere opus sit longe utilissimum est medicamẽ.prouerbialiter ergo pictum.git frigefactas:cũ os caleat:quia id fieri non potest. ¶ Talentum magnum.subaudi des:ut minus triobolus non absit. ¶ Tange aram hanc ueneris.Iureiurando grippus astringit lenonem. ¶ Deiura.i.ualde iura. ¶ Viduli:ubi sis potitus.potior hanc rem: hac re:& huius rei.ut reꝝ potiri uolũt:& apud Solinũ reru; potiebãt in lybia:ita & hic. ¶ Si frau.pro fraudaueris. ¶ Venᵉra.radicitᵘte pdat. ¶ Illa ne.hęc secũ labrax pecasso:ꝓ peccauero. ¶ Rediderit:i mea ptãte ut sit exfecerit.

ANSELMVS Cubitũ longis literis ¶ CVbitum longis literis: hoc est cubitalibus:alibi Plautus:nomina in sunt cubitum longis literis. Cubitus pedes duos habet:pes digitos sexdecim. Vel cubitum signabo:idest angulos: & quos ancones dicimus.nam prominentias seu flexus ab humani corporis ducta si militudine solemus cubitos appellare:quemadmodũ & genua. unde genua liguriæ emporium. Vt sit mens: signabo unumquẽq; cubitum:seu angulum per uniuersam ciuitatem: & quotquot offendero uiarum flexus.longis literis:utpotæ: quæ legi a sellulariis possint.unde omnes sciant me uidulum reppetisse: consuetudo nostra quoq; tempestate cognitissima. ¶ E ferro:temperati ferri quatuor genera.Chalybdicum.Sinopicum.Lydium.Laconicum.Sinopico & Chalybdico ad fabrilia magis utimur.Laconicum ad limas:terebras: characteres:& statuariam accõmodum.Lydiũ & ipsum ad limas:gladios:nouaculas:& spicula.ut Daimachus notauit trigesimoquinto libro, Poliorceticorum cõmentariorum:nascitur & in Pãnonia: sine cote lucidissimum:unde νωροπα χαλκον. ¶ Ex codicibus antiquis:& metri necessitate:non denaria. ¶ Mnæ philippicæ:æditio Merulæ denaria Philippia ueriori lectione:ut arbitror.De his in Trinũmo pauca.Cæterum Plauti usq̃ antiquissimos fodices uidisse se Vgoletus negat doctus uir & diligens:qui omnes fere orbis librarias euoluit.sed isti talia non attingũt. των δ᾽ υ᾽ξγ εσι σφυρον ορθον ανεστη. ¶ Talentum argenti sexaginta minas atticas continet: auri tres atticos aureos. ¶ Epichysis:legendum Epiclisis ex Varrone. ¶ Gaulos ογυτον ᾧ pastoricium uas:quo lac colligitur:itẽ machina ad hauriendam aquam ex puteo.Item uas uinarium e lignis:qua; Itali Manganan appellant.ex quo usurpatum uerius q̃ proprie positum uidetur. ¶ Venus Cyrenensis. Venerem propter lenonem dixit: alioqui Palladem colunt Cyrenæi: quam Gorgonem dicunt prout Dianam Thraces Bẽdian: Cretes Dictynã: Lacedæmonii Vpin: feceruq; illi Phorcyn statuam auream quadricubitam: Auctore Palæphato.

Gaulus qd Manganan

SARACENVS.

SEquere me:fine; comœdię factur9author:omnia reddit tranquilliora: uidulus lenoni datur cu; thesauro grippusq; libertate donaᵗ. ¶ Qui cum habeam:Duplici exceptione uitᵗ leno:nõ teneri:scilicet ad iusiurãdum: & quia in dolo malo sit istipulatus: & quia non idoneus ad stipulandum:quod tamen dictu; est per iocũ. ¶ Aliost opus: loquitur rectius ibi dęmones q̃ leno. ¶ Fide lenonia. Quasi ꝙ lenoni liceat promissa non seruare. ¶ Dandu; huic:scilicet mihi. ¶ Si aliã credam perdidi:idest si rursus credidero:& dictis fidem præbuero:utiq; ero deceptus. ¶ Tibi mu.si licet uerbum mutilum integrum reddere:legerem tibi mutuas:uel tibi mutuam das.s.operam. ¶ Ni datu.ni pro certe. ¶ Polluti: porro lauti:nã polluo q̃si porro lauo.

Pollio unde dicatur VALLA.

SEquere hac. Adducit grippus dæmonem herum suum: ut restituat lenoni uidulu;: impetrat leno: ęgre tamẽ ob hoc assumitur id pecuniæ: quo grippus libertati possit uindicari. ¶ Salua sistentur: ut in tua potestate firmabuntur. ¶ Tibi ex sententia:idest ut cupiebas. ¶ Benigne: liberaliter. ¶ Quæ hæc factio est: idest quod negocium: exposuimus etiam supra: quæ alia significet hoc uerbu; uel ciceronis in topicis astipulatu. ¶ Rei

Gripus piscator. Dæmones senex. Labrax leno.

SEquere hac ubi istic leno? & heus tu hẽ tibi hic habet uidulum,
Dæ.Habeo, & fateor esse apud me, & si tuus ẽ,habeas
Oia,ut quicquid infuere, ita salua sistentur tibi, (tibi
Tene si tuust.La.o Di immortales meust,salue uidule.
Dæ.Tuus ne est?La.rogitas,siquidem hercle Iouis fuit,meust,
Dæ.Omnia insunt salua,una istinc cistella excepta est modo
Cum crepundiis quibuscũ hodie filiam inueni meam.
La.Quá?Dæ.quæ fuit Palæstra,ea filia inuentast mea.
La.Bene me hercle factum est,quom istæc res tibi ex sententia
Pulchre euenit, gaudeo.Dæ.istuc facile non credo tibi.
La.Imo hercle ut scias gaudere me, mihi triobolum
Ob eam ne duis condono te.Dæ.benigne ædepol facis.
La.Imo tu qdẽ hercle uero.Gr.heᵘ tu iã hẽs uidulũ?La.habeo.
Gr.ꝓpera.La.qd ꝓperabo?Gr.redderẽ argentũ mihi.La.neq;
Aedepol tibi do,neq; quicq̃ debeo.Gr.quæ hæc factio est,
Non debes?La.nõ hercle uero.Gr.nũ tu iuratus mihi es?
La.iuratus sum,& nunc iurabo, si quid uoluptati est mihi.
Iusiurandum seruandæ rei,non perdundæ conditum est.
Gr.Cedo sis mihi talentum magnum argenti periurissume.
Dæ.Gripe quod tu istum talentum,possis?Gr.iuratust dare.
La.Libet iurare,tu ne pontifex periurio es?
Dæ.Qua pro re argentum promisit hic tibi?Gr.si istũ uidulũ
Redegissem in potestatem eius,iuratus dare

Mibi

Mihi talentum magnum argenti.La. cedo qui cum habeam
iudicem
Ni dolo malo instipulatus sis,ni ne etiam dum siem
Quinq; & uigiti natus annos.gr.habe cũ hoc.dæ.aliost opus
Iam ab istoc auferre, haud sciam si istunc condemnauero.
Promisisti huic argentum?La fateor.dæ.quod seruo meo
Promissum est meum esse oportet,ne ut leno postules
Te hic fide lenonia uti non potes seruanda est fides.
Gr.Iam te ratus nactum hominem,quem defraudandũ dares.
Dãdum huic argentũ est ꝓbũ,id ego cõtinuo huic dabo, adeo
me ut hic
Emittat manu.dæ. quãdo ergo tibi benignus fui,atq; hæc tibi
Opera sunt mea seruata.gr.imo hercle mea,ne dicas tua.
Dæ.Si sapies,tacebis,tum te mihi benigne itidem addecet
Benemerenti beneferre gratiam.La.nempe pro tuo
Iure oras.dæ.mirum quin tuum ius meo periclo expetam.
Gr.Saluos sum,leno labascit,libertas protenditur.
Dæ.Vidulum istic ille inuenit,illud mancipium meum est.
Ego tibi hunc porro seruaui cum magna pecunia.
La.gratiam habeo,& de talento nulla caussa est,quin feras
Quod isti sum iuratus.gr.heus tu mihi ergo dato,si sapis.
Dæ.Tacen an non?Gr.tun meã rem simulas agere,tuam agis
Non hercle istoc me interuortes,si aliam prædam prændero.
Dæ.Vapulabis si uerbum addes istuc unũ.gr.uel hercle enica,
Non tacebo unq̃ alio pacto,nisi talento comprimor.
La.Tibi operam hic quidem dat.gr. tacebo.dæ. concede hoc
tu leno.La.licet.
Gr.Palã age,nolo murmurillũ neq; susurrum fieri mihi.
Dæ.dic mihi,quanti illam emisti tuam alteram mulierculam
Ampeliscam?La.mille nummos denumeraui.dæ.uin tibi
Conditionem luculentam ferre me?La.sane uolo.
Dæ.diuiduum talentum faciam.La.benefacias.dæ. pro altera,libera
Vt sit,dimidiũ tibi sume,dimidium huic cedo.La.maxume.
Dæ.Pro illo dimidio ego altero Gripum emittam manu,
Quem propter tu uidulum,& ego natã inueni.La.benefacis,
Gratiam habeo.gr.q̃ mox mihi argentum ergo redditur?
Dæ.Res soluta est Gripe, ego habeo.Grip. hercle, at ego me
mauolo
Dæ.Nihil hercle hic tibi est,ne tu speres,iusiurandi uolo
Gratiam facias.Gr.perii hercle,nisi me suspendo,occidi.
Nunq̃ hercle iterum defraudabis me quidem post hunc diẽ.
Dæ.Hic hodie cœnato leno.La.fiat,conditio placet.
Dæ. Sequimini intro, spectatores, uos quoq; ad cœnam uocem,
Ni daturus nihil sum,neq; sit quicq̃ pollucti domi.
Ne ue adeo uocatos credam uos esse ad cœnam foras.
Verum si uoletis plausum fabulæ huic clarum dare,
Comessatum omnes uenitote ad me ad annos sedecim.
Vos hic hodie cœnatote ambo.La.fiat.dæ.plausum date.

reseruandæ.i.tuendæ facultatis meæ. ¶ Pontifex periurii es:idest præs: ne tanq̃ pontifex periuriis. Varro sacerdotes uniuersi a sacris dicti pontifices ut Sceuola:qui pontifex maximus dicebatur.Dicebatur a posse & facere ut pontifices ego a ponte arbitror. Nã ab iis sublicius est factus primum:& restitutus sæpe. ¶ Dolo malo instipulatus sis:quia & bonus dolus est. Instipulor actiue & passiue:ut assentior.ut etiam Priscianus docet. Est autem stipulari per legitimam interrogationem ꝓmittere. Arguit autem leno legitimam nõ esse stipulationem secu;:quippe quod uiginti & quinq; annos necdum adierit. ¶ Quinq; & uiginti natus annos: sunt plęreq; constructiones per elipsi; enuntiatæ hoc modo: ut natus tot annos pridie calendas:tertio nonas. Hic soluendo non est: & similia:quæ certe omnia recepit latinitas:etia; si minus grãmatica. ¶ At scin.sed an scis leno subaudi. ¶ Meo periculo:meo damno ac si dicat:stultum fuerit:ut ius tuũ expetam in meum damnum. ¶ Leno labascit:idest uacillat. ¶ Portenditur:significatur. ¶ Tibi minitor:interrogatiue legendum est:ut dicat non. Me interuortes:idest falles. ¶ Alia credita.i. quæ tibi credidi. ¶ Nisi talento cõprimor.i. talentũ detur:ut taceam. ¶ Nolo ego murmurillum:idest murmuratione:ut Nonius interpretatur:ut idẽ: quid murmurilas tecum: ac te discrucias paulo post. ¶ Conditionem luculentam: pactum splendidissimum. ¶ Diuiduum talentum facia;: idest in duas partes ęquales diuisum. Huic cedo:Da.grippo. ¶ Quid murmurilas tecum ac te discrutias:ita dęmones ad grippum:quę desunt in codicibus hęc uerba consequitur hic hodie cœnato. ¶ Comessatum:idest epulatum : unde hoc aduerbium dictum superius.

Pontifex
uñ dicatur

Murmurilare qd sit

¶ PROtenditur:scribe pertenditur. Aut sim si istuc.corrige:ausim si istuc. opus est inquit labrax me ab hoc grippo auferre:quod ausim:si primu; dãnauero. Videris enim cohærenter insistere instar polypi:qui tenet:arcet: coartat. ¶ Tibi mu.menda ridicula.puritas plautini salis ita restituẽda:simulas agere tu am agis:uideris inquit mi hi fauere:cum me quæras etia; hoc talento ductitare:& circunuenire. ¶ Inter uortes.disturbabis:captabis: supplantabis. ¶ Concede hoc.pro concede huc. ¶ Diuiduum talentum facia;: diuidam talẽtum:& uos partiario tractabo. ¶ Polluctí:pollucibilis: & splẽdidi:& luculenti:hinc uerbu; pollucere:pollucibiliter:hoc est magnificẽter: & splenditer opsonare. Pollucibilitas

PIVS BONO.

lautitia. ¶ Comessatum. post cœnam uenite indultum dapibus nostris: immo procœniis.

ANSELMVS

Iusiurādū quid

Dolus malus quid

IVSIVRandum summi deorum honor est proprius: ut Apuleius ait. Nam & iusiurandum dicit Ennio auctore. Quocirca Bacchis Terentiana sic loquitur. Aliud si scirem: qui firmare meam apud uos fidem sanctius q̃ iusiuran dum id pollicerer tibi Laches. ¶ Dolo malo. Dolum malum Seruius quidem ita diffinit. machinationem quādam alterius decipiendi causa: cum aliud simulatur. & aliud agitur. Labeo autem ait posse sine simulatione id agi: ut qs circūueniatur: posse & sine dolo malo aliud agi. & aliud simulari: sicuti faciunt qui per huiusmodi dissimulationē deseruiunt: & tuentur: uel sua uel aliena. Itaq̧ sic ipse diffiniuit. Dolum malum esse omnem calliditatem: fallaciam machinationem: ad circumueniendum: fallendum: decipiendū alteruꝫ: adhibita. Labeonis diffinitio uera est. ¶ Mu tuas. supplendum uidetur. ac si dicat: tibi cōmodas rem meam: quum mihi debeatur: & ita uersus ratio: & sententiæ integritas constat: non tibi agis. ut Pius insulsus contra metricam rationem. & uerum sensum corrigit: ridiculam in terim mendam existimans. ¶ Prendeo: non perdidi scribendum quoq̧ censuimus ad uerum sensum respicientes & solidum: nam ex dictione perdidi: nullum electum elici posse putauimus.

Instichum Argumentum.

SARACENVS.

SEnex antipho filias duas nuptum dederat epignomo & pamphilippo fratribus: quidam mercatum abe unt: absunt domo triennium: pater iubet non ferre filias moram diutius. filiæ ut moratæ censent expectā dos uiros: adueniunt tandem fratres locupletes domum: qui cum rem bene gessissent in soceri reueniunt gratiam: stichus epignomi seruus itidem reueniens domum cū stephanio sua atq̧ sagarini conserui ama sia perpetuum in amoribus: ac epulis concelebrant diem.

Argumentum in stichum.

VALLA.

ANtipho filias duas panagyrim: & pinaciuꝫ nuptum locauit fratribus duobus Pamphilo & epicnomo: qui absumptis male opibus peregre ierunt: ut mercaturis sese reficerent. Antipho puellarum pater cum uidet hos diutius abesse domo: metuens maritis ipsis cum filiabus agit: ut alios maritos accipiant. renuunt filiæ ac expectandos esse maritos ducunt: redeunt mariti domum locupletes hilariter ab omnibus excipiunt. Gelasimus parasitus præbet ludos aduenientibus. Sagarinus. & stichus interim secedunt seorsum a domi nis suis: ac cum stephanio ancilla sese oblectant.

Nominum etymologiæ.

ANtipho. aduersitor dici potest: quia anti contra: & phone uox dicitur. ¶ Panegyris. Vndiq̧ cōgregatio. nam & hoc nomine feriæ nuncupantur. pan. enim omne significat: & agyro me congrego: q̧ sua constan tia in admirationem agat multos. ¶ Pinacium: quia pinax pinacos tabula: ergo pinacium diminutiuum tabella: in quam respiciant homines tanq̃ in tabellam. ¶ Dinacium: quia dineo: & dineuo uerto signifi cat & dimi dicitur uertex: uertit nāq̧ sese uarie. Aut si aliter scribatur: quia dinotis dicit̃ astutia: & dinos astu uehe meus: perastutus enim describitur. ¶ Crocotium. ancilla: quia crocizo tum neo tuꝫ nexo significat. ¶ Gelasimus: pa rasitus: quia gelos gelotos risus: & gelo rideo significat. ¶ Stephanium. corolla. stephanos enim corona dicitur: & stepho uerbum corono. ¶ Sagarinus: quia sagaris lingua persica ensis: ac seruile nomen est: ut apud Virgili. Sagaris phægeusq̧ ferebāt. ¶ Stichꝰ: quia stichos uersus dicitur: unde distichum: tetrastichum: hexastichum: & similia dicimus: & stichos ordo militaris: struit enim qd fieri oporteat. ¶ Pāphilippus quia pan significat omne: & philippos studiosus equorum dicitur. ¶ Epicnomus: recognitor: nā epicnosis dicitur recognitio.

SARACENVS.

SEnex: Antipho. ¶ Filias: panagyrim: & pinacium. ¶ Viros: Pamphilippum & epignomum. ¶ Delenit: Placat antipho. s. a filiis.

VALLA.

SEnex. subaudi antipho. ¶ Castigat filias. panegyri & pinacium. ¶ Quod hæ uiros. pamphilippum: & epicnomum. ¶ Tam perseuerent pertinaciter amando. ¶ Peregrinantis. peregre exites. ¶ Delenitur. mitigatur antipho a filiabus. ¶ Quos semel. maritos. ¶ Opibus aucti transmare. transmarinis opibus locupletati. ¶ Sticho ludus datur. quia domino re bene gesta redierunt incolumes seruo licentio se agere concedit sticho.



M. ACCII PLAVTI STICHVS.

ARGVMENTVM.

SEnex castigat filias, q̧ hæ uiros
Tam perseuerent peregrinánteis pauperes
Ita sustinere fratres, neq̧ relinquere.
Contraq̧ uerbis delenitur cómodis,
Habere sineret, quos semel nactæ forent.
Viri reueniunt opibus aucti transmare.
Suā quisq̧ retinet, ac STICHO ludus datur.

Credo

SARACENVS. GRAPA.

Credo ego: Moratæ mulieres uirorum absentium moram non tantum conquerũtur q̃ quadam animi pietate sufferunt. ¶ Penelopam: Quæ maritum ulyssem annos uiginti constãtissime: pudicissimeq; expectauerat redeuntem. ¶ Vitæ saturant: Idest uitam fastidiunt. ¶ Diuidiæ: Tedio. ¶ Nos participant: Nos monent: nos certiores reddunt. quid rerum agant.

Credo ego miseram fuisse penelopam. Consilium binæ uxores sorores binorum fratrum inter se ineunt ne maritos suos deserant: utq; patri abalienare cupienti respondeant.

PRIMVS ACTVS.

Panægyris. & Pinacium sorores.

Credo ego miseram fuisse Penelopem soror suo
Ex animo, quæ tandiu uidua uiro suo caruit.
Nam nos eius animum de nostris factis noscimus,
Quarum uiri hinc absunt, quorumq; absentum negociis
Vt æquom est solicitæ noctes & dies soror sumus
Semper. Pi. nostrũ officiũ nos facere æquom est, neq; id magis
Facimus, q̃ nos monet pietas, sed hic soror mea,
Adsis dum, multa uolo tecum loqui de re uiri.
Pa. Saluæ ne amabo? Pi. spero quidem & uolo, sed hoc soror, crucior,
Patrem tuum, meumq; adeo, unice qui unus ciuibus
Ex omnibus probus perhibetur, eum nunc improbi
Viri officio uti, uiris qui tantas nostris absentibus
Facit iniurias imerito nosq; ab his abducere uolt.
Hæ res uitæ me soror saturant, hæ mihi diuidiæ & senio sunt.
Pa. Neu lachruma soror, neu tuo id aio fac, quod tibi tuus pr̃
Facere minatur, spes est eum melius facturum, ego
Noui illum, ioculo istæc dicit, neq; ille sibi mereat
Persarũ montes, qui esse aurei perhibentur, ut istuc faciat
Quod tu metuis, tamen si faciat, minime irasci decet.
Neq; id imerito eueniet, nam uiri nostri domo ut abierunt,
Hic tertius annus. Pi. ita ut memoras. Pa. cũ ipi interea uiuãt,
Valeant, ubi sint, qd agant, neq; participant nos, neq; redeũt.
Pi. An id doles soror, quia illi suum officium non colunt.
Quom tuum facis? Pa. ita pol. Pi. tacesis, cauesis audiam
Ego istuc, caue posthac ex te soror. Pa. nã qd iam? Pi. quia
Pol meo animo omneis sapiẽteis suũ officiũ æquom ẽ colere,
Et facere, quãobrẽ ego te hoc soror, tametsi es maior, moneo,
Vt tuum memineris officium, etsi illi sint improbi,
Atq; aliter nos faciant, q̃ uxores suas æquom est uiros,
Tamen pol neqd magis simus omnibus obnixæ opibus. decet
Nostrũ officiũ nos meminisse. Pa. placet, taceo. Pi. at memi-
Facito. Pa. nolo ego soror, me credi esse imemorẽ uiri, (neris
Neq; ille eos honores mihi quos habuit, perdidit.
Nam pol mihi grata, acceptaq; huius est benignitas,
Et me quidem huius conditionis nunc non periit, &
Neq; est, cur studeam nunc has nuptias mutarier.
Verum postremo hoc in patris potestate est situm.
Faciundum id nobis. quod parentes imperant. Pi. scio,
Atq; in cogitando mœrore angor, nam iam propemodum
Ostendit suam sententiam. Pa. igitur quæramus quid opust.

¶ Miseram fuisse penelopam: ulyssis uxorem: quæ ad uiginti annos marito caruit suo ulysse: dum apud troiã residet decem annis. Dum totidem tẽpestatibus act9 uagatur per maria. Penelopam more antiquo dixit. Respuebant enim uetustissimi græcas declinationes. ¶ Adsis dum. nolis quoq̃ secedere. ¶ Saluę ne amabo: idest dic si me amas: res nostrorum uirorum sunt ne saluæ. i. incolumes: qui dixerat sedere uiri uelle secũ loqui: & hoc ex affectu dictum. ¶ Ex omnibus probus phibetur: Inter omnes ꝓbus existimat̃. ¶ Iure me soror saturant. ut ius inquit ipsũ postulat: me satiant. Si autem legas uitæ: ut in omnibus fere impressis codicibus legitur. Hic erit sensus. Hæ res faciũt: ut uitæ satietas me capiat. i. ut cupiã finire uitã. ¶ Diuidiæ: idest molestię. Et senio. i. tedio. Neuius in gallinaria. operæ quę actor: cautor cursor: senium: sonticũ. Actius in epinausimache. Mors amici subigit quod mihi est seniũ multo acerrimum. Pomponius in præcone posteriore. Calue apportas nuncium nobis disparem diuisum huic seni senium: & metum. Luc. sat. libro. xv. In numero quorum nunc primus trebellius miltos tyros lucios marcescebat febris senium uomitum plus. Turpil. in demiurgo. Quia enĩ odio: ac senio mihi nuptię. Pacuuius in periboea. Metus: egestas: mœror: senium: exiliũq;: & senectus: & sitis perpetua. ¶ Tuo id animo male fac. noli inquit tristari: quod pater facit. ¶ Mereat persarum montes. Si a maritis inquit nostris nos abduxerit: thesauros non merebitur persarum: uel non hoc faceret: ut mereat: idest acquirat illos montes aureos: quos esse apud pſas aiũt eosq; grypheas: idest picos incolere: ac custodire perhibent: de quibus diximus in aulularia. ¶ Caue posthac ex te. subaudi: ut tale aliquid audiam. ¶ Aequum est colere: & facere. hoc dicit suum est sapientis: ut exerceat suum officiũ: ac faciat: q̃ si mariti non faciunt nostri: ęquũ non est: ne nos faciamus. ¶ Atq; aliter in nos faciant q̃ æquum est: idest si cõtra nos delinqunt: nec suo erga nos fungantur officio. ¶ Et me quidem hæc conditio nunc non periit. Legitur hic locus trifariam. & mi pro mihi: uel apud me: uel me non præterit. ¶ Omnibus obnoxiæ opibus. ne propter opes illos dſeramus. ¶ Ne hercle. iurãtis est: & una pars orationis. ¶ In patris potestate. ut de nobis faciat quid uelit. ¶ Facto usus fuit. Quid opus facere.

SARACENVS.

Qui manet: Antipho in ea perstans uoluntate: ut filiæ nuberent: neq; diutius non redeuntes uiros expectarent: domu; ornari iubet: seruos monet supellectilem omne; parari: ni uelint cædi uerberibus: qui ergo manet: idest expectat uidelicet segnis seruus. Quot Kalédis: Pro singulis Kalendis. Monumentis bubulis: Scuticis: quę ex corio fiant bubulo. Maiorem filiam. scilicet panegyrim: ad cuius domum altera soror concesserat. Cum nihil meruisse arbitror: cũ nulla inquit causa uel ratio suadeat: ut scilicet uelim ipsas inuitas cogere: ut nubant. Perplexim: Inuolutim. Exorabile est: scilicet qđ petimus uel exorabilis: scilicet pater. Os obturẽt omnibus. Vt minime de se obloquantur honestissime uiuendo. Ne faciat qđ pigeat: & propterea: ut prius caueant q̃ pœniteant. Mihi authores: Mihi suadent: & cohortantur. Latrones: satellites: & propterea infimę cõditionis homines. Primariam: Potiorem & meliorem. Crocotium. nomẽ ancillæ.

VALLA.

Qui manet: ut moneatur semper. Antipho filias uisurus suas: domo proficiscens suũ seruos cõmouet officiũ. mox tristi facie: non tam animo filias adit: quas inuenit in eo persistere proposito: ut a suis minime abduci maritis cupient: & ne ipse quidem secus moliri se uelle ostendat. Voluntate id facere meminit sua: non meminit p se: sed flagellis cogit̃ meminisse. Habitu haud probus est. habitu enim probus solus laudabilis. quia uirtus habitus est optimus: ut philosophi definiunt: sicut uitiu; habitus pessimus: qui simulate enim probus: is fraude; gerit non ergo probus. Quotquot chalendis: idest cunctis mẽsim principiis: primi dies mensium nominati chalendę: ut Varro inquit ab eo: ꝙ his diebus calentur eius menses. Demensu; cibũ. Certa uobis mensura traditum: ita eni ueteres: unde & libripendia quæ cibu; pendebat seruis. Monumentis commonefaciam bubulis. In memoriam adduxero uobis scuticis ex corio bubulo confectis. Facite sultis: pro si uultis. Vox enim increpantis est. Ennius. Pandite sultigenas: & corde relinquite somnum. Inde uocatote: nempe a meæ filiæ domo. Hic sese malint: id est potius cum maritis suis esse qui peregre ierunt. Potiusq̃ alio nubere. Aut alio p aliis: ut prisci declinauerũt: aut aduerbium est ut sit nubere eundo alio. Minime uolo turbas: nolo pturbationes mihi pberi. Id raciocinor.

Virt? qđ sit

Antipho, Panegyris. Pinacium filiæ.

Qui manet, ut moneat̃ semp, seruos hõ officiũ suum
Nec uolũtate id facere meminit, suos is hitu haud p
Vos méministis quot kalẽdis petet̃ dimẽsũ cibũ. (bũe.
Qui minus meministis, quod opus sit facto, facere in ædibus!
Iam quidem in suo quicq; loco ni erit mihi sitũ supellectilis,
Quom ego reuortar uos monumentis cõmone faciã bubulis,
Non homines habitare mecum mihi uidentur, sed sues.
Facite, sultis, ut nitidæ ædes meæ sint, quom redeam domum.
Iam ego adeo, ad meam maiorem filiam inuiso domum.
Si quis me quæret, inde uocatote, aut iam egomet hic ero.
Pi. Quid agimus soror si offirmabit pr̃ aduorsũ nos? Pa. pati
Nos oportet, quod ille faciat, quoius potestas plus potest.
An. Si manere hic sese malint, potiusq̃ alio nubere,
Non faciant, quid mihi opus decurso ætatis spatio, cum eis
Gerere bellum, quom nihil, quãobrem faciã, meruisse arbitor!
Minime uolo turbas, sed hoc mihi optumum factu arbitror.
Principium ego quo pacto cum illis occipiã. id ratiocinor.
Vtrũ ergo perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
Quasi nunq̃ quicq̃ in eas simulẽ, quasi nihil audiuerim
Eas in se meruisse, an potius temptem leniter,
An minaciter? scio liteis fore, ego meas noui optume,
Exorando, aduersando, sumendam operam censeo.
Pi. Gratiam si a patre petimus spero ab eo impetrassere.
Aduersari sine dedecore, & scelere summo haud possumus.
Neq; ego factura sum, neq; tu ut facias consilium dabo,
Verum ut exoremus, noui ego nostros, exorabilist.
An. Sic faciã, assimulabo quasi aliquã culpã in sese admiserit.
Perplexibiliter earum hodie perpauefaciam pectora.
Post id agam igitur deinde, ut aius erit meus, pacem faciam
Multa scio facienda uerba. ibo intro, sed aperta est foris.
Pi. Certo enim mihi paternæ uocis sonitus aureis accidit.
Pa. Is ecastor est, ferre aduorsum hominẽ occupemus osculũ.
Pi. Salue mi pater. An. & uos ambæ, illico agite abscedite.
Pi. Osculũ. An. sat est mihi osculi uostri. Pi. q amabo pater!
An. Quia ita meæ aiæ salsuræ uenit. Pi. asside hic pater.
An. Non sedeo, istic uos sedete, ego sedero in subsellio.
Pi. Mane puluinũ. An. bñ pcuras, satis sic fultum est mihi.
Pi. Sine pr̃. A. qd opust? Pi. opust. An morẽ tibi gerã, atq; hoc
Pi. nunq̃. n. nimis curare possunt parentẽ suum filiæ. (satis ẽ.
Quom, æquius est nos potiorem habere te, postidea uiros
Nostros, qbus uoluisti nos esse matres familias.
An. Bõas ut æquom est facere, facitis, quom tñ absenteis uiros
Perinde habetis, quasi præsenteis. Pi. pudicitia est pater,
Eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.
An. nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus?
Pa. nullus præter nos, teq;. An. uostrũ animum adhiberi uolo.
Nam ego ad uos nunc imperitus rerum, & morum mulierum,
Discipulus uenio ad magistras, quibus matronas moribus,
Quæ optumæ sunt, esse oportet, sed utraq; ut dicat mihi.

Pa. Quid

Pa. Quid istuc quod huc exquæsitum mulierum mores uenis?
An. Pol ego uxorem quæro, postq̄ uostra mater mortua est.
Pa. Facile inuenies & peiorem, & peius moratam pater,
Q uam illa fuit, meliorem neq3 tu reperies, neq3 sol uidet.
An. At ego ex te exqro, atq3 istac tua sorore. Pi. ædepol pater,
Scio, ut oportet esse, si sint, ita ut ego æquom censeo.
An. Volo scire ergo, ut æquō cēses. pi. ut p urbē quō ambulēt,
Omnibus os obturent, nequis merito maledicat sibi.
An. Dic uicissim nunc iam tu. Pi. quiduis tibi, dicam pater?
An. V bi facillume spectatur mulier, quæ ingenio est bono?
Pa. Q uoi malefaciūdi est potestas, quæ ne faciat it temperat.
An. Haud male istuc, age tu altera utra sit conditio pensior,
Virginem, an uiduam habere? pi. quanta mea sapientia est,
E malis multis, malum quod minimū est, id minimū est malū,
Q ui potest mulieres uitare, uitet, ut quotidie
pridie caueat, ne faciat, quod se pigeat postridie.
An. Q uæ tibi mulier uidetur multo sapientissuma?
pa. Quæ tum, quom res secundæ sunt, se poterit noscere,
Et quæ æquo animo patietur, sibi esse peius, q̄ fuit.
An. Aedepol uos lepide tentaui, uostrumq3 ingenium.
Sed hoc est quod ad uos uenio, quodq3 ambas conuentas uolo.
Mihi auctores ita sunt amici, ut uos abducam hinc domum.
pa. At enim uos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.
Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportuit,
Aut nunc non æquom est abduci pater, illisce absentibus.
An. Vos ne ego patiar cum mendicis nupas me uiuo uiris?
pi. placet ille meus mihi mendicus, rex suus reginę placet.
Idem animus in paupertate est, qui olim in diuitiis fuit.
An. Vos ne latrones & mendicos homines magnipenditis?
pa. Non me tu argento dedisti opinor nuptum, sed uiro.
An. Quid illos expectatis qui abhinc iam abierunt triennium?
Q uin uos capitis conditionem ex pessuma primariam?
pa. stultitia est pater uenatum ducere inuitas canes.
Hostis est uxor pater, inuita quæ ad uirum nuptum datur.
An. Certum ne est neutram uostrarū persequi imperiū patris?
pi. persequimur, nam quo dedisti nuptum, abire nolumus.
An. Bene ualete, ibo atq3 amicis uostra consilia eloquar.
pa. probiores credo arbitrabunt, si probis narraueris.
An. Curate igitur familiarem rem, ut potestis optume.
pa. Nunc placet, quom recte monstras, nūc tibi auscultabimus.
Nunc soror, abeamus intro. pi. imo interuisam prius domum,
pa. Si a uiro tibi forte ueniet nuntius, facito, ut sciam.
Neq3 ego te celabo, neq3 tu me celassis, quod scies.
Eho Crocotium, parasitum Gelasimum huc arcessito,
Tecum adduce, nam illum ecastor mittere ad portum uolo.
Si quæ forte ex asia nauis heri, aut hodie uenerit.
Nam dies totos apud portum seruos unus assidet.
Sed tamen uolo interuisi, propera actutum, atq3 huc redi.

mecum argumētor. & colligo disputatione: syllogismus enim græce latine dicitur raciotinatio. ¶ Perplexim lacessam orationem: idest perplexe: ac inuolucre loquendo. eliciam ut dicant: quod sentiunt. ¶ In eas simulē: aduersum eas confingam. ¶ Exorando: oratione impetrando. ¶ Aduersando: ipsis obsistendo. ¶ Sumendā operam censeo. Moliēdum mihi puto sane censeo: ut multa uerba a Prisciano annotantur: ita hoc secu3 dæ coniugationis: & quartæ est. Cum secundæ supinum facit censum: ut censui præteritum. Quartæ autem censiui censitum. hoc quia remotius est cōprobabimus. Cicero pro archia. Est. n. obscurum proximus censoribus hūc cum clarissimo imperatore. L. Lucullo apud exercitū fuisse: superioribus cum eodem quæstore fuisse in asia: primis iulio & crasso nullam populi partem esse censitam. Claudianus Prisca recensitis euoluite sæcula fastis. ¶ Ab eo impetrasse. i. impetratum ire. ¶ Exorabilis est. est huiusmodi ut flecti orationem possit. ¶ Perplexabiliter. per inuolucra loquendo. ¶ Perpauefaciam: magnu3 pauorem incutiam. ¶ Occupemus osculū. patrem aduenientem osculemur. ¶ Sat ē mihi osculi uestri. Qui amabo mi pater qd̄ inter cognatos: propinquosq3 institutū ab antiqs est: maximeq3 fœminas. Hæc uerba festus opponit: dum interprætatur dici osculu3 sauium. ¶ Animæ salsura uenit. noxia ariditas ita ac aī molestia. ut sal nimius in cibis offendit. ¶ Ego sedero in subsellio: in sede humiliore. ¶ Mane puluinum. expecta ut pluuinum tibi subiiciamus: quo melius sedeas. ¶ Satis sic fultum est. Concine habet sic ut sedeā. ¶ Aequs est: pro æquum est. ¶ Nos potiorem non habere quāte neminem patri p̄ferre. ¶ Auceps auribus: qui tanq̄ auceps captat auiculas: ita quisq̄ est nequi auribus uerba nostra excipiat. ¶ Omnibus os obturent: idest occludant: ne ullum uerbum modo loquātur. hoc enim proprium pudicæ mulieris. ¶ Merito maledicat sibi: quia immerito quiuis potest. ¶ Haud male istuc. leptote figura est. hoc est bene respondisti. ¶ Conditio pensior: idest plurisacienda: nam quod pōderosius est in re bona: id melius. ¶ Pridie caueat: cautionem adhibeat die priore: quam nisi adhibuerit: postero die pigeat. Aliter authores sum?. Aliter uobis esse faciendum existimamus. ¶ Cum mendicis. cum maritis uestris: qui oīa bōa sua concoxerunt. ¶ Ex pessuma primariā. Cur non inq̄t permutatis fortunā uestram: cum possitis ex infima in eā: quæ primu3

Syllogism⁹ qūo latine dicatur

teneat locum. Inuita: una pars est orationis: idest reluctans: ac repugnans. Arbitrabuntur. subaudi idem: quod non. Interuisam domum. Interim uisam: quid domi agatur. Tu me celassis: pro celaueris. Mittere ad portum uolo. subaudi parasitum gelasimum. Volo interuisi. Interim perspici. subaudi a parasito.

ANSELMVS. Dimẽsum cibũ quid

DImensum cibum. Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mẽse: & id Dimensum dicebatur: utrũ a me se: an a metiẽdo incertũ. sensus est. meministis utiq; singulis kalẽdis cibũ petere quare & officii uestri nõ meministis: his moribus oẽs fere seruos experimur: ut nõ ab re a Varrone dictũ: plures dños serui comedunt q̃ canes.

SARACENVS

FAmem fuisse: Egregie inducitur famelicus parasitus: cuius perpetua est oratio de fame: & egestate. Matri meo: Vel matri meæ: uel uẽtri meo. Solere elephantum grauidam perpetuos decẽ esse annos: Hoc iocose expressum est a parasito tanq̃ a uaniloquo: & mendace: nam de tẽpore quo elephãtus ferat uteꝝ satis docet Aristo. in vi. de natura aialiũ inquiens: elephantus tã mas. q̃ fœmina incipit coire ãno ætatis uigesimo: ferendi uteri tẽpus alii annum & sex menses: alii triẽnium statuũt: eã quãobrem incertum hoc sit: q̄ nõ pateat coitus: parit enitẽs posterioribus cruribus: & statim pullus cũ natus ẽ: cernit: & ambulat. Gelasimo nomen: Quod interprætatur rindiculus a gelao uerbo. i. rideo. Quia paupẽtas fecit: Ita Iuuenalis: Nihil hẽt durius in se: de pauptate locutus: q̃ q̄ homines ridiculos facit. Oẽs artes p docet: Persius: ingeniiq; largitor uẽter.

De partu elephantis

VALLA.

FAmem fuisse suspicor matrem mihi. Dum gelasimus q̃ritur secũ: se saturarẽ nũq̃ potuisse: missa crocotiũ ancilla ludit hominem: ut dicat ab hera sua acciri: ut in magna ei subueniat inopia: cũ tamẽ illa non id: sed ad portum uellet mittere. Quam ego matri meæ refero inuitissimus: maxime inquit inuitus matri meæ fami refero gratiam: siquidem: ut illa me: ita ego illam in aluo iampridem gesto. Aridi dolores: sicut illi dolores ex humore: ita mihi ex ariditate oboriuntur. Vænalis ego sum: ut saturer me uẽdã. Cum ornamentis: omnibus armamentis.

SECVNDVS ACTVS.

Gelasimus, parasitus. Crocotium ancilla.

FAmem fuisse suspicor matrem mihi,
Nam postq̃ natus sum, satur nunq̃ fui,
Sed quam ego matri meæ refero inuitissumus,
Ea mihi nunq̃ retulit mater gratiam.
Nam me illa in aluo menses gestauit decem,
At ego illam in aluo gesto plus annos decem.
Atq; illa puerum me gestauit paruolum,
Quo minus laboris illam cœpisse existumo,
At ego non pauxillulam in utero gesto famem,
Verum hercle multo maxumam, & grauissimam.
Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie.
Sed matrem parere nequeo, nescio quomodo
Audiui sæpe hoc uolgo a multis dicier.
Solere elephantum, grauidam perpetuos decem
Esse annos, eius ex semine hæc certo est fames
Nam iam complures annos utero hæret meo.
Nunc si ridiculum hic hominem quæret quispiam,
Venalis ego sum cum ornamentis, omnibus
In animentis supplementum quærito.
Gelasimo nomen mihi indidit paruo pater,
Propter paupertatem hoc adeo nomen repperi.
Quia iam inde a pausillo puero ridiculus fui.
Eo quia paupertas fecit ridiculus forem,
Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.
Per annonam caram dixit me natum pater,
Propterea credo nunc hic esurio acrius.
Sed generi nostro hæc reddita est benignites,
Nulli negare soleo, siquis me esum uocat.
Oratio una interiit hominum pessume,

Armamentũ quid sit

Conditiones uænalium fere exponit. in re. n. aliqua uænali ita loqui insueuimus. sicut. n. arma cuiuslibet exercitũ sunt instrumẽta: ita armamentum illoꝝ congregatio. Armamentarium locus: ubi ea cõtinentur. ex in supplimẽtum quod complendi causa additur. A pusillo puero: ridiculus fui. risum oibus eliciebam. nam gelao rideo significat. Illa omnes artes perdocet: paupertas inq̄t facit: ut omnia facile perdiscamus. Ita Persius: magister artis: ingeniiq; largitor: uenter negatas artifex sequi uoces. Per annonam caram. singulorum annorum reditus annonæ nomen habent. Oratio una interiit omnium pessima: quã oẽs pessimam putant: ut me ad cœnam uocent.

ANSELMVS. Elephãtes unde dicti

SOLEre elephantũ. Plinius secundus libro octauo naturalis historiẹ: ubi de elephãtis. decẽ annis gestare in aluo inq̄t uulgus existimat. Aristoteles biẽnio. Elephãtes Enni9 Lucas boues dixit: uel a libycis. uel ab Lucãis: uel uti. M. Varro putat: a luce: quã pp inauratos regios clypeos lõge inducebãt. libri quoq; elephãtini dicuntur Vopisco. in quibus senatus cõsulta: q̃ ad principes pertinebant: scribebantur. Elephãtina neq; nõ urbis nomen haud procul a Thebis ægyptiis: ut tradit Herodotus. Eodẽ nomine ĩpudica mulier celebratur: eadẽ: ut arbitror: & Elephãtis. q̃ nouissime astyanassam æmulata est: uti et Philẽnis. uñ tabellæ: uel in Priapæis epigrãmatis: uel apud Martialem. ex Elephantidos libellis. quibus cœnacula Tiberius Cæsar instruxisse Tranquillus retulit in litteras plutifariam dispositam tabellis: ac sigillis: lasciuissimarum picturarum: & figurarum. Astyanassa uero: quam diximus Elephãtinẽ: Elephantida imitatam ancilla fuit Helenæ Menelai: primaq; in coitu ostendit quas græci κατα κλίσεις uocant. libros etiamnum conscripsit περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν. quæ sane ideo reliquimus pro cuiusq; ingenio interprætanda. ut pudori legentium maxime parceremus.

VOLO

¶ VOLO inq̃ fieri:sunt ista uerba eorum:qui prius parasitum non tantum ad cœnas inuitabant:sed ire cogebāt. ¶ Vicarium:sermonem:scilicet loco prioris:quo blandiuscule compellebat. ¶ Ni ue repleuerit:si cœnassit domo: le/gerem:ni te repleueris:si cœnassim domi:uerbum est:quo exploditur:parasitus a iuuentute:nam illi parasitū utiq; sinerent multo cibo repleri:si cœnarent domi:& illud ni pro certe intelligatur. ¶ Auctionem prædicem ipse: Meuę nalem præbeam absq; præconis uoce. ¶ Vt uenire:ut uendaris:ad se ipsum locutus. ¶ Sed curiosi: Detestatur eos: quibus plus sit negocii de re aliena q̃ sua:qui cum aliquem uideant suorum bonorum facere auctionem: ab illo causam perquirunt:quare id faciant:an scilicet sint conuiuium paraturi: an æs alienum soluturi:uel uxori dotē redditur:ipse autem parasitus ultro uult causam suæ egestatis:& futuræ auctionis propalare.

SARACENVS.

Atq; optuma hercle meo animo & scitissuma,
Qua ante utebantur,ueni illo ad cœnam,sic face.
Promitte uero,ne grauare,est commodum.
Volo inq̃ fieri,non amittam,quin eas.
Nunc reppererunt ei uerbo uicarium,
Nihili quidem hercle uerbum,ac uilissumum
Vocem te ad cœnam,nisi egomet cœnem foris.
Ei hercle ego uerbo lumbos defractos uelim.
Ni ue repleuerit,si cœnassit domo.
Hæc uerba subigunt nunc me,ut mores barbaros
Discam,atq; ut faciam præconis compendium.
Itaq; auctionem prædicem ipse,ut ueniem.
Cr. Hic ille est parasitus,quem accersitum missa sum.
Quæ loquitur auscultabo,priusq̃ colloquar.
Ge. Sed curiosi sunt hic quamplures mali,
Alienas res qui curant studio maxumo,
Quibus ipsis nulla est res,quam procurent,sua,
Ei,quando quem auctionem facturum sciunt,
Adeunt.perquirunt quicquid fiet causæ illico,
Alienum æs cogat,an pararit prandium,
Vxor insit reddenda dos deuortio.
Eos omneis tametsi hercle haud indignos iudico.
Qui multum miseri sint,laborent,nihil moror.
Dicam auctionis caussam,ut animo gaudeant,
Nam curiosus nemo est,quin sit maleuolus.
Ipse egomet quamobrem non auctionem prædicem?
Damna euenerunt maxuma misero mihi,
Ita me mancupia miserum affecerunt male.
Potationes plurimæ demortuæ.
Quod adeo cœnæ,quas defleui,mortuæ.
Quod potiones mulsi,quot autem prandia,
Quæ inter continuum perdidi triennium,
Præ mœrore adeo miser,atq; ægritudine
Consenui,pene sum fame ipsa emortuus.
Ridiculus æque nullus est,q̃ dum esurit.
Nunc auctionem facere,decretum est mihi.
Foras necessum est quicquid habeo uendere.

VALLA.

¶ ATq; optia hercle meo animo. Ego autem qui seorsum ab illis sen/tio optimā esse reor orationē. ¶ Veni illo ad cœnam.hæc est illa oratio: quam gelasimus probat quā interiisse autumat. ¶ Sic face.uerba sunt inuitantis:urgentisq;: ut adueniat: & quæ sequunt̄ omnia eo tendūt. ¶ Est commodum:subaudi: ut aduenias. non amittam.Instātis adhuc uerba: & tenentis manu. ¶ Quin eas: subaudi mecum ad cœnam. ¶ Nunc repererere ei uerbo: idest ei orationi. ¶ Vicariū:idest quod uices illius gereret. ¶ Vocem te ad cœnam.hoc est uerbum:quod illius prioris uices gerit. ¶ Nisi egomet cœnem foris. hoc est cur nō admittor. ¶ Ei hercle ego uerbo lumbos defractos uelim.ei inquit orationi quæ hanc excusationem sumit:uelim lumbos defractos.i.abolitos:ut id uerbū nusq̃ audiat. ¶ Eiq;. subaudi uerbo. ¶ Ni me repleuerit:si non satiauerit. ¶ Si nō cœnassim domi.uerba sunt recusantis cœnā præberi parasito.Interpunctim legenda est hæc oratio.nam ubi:si non:dicit̄. subaudiendum est:institerit: qui me inuitat. ¶ Cœnassim domi.Cœnauerim domi:& tu mecum. ¶ Vt mores barbaros discā. rusticos scæuos. ¶ Faciam præconis compendiū.prę conis non utar clamore ad auctionē faciendā:ut fere mos est:sed ipse ego de me prædicem auctionem:me inq̃ esse uenalem. ¶ Qui curāt studio maximo. ¶ Qui studiosi magis rerū alienarum sunt q̃ suarum. ¶ Alienu; æs cogitat:exquirūt inquit: an quispiā ære alieno grauatus.dū uelit æs alienum dissoluere faciat auctionem. ¶ Vxori insit reddenda.quæ subaudi diuortio abierat dos restituenda. ¶ Dicam auctiōis causam.i.cur me uænalē faciā. ¶ Mancupia miseꝝ affecerunt male.me serui inqt in hāc miseriā detruserūt:itaq; memorat cuiusmodi hæc sint mācipia. ¶ Potatiões plurimę demortuæ:subaudi mi hi hæc multitudo una mancipioꝝ. ¶ Quot adeo cœnæ:q̃s defleui mortuæ.ac si dicat multæ.ordoq; uerboꝝ est:ꝙ adeo mortuę cœnæ:q̃s defleui:& hæc alia uis mācipioꝝ. ¶ Quot potiões mulsi:subaudi mortuę. ¶ Quot aūt prādia.oia hæc interrogāter:& cū amplificatiōe legenda sunt. ¶ Præ mœrore:ob mœrorem tot mortuoꝝ. ¶ Consenui:senio confectus sum.

¶ SCitissuma ex copi.antiquis & metri necessitate:non satis sum ma:ut ineptissime legūt Pius:& Sarra. iterptes. ¶ Parasitus:hoc uocabulo eo significatu:quo nūc passim accipimus:primus usus ē Epicharmus:deide Alexis Co/micus.antiquiores sacrorum ministrum sic appellabant.In Sicilia autem (quoniam in parasitos incidimus) edacitatis sacellum: & cibi simulacrum: e contra Tarentini ieiunii solennitatem instituerunt: quæ νηστεια diceba/

ANSELMVS. Parasitus

Agite si uoltis, præda erit præsentium.
Iocos ridiculos uendo, agite licemini,
Qui cœna possit? ecqui possit prandio?
Hercules te amabit. prandio? cœna tibi?
Ehem adnuistin? nemo meliores dabit.
Nullos meliores esse parasitos sinam,
Vel unctiones græcas, sudatorias.
Vel alias malis, malacas, ampullarias.
Cauillationes, assentatiunculas,
Ac periuratiunculas parasiticas,
Rubignosam strigilem, ampullamq; rubidam,
Parasitum inanem, quo recundas reliquias.
Hæc uenisse mihi iam est opus, quantum potest,
Vt decumam partem ex uoto herculi polluceam,
Cr. Ecastor auctionem facit haud magni pretii.
Adhæsit homini ad infimum uentrem fames.
Adhibo hominem. Ge. quis hæc est, quæ aduorsum it mihi?
Epignomi ancilla hæc quidem est Crocotium.
Cr. Gelasime salue. Ge. non est id nomen mihi.
Cr. Certo mecastor it fuit nomen tibi.
Gel. Fuit, desertum, uerum id usu perdidi.
Nunc Microtogros nomine ex uero uocor.
Cr. Ecastor risi te hodie multum. Ge. quando, aut quo in loco?
Cr. Hic cum auctionem prædicabas. ge. pessuma,
Ehon audiuisti? Cr. te quidem dignussumam.
Ge. Quo nunc is? Cr. ad te. ge. quid uenis? Cr. Panægyris
Mea hera rogare iussit te opere maxumo
Vt mecum simitu ires ad sese nunc domum.
Ge. Ego illo mehercule uero, eo quantum potest,
Iam ne exta cocta sunt, quod tarmis fecerat,
Cr. Illa quidem nullum sacruficabit. ge. quomodo?
Quid igitur me uolt? Cr. tritici modios te decem
Rogare opinor uolt. ge. me ne, ut ab sese ab petam?
Cr. Imo hercle ut abste mutuum nobis dares.
Ge. Negato esse quod dem, nec mihi, nec mutuum,
Neq; aliud quicq̃, nisi hoc quod habeo pallium.
Præter unam linguam quoq; etiam uenditariam.
Cr. Hau nulla tibi lingua est quæ quidem dicat, dabo.
Ge. Veterem reliqui eccam illam, quæ dicat, cedo.
Cr. Malum tibi Di dent. ge. hæc eadem dicit tibi.
Cr. Quid nunc? iturus an non? ge. abi sane domum.
Iam illo uenturum dicito, propera, atq; abi.
Demiror quid illæc me adse accersi iusserit.
Quæ nunq̃ iussit me ad se accersi ante hunc diem.
Postq̃ uir abiit eius, miror quid fiet.
Nisi ut periculum fiat, uisam quid uelit.
Sed eccum Dinacium eius puerum, at hoc uide
Satin ut facete, atq; ex pictura hic astitit.
Næ iste ædepol uinum poculo pauxillulo
Sæpe exantlauit submerum scitissume.

Curiosus q — tur. Vt Hælianus in omnifaria histo ria. ¶ Curiosus maliuolus: ex quo Doctiss. Poeta Catullus. ¶ Quæ nec pernumerare curiosi possint: nec ma la fascinare lingua. ¶ Trãquillus de Augusto. Na; & Pinarium eq. ro. cũ contionante se admissa turba paga norum apud milites subscribere quę dam animaduertisset: curiosum: & speculatorem ratus coram confodi imperauit.

SARACENVS — ¶ LICEmini: Liceri & item licitari est precium in uẽditionibus augere.

Licitari qd sit — ¶ Qui cœna poscit? ecq poscit pran dio? Scilicet parasitum emere: & sibi uænalẽ habere: uel una tantũ cœna: uel prãdio. ¶ Strigilem ampullam: Quæ instrumenta sunt balnearia: de quibus in superioribus meminimus. ¶ Parasitum inanem: Vacuũ: & fa melicum. ¶ Decumam partem her culi polluceã: Diximus supra bono rum ueteres herculi decimas dicasse: causamq; huius rei quæsitam fuisse a Plutarcho nũc monemus: quid sit pollucere. i. libamẽta offerre: & dedi care. ¶ Micotrogus: Idest micas co medẽs. i. famelicus. ¶ Quod tramus fecerat: Lego quot annis fecerat. i. sa crificauerat: ex sequẽtibus lectione; probo: nam dicit hodie nullũ sacrifi cabit. ¶ Exantlauit: Potius ita legen dũ arbitror q̃ exãclauit: est exantlare

Exantlare quid sit — teste Fest. haurire a græco uerbo ant lao haurio: liuius: florẽ antlabãt libe ri ex carchesiis: igit̃ exantlauit: hau sit: si autẽ exãclauit. i. superauit: sed nõ ita q̃drat: cũ sensus sit: puer; sępi⁹ bibere solitũ: ita ut cũ puo poculo ma gnã uini mensuram hausisse dicat.

VALLA. — ¶ PREAda erit p̃sentiũ. Vendã p̃ sentibus. ¶ Licemini: p̃tiũ indicite: li ceor. n. ut uocẽ passiuã h;: ita actiuã significatione;: liceor. n. te dicimus. Persius: & centũ græcos curto centus se licet. Liceo aũt passiuę significatio nis: ut liceo a te tãti: uel pluris. At li cet ipersonale uerbũ licitũ est: & licet cõiũctio. i. quis. & licet aduerbiũ cõ firmãdi: ut in rudẽte sæpius hac uo ce repetita ad cõfirmãdũ. ¶ Qui cœ na possit. i. quis ad cœnã exigit me. ¶ Cœnati ibi. An ibi cœnatis. ¶ Hẽ Adnuistin. p adnuistis: hoc ẽ: assensi estis. Vel cãtiones gręcas: qa effœmi natiores. Sudatorias: q̃ sudores excu tiãt mihi dũ cano: uel q̃ adhibebunt in aliẽo sudore. ¶ Malachas. i. mol les. ¶ Ampullarias. i. quib⁹ in balnei fruaris: ubi ãpullæ: & strigiles adhi bẽt corpib⁹. ¶ Cauillatiões: urbãe di cta: q̃ quẽpiã ludãt. ¶ Periuratiuncu las. ubi pasitica fiãt piuria. ¶ Rubi ginosã strigi. de q̃ abũde supra dcm̃ q̃ in balneis utebant̃ ad corpus strin

gendũ: cum

gēdū: cū punxissent. ¶ Ampullā rubidā. In q̄ oleū: uel potius rubrū unguētū: quo corpus pfundat: ut rubidā sit ap
positū: quo distinguat ab olearia: q̄ unguētaria ē. ¶ Parasitū inanē: quo recōdas reliqas. i. tanq̄ in armario repōas:
qd reliquū e mēsa sublatū est. ¶ Hæc uenisse: uēdita eē. ¶ Herculi polluceam. pro pollicear: ut ipse ioui hercules deci
mas psoluebat: uel polluto. i. lauto sacrificio herculi decimā psoluā: cur autē herculi decima psolueretur docet Plu.
¶ Adhæsit hoi. astitit pasito fames. ¶ Fuit desertū. ¶ Interpuncti distinguēdū. est. n. sensus: fuit qdem hoc mihi no
mē: sed desertū: hoc est ē me destitutū. ¶ Nūc micotrogus noior. i. paruula quæq;: ut grana comædē: a mica. n. fit &
trogo comedo. ¶ Mecū simitu. i. simul. ¶ Eo q̄tū pōtiq̄ celerrime fieri possit. ¶ Quæ hesterna fecerat. Ex eis: quę he
sterna die supfuerāt: nisi forte legas: termifecerat. i. calefecerat. nā termō græce calidū dr: uñ tremopolium: ubi cali
dū uēdit. ¶ Quid igit me uolt. Cur me ad se acciri iubet. ¶ Linguā: quo ēt uēditariā. i. ad uēdendū expositā. ¶ Ve
terē reliq. subaudi linguā. q̄ dicat dabo: qm̄ dare nihil possum. ¶ Hæc eadē dicit tibi. sensus ē: hæc lingua mea dicit
eadē tibi: q̄ tu mihi: nēpe malū tibi dii dent. ut periculū fiat. Aliqd experiat. ¶ Ex pictura astitit. i. ut picturā te spe
ctare putes. ¶ Ne iste ædepol: ne certe. ¶ Vinū poculo pauxillulo. Ironicos. i. ingenti: uel ne negantis est: ut sit non po
culo pauxillulo. ¶ Scitissime: astutissime. Sub metrum. sub mensura: uel sub merum: idest fere purum. ¶ Exantlauit:
idest exhausit. Antlao enim aurio: exantlo exhaurio dicunt græci: nam exanclare aliud est: significat enim perpeti:
uel superare: ut etiam Nonius docet. Cicero academicorum libro quarto: credoq; clitomacho ita scribenti: ut hercu
li quendam laborem exanclatum. est ergo sensus: dinacium mihi ebrii effigiem refert.

Termopolium qd sit

SARACENVS.

Dinacum puer. Gelasimus parasitus.

MErcurius Iouis qui nuncius perhibet, suo nunq̄ æq;
Patri nūciū lepidū attulit, q̄ ego nūc meæ heræ nūcia
Itaq; onustum pectus porto læticia lubentiaq;. (bo.
Neq; lubet nisi gloriose, quicq̄ proloqui, profecto
Amoenitates omnium uenerum & uenustatum affero.
Nimisq; superat mihi atq; habundat pectus meum læticia.
Propterea Dinacium hortare pedes, honesta dicta factis.
Nunc potestas tibi adipiscēdi est gloriam, laudē, decus, egēti
Heræ subueni, benefacta maiorum tuorum exauge,
Quæ misera expectatione Epignomi uiri est aduentu.
Proinde, ut decet, amat uirū suū cupide, nunc Dinaciū expedi,
Age, ut placet, curre, ut lubet, caue quēq̄ flocci facias.
Cubitis depulsa de uia, tranquillam uiam concinna,
Si rex obstabit, obuiam regem peruortito ipsum.
Ge. Quidnam dicam, Dinacium lasciuibundum tam lubenter
Currere? harundinem fert, sportulamq;, & hamum piscarium.
Di. Sed tādem opinor, æquius est heram mihi supplicem esse.
Atq; oratores mittere ad me, donaq; auro, & quadrigas,
Qui uehar, nam pedibus ire non queo, ergo num reuortar?
Ad me iri prius, & supplicari egomet mihi censeo æquom.
An uero nugas censeas, nihil esse, quod ego scio nunc.
Tantum a portu apporto bonum, tam gaudium affero grāde.
Vix ipsa domina, hoc nisi sciat, exoptare a dis ausit ipsis.
Nūc ultro hoc deportē, haud placet, neq; id uero officiū ego
Hic hoc uidet mihi magis meo huic nūcio cōuenir. (arbitror.
Aduorsum ut ueniat, obsecret, se ut nuncio hoc impartiam.
Secundas fortunas decent superbiæ.
Sed tandem cum recogito, qui potuit scire, hæc scire me.
Heram ex moerore eximam, benefacta maiorū meum exaugeā.
Atq; illam augeam ex insperato oportuno mō, cōtundā facta
Talthybii, cōtemnāq; ois nūtios, siīq; ad cursurā meditabor

MErcurius: Puer dinaciu;
forte cū iuisset ad portu;
conspexit naui introeun
tē portū: & epignomū he
rum: cuius reditū heræ nunciaturus
multa ex lętitia pfat. ¶ Ripisq; supe
rat: Translatio a fluminibus: q̄ excre
scētia prętereunt ripas. ¶ Talthibii:
Qui maximus nūcius fuisse perhibe
tur a græcis: de quo homerꝰ sępe mē
tionē habet: & item dictis cretensis.

VALLA.

MErcurius iouis: q nūcius:
Pinaciū a portu ueniens
uidit fratres duos pāphi
lippū: & epignomum re
diisse: & pinde gaudibundus lætitia
plenus: ut eoꝶ uxoribus ista enūcieꞇ
domū uenit: id pasitus scire cupiens
ipsum irridet: & multis ludit modis.
¶ Patri suo. Ioui cum sit ipe nuncius
deoꝶ. ¶ Omniū ueneꝶ. i. uolupta
tū. ¶ Ripisq; superat: a riuis sumpta
trāslatio: q supra ripas inūdāt. ¶ Di
naciū: ad se hæc uerba. ¶ Nunc expe
di: ab oī te seuoca ipedimēto. ¶ Caue
quēq̄ flocifeceris. Intereundū inquit
noli quemq̄ magnifacer. ¶ Depulsa:
Deiice. ¶ Trāqlla cōcina uiā. Facito
uiā tuo itineri apta;. ¶ Prius puorti
to: ut comites cedāt regii regē ipsum
de uia detrudito. ¶ Quidna; dicā. i.
qd nā hoc eē potuerit. Piscatu. n. ue
nit: & tāta minitat. ¶ Donaq; ex au
ro: ob tm̄ nunciū. ¶ Et q̄drigas: q ue
har. & obuiā ut mittat q̄drigas: ut in
eis uehar. ¶ An uero nugas censeas:
Interrogatiue legēdū est. ait pasitus.
an q̄ dinaciū scit pluris estimāda: q̄ q̄
ego scio. ¶ Se ut nuncio hoc ipartiā:
idest ut pticipē faciā. ¶ Secundas for
tunas decent superbe. Vulgaris hæc
opinio: & perinde cōueniēs seruo pa
riter: & comœdiæ. ¶ Facta maioru;
meū exaugeā. Maioꝶ inqt meoꝶ augebo: & accumulabo fcā. ¶ Cōtūdā facta talthybii. i. q̄cūq; unq̄ nūciauit tal
hybius: ego superabo: talthybius enim & eurybates in bello troniano præcones: & nuncii fuerunt: nominat talthy
bium: quia is ab a gamennone missus est: ut ab achille briseida abduceret. Horum plerisq; in locis Homerus memi
nit: uelut cū dicit. α λλογε τα λουβιον καὶ ευρύβατην προς εειπε, τω οι ἐσαν κηρυκε και ο τρηρω θεραπον
τε. & Ouidius. in epistolis. Nam simul eurybates me talthybiusq; uocarunt. Eurybati data sum talthybioq; comes.
¶ Ad cursuram meditabor: cogitabo quomodo me currere oporteat.

SARACENVS. Ludorum gña apud græcos

¶ AD ludos olympiæ: Fuerũt apud græcos ludorũ præcipua genera quattuor: primi dicti sunt olympici: quoniam in olympo archadiæ mõte fierent in Iouis honorem: secundi pythii in honorem apollinis: qui serpẽtem phytonem interfecerit: tertii isthmii ab isthmo nominati achaiæ parte in honorem palæmonis: qui a latinis dictus est portunus: quarti uero nemæi a nemæa silua dicti: qui in honorem archemori instituti sunt: ad cursuram ergo dixit: & ad ludos olympiæ: quia ibi certabatur curruli & equestri certamine: Hora. sunt quos curriculo puluere olympicum: col legisse iuuat: metaq; feruidis euitata rotis. ¶ Quas tu uides colubras: Ac dixisset: nunc insanis: nũc furis: nam qui insana: & furiosa mente feruntur: horrenda uidentur intueri.

VALLA. Olympia quę fuerit

¶ AD ludos olympiæ. olympia Ioui dicata in olympo macedonię mõte ab hercule: quorũ uictoribus oleastri corona præbebat: de quibus Pindarus sua scripsit olympia uictoru; laudes celebrans: non hominum modo: sed etiam equorũ. ¶ Breuest curriculo: spacium inquit cursus breue est: ob hoc tantum olympiis non potest comparari. ¶ Vide quã dudum hic ædes pulto: ita fit & cum aliquo affectu quispiã fuerit exanimatus: oẽs putet scire: quod ipse sciat. ¶ An cubiti: an pedes: masculino genere ꝑtulit cubiti dicẽs. At Pli. neutro hoc cubitum: & hæc cubita. ¶ Quã pridem non edisti. Dinacium parasito respondet: quę parasito congruant.

Me ad ludos olĩpiæ, sed spaciũ hoc occidit, breuest curriculo.
Quã me pœnitet, qd hoc? occlusã ianuã uideo, ibo, & pultabo fores.
Aperite, atq; apꝑerate fores facite ut pateãt, remouete morã.
Nimis hæc res sine cura gerit̃, uide quãdudũ hic ædes pulto.
Nõ opã datis? experiar fores, an cubiti, an pedes plus ualeãt.
Nimis uellem hæ fores herũ fugissent, ea cã ut haberẽt malũ.
Defessus sum pultãdo, hoc postremũ ẽ uobis. ge. ibo, atq; hũc
Compello, saluos sis. di. & tu salue. ge. iam tu piscator factus?
Di. Quampridẽ nõ edisti? ge. unde is? quid fers? qd festinas?
Di. Tua quod nihil refert, nec cures. ge. qd istic est? di. quas tu uides colubras.
Ge. Quid tã iracũdus? di. si in te pudor adsit, nõ me appelles.
ge. Passum scire ex te uerum? di. potes, hodie non cœnabis.

¶ Quid istinc est: idest: quid noui affers: dinacium autem: qui nouarum rerum cupiebat esse nuncius parasito conuicians inquit: uel legas istic: idest in sportula: nam supra dixerat dinacium sportulam: & arundinem fecere. ¶ Quas tu uides colubras: hoc autem ita dictum: ut insanus parasitus intelligatur. insanorũ enim est inferni furias spectare: quę colubris pro capillis refertæ sunt. posset fortasse non absurde legi: uites potius q̃ uides: quã si dixerit: ne introspicias in sportulam: nam insunt colubrę: a quibus debes cauere: ne te mordeant. ¶ Non me appellabis: idest nõ affabere. ¶ Hodie nõ cœnabis. Vt ex rñso molestissimo a se parasitum amoueat: ne diutius percunctetur: ita respondet dinacium.

SARACENVS

QVis nam obsecro: Alloqtur quem primum uiderat parasitum: illum credens fores pultare. ¶ Perbibit: Exugit: & haurit. ¶ Ad uirum ecquem? Scilicet conuenisti: uel uidisti: quicq̃: qui de uiro referat? ¶ Nasci ternam: uas aquariu;. ¶ Postquã me misisti: Exorditur longius: ut magis heram expectatiõe moret. ¶ Circerum: Nauim asianam pergrãdem exponit Nonius: qui citat hunc plautinum locum. ¶ Passo: explicato & extenso. ¶ Peristromata: De quibus facta mentio est: sunt ornamẽta quibus parietes teguntur: ¶ Sambucas: lego sambucinas: ut fidicinas: ẽ sambuca instrumentum musicum: & genus machinæ: in quo funes intendũtur: ut in organo chordę inquit porphyrius in musicis ptolemæi: prisci triangulum instrumentum: quod uocatur sambuca ex inæqualium spaciis chordarum effecerunt: Persius quoq;: sambucam citius caloni aptaueris alto. ¶ Futile uas est: cuius formam describit Lactantius: ore lato: angusto fundo: quo utebantur in sacris uestę: qđ stare nõ poterat: sed positu; statim funderetur: unde homo commissa non retinens dicitur futilis: cõtra non futilis: bonus consiliis. ¶ Ad libros

Peristromata quæ dicantur.

Futile uas quod

Panægyris. gelasimus. dinacium.

QVisnã obsecro has frãgit fores, ubi est? tun hæc facis?
Tun mihi huc hostis uẽis? ge. salue accersitu tuo uẽio
Pa. Ean gr̃a fores effringis? ge. inclama tuos, (huc.
Tui delinquont, ego quid me uelles uisebã, nã equidẽ
Harum miserebat. di. ergo auxilium propere latum est eis.
Pa. qs nã hic loqtur tã ꝑpe nos? di dinaciũ. pa. ubi obsecro est
Di. Respice me, & relinque egentem parasitum panægyris.
pa. dinacium? di. istuc indidere nomen maiores mihi.
pa. qd agis? di. qd agã rogitas? pa. qd ni rogitẽ? di. qd mecũ est
pa. Men fastidis ꝑpudiose? eloquer ꝑpere. di. iube (tibi.
Me omittere igitur hos, qui retinẽt. pa. qui retinẽt? di. rogas?
Omnia membra lassitudo mihi tenet. pa. linguam quidem
Sat scio tibi non tenere. di. ita celeri iui curriculo
Propere a portu tui honoris causa. pa. ecquid apportas boni?
Di. Nimio impartior multo, tanto plus q̃ speras. pa. salua sum.
Di. At ego perii quoi medullam lassitudo perbibit.
Ge. Quid ego quoi misero medullam uentris percepit fames?
pa. Ecquẽ cõuenisti? di. multos. pa ad uirũ ecquẽ? di. plurimos
Verum ex multis nequiorem nullum, q̃ hic est. ge. quo modo.
Iam dudum ego istum patior dicere iniuste mihi,
præter hac si me irritassis. di. ædepol esuries male.
Ge Animum inducã, ut istuc uerum te elocutum esse arbitrer.
Di. Mundicias uolo fieri hic, ferte scopas. simulq; harũdinem,
Vt operã omnem aranearum perdã, & texturam improbam,

Diiciamq; earum telas. Ge. miseræ frigebunt postea.
Di. Quid illas itidem esse censes, quasi tectum ueste unica
Cape illas scopas. Ge. capiá. di. h egomet, tu hoc cóuerre. G. fe
Di. ecqs huc effert nasiternã cũ aq̃? ge. sine suffragio ppli (cero
Tamen ædilitaté hic quidé gerit. di. age tu ocyus pige humũ.
Consperge ante ædeis. Ge. faciam. di. factũ oportuit. hic ego
Araneas de foribus deiiciam, & de pariete.
Pa. Aedepol rem negociosam, quid sit, nihil etiam
Scio, nisi forte hospites uenturi sunt. di. lectos sternite.
Pa. Principium placet de lectis. di. alii ligna cedite,
Alii pisces depurgate, quos piscator attulit,
Pernam & glãdium deiicite. Ge. hic hercle homo nimiũ sapit.
Pa, Ecastor non ut ego opinor heræ morem geris?
Di. Imo res omneis relictas habeo, præ quod tu uelis,
Pa. tum tu igitur qua causa missus es ad portum mihi expedi.
Di. dicam, postq̃ me misisti ad portum cum lucu simul,
Commodum radiosus esse sol superabat ex mari.
Dum percontor portiores, ecquæ nauis uenerit
Ex asia, negant uenisse, conspicatus sum interim
Cercurum, quo ego me maiorem non uidisse censeo.
In portum uento secundo, uelo passo peruenit.
Alius alium percontamur quoia est nauis, quid uehit.
Interim epignomum conspicio tuum uirum, & seruom Stichũ.
Pa. Hem q̃d epignomũ elocutus? di. tuũ uirũ. pá. & uitam meã
Di. Véit inq̃. pa. tun eũ ipsum uidisti? di. ita ego, & q̃dé lubés.
Argenti auriq; aduexit multum. pa. nimis factum bene.
Ge. hercle uero capiam scopos, atq; hoc conuerram lubens.
Di. Lanam, purpuramq; multam. Ge. hehem qui uentré uestiã.
Di. Lectos eburatos, auratos. g. accubabo regie.
Di. tum babylonica peristromata, sellas, & tapetia
Aduexit nimium bonæ rei. ge. hercle rem gestam bene.
di. post ut occœpi narrare, fidicinas, tibicinas,
Sambucas aduexit secum forma exumia. ge. euge quando
Adbibero, alludiabo, tum sum ridiculissumus.
Di. post hæc unguenta multigenerũ multa. ge. nó uédo logos.
Iam non faciam auctionem, quando mihi obtigit hæreditas.
Maleuoli perquisitores auctionum perierint.
Hercules, decumam esse adauctam tibi, quam noui, gratulor.
Di. post autem aduexit secum parasitos. ge. hei perii miser.
Di. Ridiculosissumus. ge. reuerrã hercle hoc, quod cóuerri mõ.
Pa. Vidistin uirum sororis pamphilippum? di. non. pa. adest?
Di. Immo aiebant eum uenisse simul sed huc ego
Citus præcucurri, ut nunciaré nuncium optabilem.
Ge. Venales logi sunt illi, quos negabam uendere
Il lico, & meo malo est quod maleuolentes gaudeant.
Hercules sane, qui deus sis, discessisses nó male.
Pa. Intro dinacium, iube famulos rem diuinam mihi
Apparent, bene uale. ge. uin administrem? pa. sat seruo℞ habe.
domi. ge. enim uero gelasime opinor uenisti futile,
Sineq; ille adest, neq; hic qui uenit, quicquam subuenit

¶ Ad libros: ut scilicet cogitet: quo pacto sit quippiam dicturus: quod risum excitet.

VALLA.

Q Vis nam obsecro has frãgit fores. Pulsatu iugi esse〈?〉it dinacium: ut tandé panegyris ad fores perueniret: maritum igitur aduenisse pronunciat: quo nuncio non ipsa modo uxor gaudio referta: sed ẽt parasitus de ipsius aduẽtu plurimũ exultat lætitia. ¶ Tun mihi huc hostis uenis: hoc dicit panegyris: quod putaret parasitũ pulsitasse. ¶ Tuos inclama. i. repræhende. inclamo te: & tibi dicimus Ci. i bruto metuo: ne mihi inclametis. ¶ Nõ equidé ha℞: subaudi foriu℞. ¶ Mé fastidis: de me fastidium capis. ¶ Pro pudiose: procul a pudore. ¶ Celeri curriculo: subito cursu: nã aliq̃n a curru diminutiuu℞ est. Hora. Sunt quos curriculo pulueré olympicũ. Et curriculo subito aduerbiũ. Et cursu ut Ci. pro marcello. In illo uestro uetere curriculo.

Curriculũ quid sit

Glandium

¶ Nimio ipartior multo. Ordo uerbo℞ est: & sensus: Nimio multo. Longe plus multo tanta impartior: participem te facio. ¶ Ad uiru℞ ecquẽ. nũ quépia℞ offendisti: quod marito referret aliq̃d. ¶ Si me irritassis. Vltra cõmoueris. elipticos dictum: ac si dicat ulciscar. ¶ Operam oẽm araneo℞. Araneas oẽs. uult. n. mũda eẽ oia sub aduentu uiri. ¶ Miseræ frigebunt postea. sensus est: si araneas ut pote uestiméta abstuleris: araneę frigebunt: ut pote nudæ. ¶ Itidẽ esse cẽses quasi te. Respõdet dinacium: putas ne araneas unum mõ hẽre uestiméntũ: ut tu habes. ¶ Nasciternã cum aqua. Vas aquariũ: de quo i bacchidibus dictũ. ¶ Sine suffragio populi. Plauti nãq; ætate populus suffragiis oẽs creabat magistrat⁹ suis. ¶ Pige humũ. Nã qui pingũt pinicillã: parietibus supinducũt. ut q uerrũt scophas in humũ: posset intelligi dictu℞ de croco: nã mos erat spargere theatrum croco: ut est uidere apud Mat. q̃d minus probo. ¶ Lectos sternite. Parate sterno: quod græci stornio dicunt: ex æquo significat. ¶ Pernã & glãdium deiicite. parate inquit obsonia: cuiusmodi hæc sunt. ¶ Præ q̃d tu uelis. si cõparẽt: quod tu uelis cu℞ cæteris rebus tuã ṗpono uoluntaté. ¶ Cũ luci simul. Luci pro luce & luci quãdoq; aduerbiũ. ¶ Interim cercurum. i. nauigiũ: apud Noniũ tñ legĩt circerus: cũ inquit: circerus nauis est asiaria ṗgrãdis. Pla. in sticho. cũ pcũctor portitores ecquæ nauis uenerit ex asia. negãt uẽisse. cõspicatus sum interim circe℞: quo ego me maioré

Circerus quid sit

nō uidisse cēseo. Luc. in. viii. saty. Verū flumē uti atq; ipso diuortio igneis pedib⁹ circe⁊ cōcurret eqs. Idem in xiiii. ad regē legat⁹ rhodiū: & bathauam: & babylonē ibo: circe⁊ & merces emit.

Ibo intro ad libros, & discam de dictis melioribus.
Nam ni illos homines expello, ego occidi planissume.

Passum qd sit

Velo passo. i. tēso. pādor. n. passus sum. Vir. passis de littore palmis. Aut passo ut inqt Norugoso: uel sicco. Passum est ꝓprie rugosum: uel siccū Pla. in sticho: in portū: &c. Qui uentre uestiā: ut tegā corpus. Lectos eburatos: ex ebore cōstructos. Babylonica. i. syriaca. nā ibi babylonia regio: & babylon ciuitas: q̄ lingua syriaca dr̄ cōfusio: quia ibi cōfusæ linguæ: nota est historia. Et peristromatō sellas. i. peristromata: ubi sedeatur: de his quoq; supra dictū est. Nimiū bonæ res: nimiū. pro ualde. Fidicinas: tibicinas sambucinas. quæ fidibus. i. lyris: tibiis: sambucisq; canāt. sambuca. n. inquit porphyrius in ptolomæi armonica triāgulum instrumentū est: qd̄ ex inæqualibus lōgitudine sicut & crassitudine neruis efficitur. At epherus & nicomedes in orphaici: necnō scanon: ubi de phœnicū inuētionibus: prima inquiūt usa est sibylla. Inuentā aūt a sambuco primū: & inde nomē obtinuisse. Quādo adbibero. i. satur fuero. Adludiabo. i. lusitabo. Multigenerū. i. multis gn̄ib⁹: ut declinet̄ multigenus multigeneris. Non uēdo logos. i. oratiōes: uel ridicula dicta: hoc est: nō sum amplius facturus auctionē. Ad auctā tibi: qm̄ lucrū meū erit tuū. Reuertā. retrorsum agam: & inqnabo: quod cōuerti. Venales logi sunt: adhuc sum facturus auctionē. Gaudeant. capiēt. n. uoluptatē ex meo malo. Discessisses nō male: leptote figura est: bn̄ fuisses cōsecutus: qa si ego fuissem uoti cōpos: tu habuisses decimā uberē: & copiosā. Lintro pinaciū. Panegyris ad sacra faciēda iubet parari necessaria. Venisti futile. i. inaniter nomen ꝑ aduerbio. futile uas est inqt Lactātius quoddā: lato ore: fundo angusto: quo utebant̄ in sacris uestæ: quia aqua ad sacra uestæ in terra nō ponit̄: qd̄ si fiat: piaculū est: uā excogitatū est: qd̄ stare nō posset: sed si positū: statim funderet̄: unde & hō cōmissa non retinens: futilis dr̄: contra non futilis: bonus in consiliis residiō a græcis dr̄. De dictis melioribus. i. magistri diculis. Illos hoies. parasitos. Occidi planissime: perii sine ulla controuersia.

VGOLETVS ET GRAPA.

Cercurum, quid

Peristromata quæ

SOL superabat e mari: tale & illud Vergilii Oceanū inter ea surgens aurora reliquit & illud itē Ausonii. Stridebatq; freto titan insignis Ibero. nota est figura. Superabat: ascendebat: ex quo dictus Homero hyperion. Xenophātes Colophonius Ηελιος θυπεριεμενοσ, γαιαντεπιθαλπων. Cercurum legendū uī Circerū ex Nonio. est. n. nauis asiana pergrādis. Cete⁊ Suidas Cercurus inqt nauis species: Cercuri: & Myoparones: & Lembi: species nauigio⁊: & ꝓuerbiū κερκουρος ενλα χανοις. Albi tamē: & κορχορος ενλα χανοις. dicit̄ & cercyrus sortita nomen a Cercyra: queādmodū Naxiurges a Naxo insula: Paron a Paro. Cnidurgis appellatur a Cnido: & reliq. Passo uello. hoc est diducto atq; distento. nā Passum a Pando corriuatū ē. Peristromata & Tapetia: Ciceroni: Theocrito: Polluciq; lectos secunt̄: ut Amphitapetes: quo uocabulo Diphilus in Citharœdo. Itē Amphitapi tapetia amṗimalla. Nonio & aliis: & pleraq; in decimo onomasticon numerata: qualia etiāū Grapaldus noster in clarissimo opere Aedium partium reposuit. Vnguenta. scribo Vngenta ex Seruio. sane nec Vngo. nec Vngentum. u. recipit: excepto uno nomine unguen.

SARACENVS

Cum bn̄: salui potiti domū dii gr̄as habet. In stega: hunc locū in naui uulgari uocabulo stagiā credimus appellari: ut rettulimus in bacchidibus. Eleutheriā: libertatē. Nisi ꝑ excruciauero. s. diē hunc potando: & ꝑgræcando. In diuidiā: in tedium: uel dissensionē. Posticā: posteriorē domus partē: aliter posticam partē dixerunt cœli: qua auguria captabant nam erat pars altera: quā dixerunt anticam. Secundu;: post: uel iuxta.

VALLA.

Cum bn̄ re gesta. Epichnomus stichū seruū alloquit̄ ut q̄ iubet: domum adducat. Inde sese q̄tū libet oblectet: ei rei se non defuturum stichus pollicet̄. Re bene gesta: opibus comparatis. Grates habeo tēpestatibus: qa ab illis uexatus nō sum: dum nauigarē. Quadruplicaui: quadruplā feci. Ex inimicitia in gratiā: prohibēt grāmatici dici singulariter inimicitiā: sed nō mō hic Plautū authorē habemus: uerū & alios authores: ut Au. Gel. noctiū attica⁊. xviii. q inqt: uidebimus autem post de inimicitiis: & quadrigis ac fortasse: an de quadrigis ueterum authoritati cōcessero. Inimicitiā tamen sicut

TERTIVS ACTVS.

Epignomus adolescens. Stichus seruus.

Quom bene re gesta saluos conuortor domum
Neptūno grates habeo, & tempestatibus.
Simul Mercurio, qui me in mercimoniis
Iuuit, lucrisq; quadruplicauit rem meam.
Olim quos abiens affeci ægrimonia,
Eos nunc lætanteis faciam aduentu meo.
Nam iam Antiphonem conueni affinem meum,
Cumq; eo reueni ex inimicitia in gratiam.
Videte quæso quid potest pecunia,
Quoniam bene re gesta redisse me uidet,
Magnasq; apportauisse diuitias domum,
Sine aduocatis ibidem in cercuro, in stega,
In amicitiam, atq; in gratiam conuortimus.
Et sic hodie apud me cœnat, & frater meus.
Nam heri ambo in uno portu fuimus, sed mea
Hodie soluta est nauis aliquanto prius.
Age abduc has intro, quas mecum adduxi Stiche.
St. Here, siue ego taceam seu loquar, scio scire te
Quas multas tecum miserias mulctauerim.
Nunc hunc diem unum ex multis illis miseriis
Volo me eleutheriam capere aduenientem domum.

Ep. Et ius & æquom postulas, sumas Stiche
In hunc diem, te nihil moror, abi quo lubet,
Cadum tibi ueteris uini propino. St. papæ,
Ducam hodie amicam. Ep. uel decem, dum de tuo.
Vbi cœnas hodie? St. si tu hanc rationem instituis,
Amicam ego habeo Stephanium hinc ex proxumo
Tui fratris ancillam, eo condictum symbolum
Ad cœnam, ac eius conseruom Sangarinum syrum.
Eadem est amica ambobus, riuales sumus.
Ep. Age abduc eas intro, hunc tibi dedo diem.
St. Meam culpam habeto, nisi perexcruciauero.
Iam hercle ego per hortum amicam transibo meam,
Mi hanc occupatum noctem, eadem symbolam
Dabo, & iubebo ad Sangarinum cœnam coqui,
Aut egomet ibo, atq; obsonabo obsonium.
Atq; id ne uos miremini, homines seruolos
Potare, amare, atq; ad cœnam condicere.
Licet hæc Athenis nobis, sed quom cogito,
Potius q̃ in diuidiam ueniam, est etiam hic ostium,
Aliud autem posticum nostrarum harum ædium.
Posticam partem magis utuntur ædium.
Ea ibo obsonatum, eadem referam obsonium
Per hortum, utroq; commeatus continet.
Ite hac secundum uos me, ego hunc lacero diem.

men sicut inscriam: & im potẽtiã: & iniuriam: q̃ rõ est. quãobrẽ. C. cæsar: uel dicta; eẽ a ueteribus: uel dicẽdã a nobis non putat: qñ Plau. linguę latinæ decus: delicia; quoq; ἑνικῶς. i. singulariter dixerit ꝓ delitiis. Mea inqt uoluptas: mea delicia. Inimicitia ãt. Q. ẽnius i illo memoratissimo. lib. dixit. Eo inqt igenio nat9 sũ: amicitiã atq; inimicitiã i frõte prõptã gero. Ibidẽ: in cercuro:i stega i cercuro: in nauigio: de quo pauloañ stega ãt dr̃ tuguriu;: hoc est loco: ubi tegebãtur: stegazo. n. tego: unde stega. ¶ Et frater me⁹. subaudi pãphilippus. ¶ Miserias mulctaueri. i. icruciatus subieri tanq̃ mihi alicuius delicti mulcta sit inflicta: unde autem dicta sit mulcta. Varro docet ingens. Mulcta a pecunia: q̃ a mr̃atu dcã: ut exigi possit ob peccatu;: qđ singulę dñr appellatæ eẽ mulctas: qđ oli uinũ dicebãt: mulctæ. ¶ Volo me ele. ca. i. liberũ esse. eleutherus eni; liber dr̃: & eleuteria libertas. ¶ Ius eq. post. Ius ad id qđ hoies sanciuerunt. ęquũ. qđ rõ exigit. ¶ Te ni. mo. uolo te. ¶ Propino. i tua ptã te pono. ¶ Cõducã sym. Iubebo perferri: uñ cena fiat. ¶ Riuales sumus. i. eadẽ muliere potimur. Riuales & riuini q̃si ex eodem riuo potãtes: q eadẽ abutunẽ muliere: inde riualitas. Cic. in tusculanis q̃onibus: obtrectare uero alteri: aut illa uitiosa æmulatione: quę riualitati similis est. ¶ Nisi peru. i. uexauero. subaudi hũc diẽ.

Multa unde dicta.

Eleuterus qui.

¶ Ad cœ. cõd. Inire ꝯdõnẽ: ac pacisci. ¶ In diui. i. desidiã. Cõmeat⁹ ꝯtinuet. Ab exercitib⁹ sũpta trãslatio: ad quos cõmeat9 afferri necẽe ad ꝯtinẽdũ exercitũ: ne reb9 puerẽ neciis. ¶ Scđ; uos me. i. post me. ¶ Hũc la. diẽ: ad nihilũ pduco.

¶ SImul mercurio. Mercuriũ lucri causam ferũt: & mercatorũ presidẽ: propterea eius simulachrũ cũ bursa pingẽ: ut in antiqs monimentis cernimus. hũc Lycophron tricephalũ deum appellat: uel propter triplicẽ potestate;: in cœlo: terra: & inferno: uel ꝓpter ethicã: physicã: & polytiam: ut eius interpres asserit: uel qm̃ uias mostret: ꝙ Isæus narrat. ¶ Condictũ Symbolũ. Symbolũ Indicium dici põt: & collatio hoc est (ut ait Hieronymus) quod plures in unũ cõferũt: uti & apud Terẽtium: ceterũ ubi uinum tantũmodo cõe foret: id gręci Panthœnian dicũt: auctore Euphronio: hoc fonte & a symboli. Gellius. cũ domũ suã nos uocaret: ne oino: ut dicit: imunes: & a symboli ueniremus. Symbolum etiã nota est: nam uerbũ ex uerbo ductu; id est ueriloquium ipse Cicero: qui finxit: reformidat: alioq symbolum: Hermippo: Archippo: ceteris: nũmuli exigui genus. ¶ Obsonauit legẽdũ ex codi. ãtiqs. i. i obsoniũ sibi parauit.

ANSELMVS.

Mercurius qualis.

Symbolus quid sit.



Gelasimus. Epignomus.

LIbros inspexi, tam confido, q̃ potist,
Me meum obtenturum regem ridiculis meis.
Nunc interuiso iam ne a portu aduenerit,

SARACENVS.

LIbros cõspexi: Iam uidetẽ cogitasse parasitus: quibus dictis ridicularib⁹ deliniat herum suũ epignomum: quẽ suum regem dicit. ¶ Præter pedes: Idest per pedes: teste Nonio. ¶ Cum strena obsecrauit: An potiu legendum erit: quę strenue obsonauit idest sibi optime cibum parauit: strena tamẽ munus dictũ est a strennuitate. ¶ Vitam: Cibu;. ¶ Nescio quid habeo in mũdo: Locutio est plautina: nescio quid paratum habeo.

Strena qđ sit.

VALLA.

LIbros inspexi. Gelasimus confidit apud epignomu; neminem fore se meliorẽ. Ait igitur epignomus non posse gelasimum ob hominum multitudine; epulantium apud se cœnare. ¶ Qua; potest. Quã fieri possit. ¶ Meum obtenturum regem. fore: ut apud meum epignomum nemini cedam. ¶ Auspicio hodie optimo. L; ad aui

um aſpectu dicatur auſpicium. quicquid tamen obuium fuit repente ueteres auſpiciũ facere putauerunt. ut modo muſtælam. hęc auguria pedeſtria uocantur a pompeio: quę fiunt ab animalibus quadrupedibus. ¶ Cum ſpina occultauit: hoc eſt præter pedes & ſpinam ambedit. Vel loco occultauit: ſi legatur occiſitauit: qa occiſitare ſæpe occidere eſt ſæpe obrodit intelligatur: uel certe: ut in plęriſq; legitur: cuȝ ſtrena obſecrauit. Feſt: inquit: ſtrenam uocamus quæ datur die religioſo ominis boni gratia a numero: quo ſignificatur initium: mediũ: & finis uenturarum rerum ſimilis cõmodi ueluti treinam prępoſita s littera: ut in loco: & lite ſolebant antiqui ſlocũ & ſlitem dicere. Et apud atheneũ de conuiuiis πᾶρημινομενεισ ἐπι τῆσ κλινησ πρὸς πώδου καθηςτο ſenſus ergo eſt cum ſtrena. quia ominis loco mihi fuit. obſecrauit: quia pro religione: ac re ſacra mihi fuit. ¶ Auguriũ hoc facit epignomus. Quod uidi: inquit: pertinet ad epignomũm. ¶ Prę lætitia: ob ingẽtam lætitiam. Lachryme proſiliũt mihi. Nam ut ex dolore: ita ex lætitia caput ſuccenditur: quo ſuccenſo: deſcendant humoris neceſſe eſt. ¶ Propino tibi ſalutem ideſt proferro: ſicut enim q potum præbet alicui: is propinare dicitur: ita & qui ſalutem profert. ¶ Vocata eſt opera: ideſt opera tua inanis ẽ. ¶ Quando uſus ueniet: ideſt opus fuerit. ¶ Fiet: ideſt cuȝ apud te fuero. ¶ Neſcio quid uero habeo in mundo. eſt inquit mihi uſquam quod tibi poſſim parare. ¶ Si poſſiem: pro ſi poſſim. ¶ Scis tu me eſſe imi ſubſellii uirum. In longo ſatis mihi eſſe ſcabillo ſedere: & ad pedes ueſtros epulari: ut a Martia. illud. Menſa ponit a pedibus. ¶ Sumates uiri: ita dictum eſt: ut optimates. ¶ Ego infimatis: ut hic & hæc noſtratis: & hoc noſtrate: ita hic & hæc infimatis: & hoc infimate dixere ueteres. ¶ Procedit parum: ideſt parũ proficio. ¶ Cras de reliquis: uolo ſupra loqui: ſi legas de reliquiis: intelligitur ſaturari. ¶ Nihil obnixe uni gelaſimo minus eſt: ideſt mihi gelaſimo nihil minus: abeſt q̃ quod dixi: nẽpe me periiſſe. ¶ In re capitali mea. In uita mea tuenda. ¶ Qua lege nunc me eſurire oporteat: quę ex rogata fuerit a populo: ut mihi neceſſe ſit eſurire.

Occiſitare quid ſit.

ANSELMVS.

Ambracia ubi locorũ

¶ AMBRACIA Epiri ciuitas: ſiue Theſprotiæ Corinthiorum colonia ab Ambrace Theſproti filio: uel ab Ambracia Aegei filia: unde Ambracia regio: & ſinus Ambracius. meminit Apollonius in argonauticis. Lucanus: Oræq; malignos Ambraciæ portus. ¶ Muſtelæ poſthac. Hoc ingenium in muſtella indicauit etiam Nicander Colophonius in Theriacis ubi λαιδρὴν appellauit: hoc eſt uehementer mobilem temerariam: impudentem: notæq; nimium rapacitatis.

Vt eum aduenientem meis dictis deliniam.
Ep. Hic quidem Gelaſimus eſt paraſitus, qui uenit.
ge. Auſpicio huc hodie ego optumo exiui foras.
Muſtela murem mihi abſtulit præter pedes.
Tum ſtrenua obſonauit, ſpectatum hic mihi eſt.
Nam ut illa uitam repperit hodie ſibi,
Item me ſpero facturum augurium, hoc facit
Epignomus, hic quidem eſt, qui aſtat, ibo atq; alloquar.
Epignome, ut ego te nunc conſpicio lubens.
Vt præ lætitia lachrumæ præſiliunt mihi.
Valuiſtin uſq;? ep. ſuſtentatuſt ſedulo.
ge. Bene atq; amice dicis. di dent, quæ uelis.
Propino tibi ſalutem plenis faucibus.
Cœnabis apud me quoniam ſaluos aduenis.
ep. Vocata eſt opera. ge. num quidem hoc tibi tam graue eſt?
Promitte. ep. certum eſt. ge. ſic fac inq̃. ep. certa res.
ge. Lubente hercle me facies. ep. idem ego iſtuc ſcio,
Quando uſus ueniet, fiet. ge. nunc ergo uſus eſt.
ep. Non ædepol poſſum. ge. quid grauare? cenſeas.
Neſcio quid uero habeo adhuc in mundo. ep. i modo,
Alium conuiuam quærito in hunc diem tibi.
ge. Quin tu promittis? ep. non grauer, ſi poſſiem.
ge. Vnum quidem hercle certum promitto tibi,
Lubens accipiam certo ſi promiſeris.
ep. Valeas. ge. certum eſt? ep. certũ, nã hodie cœnabo domi.
ge. Quando quidem operam tuam non uis promittere,
Vin ad te ad cœnam ueniam? ep. ſi poſſim, uelim.
Verum hic apud me cœnant alieni nouem.
ge. Haud poſtulo equidem ſummo in lecto accumbere.
Scis tu me dudum eſſe imi ſubſelli uirum.
ep. At ii oratores ſunt populi ſummi uiri.
Ambracia ueniunt huc legati publicæ.
ge. Ergo oratores populi ſummates uiri
Summi accumbent, ego infimatis infimus.
ep. Haud æquom eſt te inter oratores accipi.
ge. Equidem hercle orator ſum, ſed procedit parũ.
ep. Cras de reliquiis nos uolo, multum uale.
ge. Peri hercle uero plane, atq; obnixe, nihil
Vno gelaſimo minus eſt, q̃ dudum fuit.
Certum eſt muſtelæ poſthac nunq̃ credere.
Nam incertiorem nullam noui beſtiam.
Quin & ipſa decies in die mutat locum.
Eam auſpicaui ego in re capitali mea.
Certum eſt amicos conuocare, ut conſulam
Qua lege me nunc eſurire oporteat.

Pax a pactione

QVARTVS ACTVS.

Antipho senex. Páphilippus. Epignomus adolescẽtes.

Ta me di bñ amẽt,measq; mihi bñ ꝑuasſint filias.
Vt mihi uolupeſt Páphilippe,qa i pŕiá uos domũ
Rediſſe uidebo bñ geſta re ábos,te & fratrẽ tuũ.
Pa.Satis abſte accipiá,niſi uideá mihi te amicũ eẽ antipho.
Nunc quia te amicum mihi experior eſſe,creditur tibi.
An.Vocẽ ego ad me ad cœná,frater tuus niſi dixiſſet mihi
Te apud ſe cœnaturũ hodie,quom me ad ſe ad cœná uocat.
Et magis par fuerat,me dare uobis cœnam aduenientibus,
Quam me ad illum promittere,niſi nollem ei aduorſarier.
Nunc me gratiam abs te inire uerbis nihil deſidero.
Cras apud me eritis,& tu & ille cum ueſtris uxoribus.
Pa.Et apud me pendie,ná ille heri me uocauerat i hũc diẽ.
Sed ſatin ego iam tecum pacificatus ſum Antipho?
An.Qñ ita rẽ geſſiſtis,uti uos uellẽ,amicos atq; addecet.
Pax,cõmerciũq; eſt uobis mecũ,nam hoc tu facito cogites.
Vt quoiq; homini res parata eſt,firmi amici ſunt,ſi labant
Res laſſæ,itidem amici collabaſcunt,amicos res inuenit.
ep.Iam redeo,nimia uoluptaſt,ſi diu abfueris domo,
Si domum redieris,ſi tibi nulla ægritudo eſt animo obuiá.
Nam ita me abſente familiarem rem uxor curauit meam,
Omnium me exilem,atq; inanem fecit ægritudinum.
Sed fratrem eccum Pamphilippũ incedit cũ ſocero ſuo.
Pa.Quid agit epignome?ep.qd tu?q̃ dudũ i portũ huc ue/
Pa.Longiſſume.ep.poſt illa iá iſte eſt tranqllus tibi? (nis?
An.Magis q̃ mare,q̃ ábo uecti eſtis.ep.facis,ut alias res ſo/
Hodie ne exoneramus nauẽ frater?pa.clemẽter uolo (les.
cipio accipit. ædes tuas inquit accepit ut sibi seruirent: tu accepisti quadragi ta minas: quas uoluptariis hominib⁹ disperdidisti. ¶ Et in porta est locus. i. exclusus ædibus: poterit in porta consistere. ¶ Nisi forte in uentrẽ filio irrepserit: hoc ludibriose in lesbonicum dicitur. ¶ Olympico: nomen argentarii ¶ Quas despõdit inq̃: quas promisit. ¶ Qua pro spõsione nuper tu exactus es: idest exclusus es: ut nil amplius tibi debeat. ¶ Dii diunt. i. debet. ¶ Meas res irrides malas: ratus lesbonicus est: se irrideri a philtone: quod hæc diceret: ut diues cum pauperrimo affinitatem appeteret. ¶ Nõ est ęqua factio. æquas uires non habemus: qa ego longe iferior. ¶ Sanus mentis: aut animi tui: paulo ante quid distet mens ab animo protulimus ut animus subsistat: mens isideat. ¶ Illum tibi ferentiariũ: ferentarii inquit Vegetius equites ii dicunt: qui eminus solent dimicare: quorum alii iaculis: alii arcu utũtur: Iaculantur quos tarentinos uocamus. Arcu utuntur. qui equites sagittarii: & a nonnullis scythæ etiam uocantur. At hic ferentarium a ferendo auxilio dixit. ¶ Vetes: idest prohibeas me abire qui seruus tuus sum. ¶ Luscus dixero: luce una carens: nempe oculo. Iuuenalis ambos pdidit ille oculos: & illuscis iuidet. Mar. oculo philenis altero semper plorat. Quo fiat hoc modo quæritis lusca est. Ambabus malis expletis uorem: pro uorauero: idest plenis faucibus comedam. ¶ Præripiam: pręoccupabo: ãtequã diues ille capiat. ¶ Verecundari neminem apud mensam decet. Hoc iam tritum prouerbiu; est: pudere neminem oportere: ubi comedendum sit. ¶ Nam ibi de diuinis: atq; humanis cernitur. De rebus cunctis deliberatur: quę ad deos: quę ad homines pertineant. ¶ Rem fabulare: subaudi ueram: idest ueru; autumas. ¶ Cœna hæc annona est: idest pro annona: ac reditu. ¶ Sine sacris hæreditas: tanq̃ hæreditas: quæ oblata est sine sacrificio. ¶ Salillum animæ. Diminutiuum ab eo: quod est salinu;. Vbi enim sal in salino concluditur: referri uidetur anima in corpore: ut enim salinum uas salis: ita animæ instrumentum corpus: sicut ubi sal opportunus: ibi salinum expedit collocare: ita qd uelit anima: debet corpus suppetere. Salinu; in mẽsa pro aquali solitum esse poni ait cu; patella: quia nihil aliud sit sal q̃ aqua. Salinum quoq; cum sale in mensa ponere figulis religioni habetur: ꝑ quondam in esquilina regione: quũ fornax plena uasorum coqueretur: atq; ille ꝓxime eam conuiuatus supra modũ potus somno esset oppressus: cum conui

Prouerbiũ pulchrum

Salinũ qd sit

Sicut fortunatorum memorant inſulas,quo cuncti qui
Aetatem egerunt caſte conueniant,contra iſtoc
Detrudi maleficos æquom uidetur,qui qdẽ iſtius ſint modi.
Hoſpitium eſt calamitatis. St.quid uerbis opuſt?quamuis
Malam rem quæras,illic reperias.Ph.at tu hercle ibi,
Et alibi.St.caueſis dixeris me tibi dixiſſe hoc.Ph.dixiſti
Arcano ſatis.St.quin hic quidem cupit illum ab ſeſe
Abalienarier,ſiquidẽ reperire poſſet quoius os ſublinat.
Ph.Meus quidem hercle nunq̃ fiet.St.ſi ſapies quidem.
Lepide hercle de agro ego hunc ſenem deterrui.
Nam qui uiuamus nihil eſt,ſi illum amiſerit.
Ph.Redeo ad te Leſbonice.Le.dic ſodes mihi,quid hic
Locutus tecum?Ph.quid cenſes?homoſt.
Volt fieri liber.uerum quod det,non habet.
Le.Et ego eſſe locuples,uerum nequicq̃ uolo.St.licitum,
Si uelles,nũc qm̃ nihil eſt,non licet.Le.quid tecũ Staſime?
St.De iſtoc quod dixiſti modo ſi antea uoluiſſes, eſſes,nunc
ſero cupis.
Ph.De dote mecũ conuenire nihil potes,quid tibi lubet,tute
Agito cum nato meo,nunc tuam ſororem filio poſco meo.
Quæ res bene uortat,quid nunc etiam non uis?Le.quid
Iſtuc?quando ita uis,Di bene uortant,ſpondeo nunq̃
Aedepol quoiq̃ tam expectatus filius natus,q̃ illud eſt.
Spondeo natum mihi.St.Di fortunabũt uoſtra conſilia.
Ph.Ita uolo.Le.ſed Staſime abi huc ad meã ſororẽ ad calliclẽ.
Dic hoc negocii quomodo actumeſt. St.ibitur.
Le.Et gratulat̃ meæ ſorori.St.ſcilicet.Ph.i hac Leſbonice
Mecũ,ut coram nuptiis dies conſtituatur,eadem hæc confir
mabimus.
Le.Tu iſtuc cura,qđ iuſſi,ego iam hic ero,dic Callicli,me ut
Conueniat.St.quin tu i modo.Le.de dote ut uideat
Quid poſſit facito.St.i modo.Le.nam certuſt ſine
Dote addere.St.quin tu i modo.Le.neq; enim illi
Damno unq̃ eſſe patiar.St.habi modo.Le.meam
Neglegentiam.St.i modo.Le.o pater,æquom uidetur,
Quin quod peccarim.St.i modo.Le.potiſſumum mihi
Id obſit.St.i modo.Le.o pater,en unq̃ aſpiciam te.
St.I modo,i modo,i modo,tandẽ impetraui abiret.Di
Voſtram fidem,ædepol re geſta peſſume,geſta probe.
Siquidem ager nobis ſaluus eſt,& ſi admodum
In ambiguoſt,etiam nunc quid de hac re fiat.
Sed id ſi alienatur,actuſt de collo meo,geſtandus
Peregre clipeus,galea,ſarcina,effugiet ex urbe,ubi erunt
Factæ nuptiæ,ibit iſtac aliquo in maxumã malam crucem
Latrocinatum aut in aſiam,aut in ciliciam,ibo huc
Quo mihi impetratuſt,etſi odi hanc domum,
Poſtq̃ exturbauit hic nos ex noſtris ædibus.

uis ſuis præteriens quidam petulans: oſtio patente:ex menſa ſalinum coniecit in fornacem:atq; ita incendio excitato:figulus cum ſuis concrematus eſt. ¶ Hæc cum extemplo amiſimus: cum ſubito de uita decedimus. ¶ Aeq; mendicus. Inter mendicos:& opuletos nulla differẽtia eſt. ¶ Ita ſis ut nomen cluet:nempe ita mortuus: ut nomen habes mortui. ¶ Non quit dicere: ſubaudi ſpondeo. ¶ Sed & ſi hæc res grauiter cecidit.i.facultas peſſum iit. ¶ Noſtram ne nutricem:ideſt agrum ne noſtrum:unde nutrimur. ¶ Tibi ego rationem reddam?Interrogatiue legendum:ac ſi dicat:non reddam. ¶ Cominiſcor:confingo: hæc ſecum ſtaſimus. ¶ Si quid uis: ſubaudi dicito. ¶ Huc concede: ſeorſum ueni. ¶ Licet:concedentis aduerbium. ¶ Crede:ideſt committe. ¶ Argumentum dicam: rationẽ afferam:& oſtendã. ¶ Quinto quoq; ſulco:

Sulci qui dicantur

ſulci appellantur:qua aratrum ducit̃:uel ſationis faciendæ cã:uel urbis cõdẽdæ:uel foſſutæ reclinationis: ubi arbores ſerantur:fulmen quoq;:q̃ eius ueſtigiũ ſimiliter appellatur:qđ uocabulum quidam ex græco ſumptũ quia illi dicant αυλακα. ¶ Acheruntis hoſtium:ex noſtro agro ad inferna iter eſt. ¶ Prius q̃ coctunſt: ideſt prius q̃ una cõmaturauit. ¶ Quam obſeuerit:minus ex agro colligitur:q̃ ſæmen ipſe iecerit. ¶ Ad incitam redactus.i. inopiam & mẽdicitatem:ut ſupra oſtẽdimus. ¶ Fulgure ita afflatæ alternæ arbores: ideſt ita ſuccenſæ. ¶ Sues moriuntur angina.quæ a græcis ſynãche: a noſtris angina: morbus in faucibus

Angina quid ſit

ex humore deſtilante in guttur:tam celeriter anguntur homines:ut fere uigiti & quattuor horarum ſpacio ſpiritu intercluſo moriantur. ¶ Oues ſcabræ: ſcabie aſperæ. ¶ Tam glabræ q̃ hæc ẽ manus:ideſt ſine pilis:ut leuis græce dicitur prima producta:huius diminutiuum eſt glabellus:quo uerbo frequẽter utimur ¶ Quod patientiſſimũ eq; hominum:quos nemo ſuperat patientia:& ne quidem par inuenitur. ¶ Cũcti ſolſtitiali morbo decidũt:ideſt ſubuerſione ſenſuum:ut enim cum ſol ad primam cancri partem uenit ſolſtitiũ æſtiuum facit:ita plurimæ fiunt mutationes:ex uino plurimo fit uapa.ita hominum mentes nonnullorum auertuntur:inde morbus ſolſtitialis:cuꝫ repente auerſis ſenſibus:quiſpiam concidit. ¶ Sed campas:uermiculus cãpa ẽ

Campa qđ ſit

in holera arrepens ac deuorans.Columella. Voluitur ad terraꝫ:diſtorto corpore campe.ubi uero apricis regionibus poſt pluuias noxia inceſſerunt animalia:quæ nobis appellantur hurucæ: græce autem campæ nominantur:uel manu colligi debent:uel matutinis tẽporibus frutices holerum concuti.ſic enim dum adhuc torpent nocturno frigore:ſi deciderunt:non amplius in ſuperiorem

periorem partem prorepunt. Dicta autem campe quod sese contorqueat: campto enim inflecto. Fortunatorum memorant insulas. de quibus geographi scripsere omnes. & Horati. inquit. Nos manet oceanus circumuagus arua beata: Petamus arua diuites: & insulas. Reddit ut cererem tellus inarata quotannis: Et imputata floret usque uinea. Germinat & nunquam fallentis termes oliuae: Suamque pulla ficus ornat arborem: Mella caua manant ex ilice: montibus altis. Leuis crepitante olympha desilit pede. Illuc iniussae ueniunt ad mulctra capellae. Refertque tenta grex amicus ubera. Nec uespertinus circum gemitur sus ouile: Neque intumescit alta uiperis humus. Licitum si uoluisses: subaudi: te esse diuitem. Dic hoc negocii. pro hoc negocium: antiptosis. Quid possit factu: idest quid ad faciendum fieri possit. Sine dote non dare. ita emendandum. Re gesta pessime: a lesbonico. Gesta probe: per lysitelem: & philtonem. Gestandus peregre clypeus: peregre mihi eundum est: ui ipsi lesbonico: nam nisi in militia uspiam aliter uitam agerem non poterit. Galea: quod galeri faciem: ut ait Varro haberet. Sarcina. subaudi militeris. Effugier. deuitari unde effugium locus a quo quis se mittat in fugam. Latrocinatum: herus lesbonicus iquit: amissis opibus omnibus fiet latro: uel in Asia: uel in cilicia: quo latronum confluit multitudo. Exturbauit: eiecit: ut ipse habitaret: callicles a lesbonico missus ad calliclem.

Galea unde dicta

ANSELMVS

Minas quadraginta. Mina attica drachmas centum continet: ut patet ex Eupolidos uerbis: Drachma obolos sex: obolus chalcos: quod minutuli nummi nomen est: octo. chalcus leptos septem. Plutarchus: Solonem scribit minam centum drachmis constituisse: cum prius septuaginta trium fuisset. Ferentarium esse amicum Ferentarius leuis armaturae miles dicebatur: qui leui ex cursu auxilio esset. ferentarium autem amicum dixit metaphoricos: qui praesto sit: & opem ferat citra moram. Acherontis hostium. Acheron fluuius est in Heraclea Pontica: ubi Plutonis canem extraxit Hercules: & collis Aconitus dicitur: ut graecus interpres Nicandri. Fortunatorum insulas: fortunatarum insularum cum alii meminerunt plerique: tum uates Pindarus in Olympiis. Insulas neptunus olim tridente: quem Telchines illi fabrefecerant insulas euulsis litoribus primum fecit auctore Callimacho. fluctuasse autem: errasseque oes: & Apollonius: & eius Interpraetes Theon: Sophoclaeus: Tarrçusque Scripserunt. Duris auctor est missos condam ab Gigantibus lapides: qui in mare cecidissent: insulas. qui in terram: montes factos. Caeterum insula domus quoque dicitur: in qua multae habitant familiae: unum ingressum habentes quales hodieque in magnis ciuitatibus uidemus: quod mediusfidius: uel ex iureconsultorum dictis colligitur: uel ex Tranquillo: ubi recensum ait egisse Caesarem uicatim & per dominos insularum: crebra iureconsultis &. P. Victori insularum mentio: quod quidem Bernardo Oricellario uiro & docto: & humano acceptum referimus. Locuples: a locorum copia etymon habet. Quintilianus grauis auctor. Assiduum ab aere dando: & locupletem a locorum: pecuniosum a pecorum copia. Idem sensisse etiam Nigidium auctor est Gellius. subscripsit & Cicero libro. ii. de. r. p. Scopias Thessalus. cuidam ab eo petenti: quod neque necessarium: neque comodum foret: respondit: his certe foelix: locuplesque sum. Aut in Ciliciam. Ciliciam iure nominauit: quoniam Cilices latrones sunt: auctore Lucianos: & aliis: habet mediusfidius unaquaeque gens proprios mores: id quod maternus notauit. Nam Scythae crudeles sunt: Itali nobiles: Galli stolidi: leues Graeci. Aphri subdoli: Auari Syrii: acuti Siculi. Asiani molles. Hispani morosi. Nec uero mores tantum: sed & corporis qualitates. ut Macrones longi capita. Persae incurui nares. Myconii calui: Athenienses depyges: quoniam Theseus a quo oriundi sunt: tractus ut fertur ab Hercule: nates reliquit in petra.

Minas quid

Ferentarii milites qui

Acheron ubi locorum

Fortunatae insulae

Locuples unde dictus sit

Multarum gentium mores

TERTIVS ACTVS.

Callicles senex. Stasimus seruus.

Quo mo tu istuc Stasime dixisti? St. nostrum herilem filium
Lesbonicum suam sororem despondisse hoc modo. Ca. quoi
Homini despondit? St. Lysiteli Philtois filio, sine dote
Ca. Sine dote ille illam in tantas diuitias dabit? non credibile
Dicis. St. at tu aedepol nullus credas si hoc non, credis, ego
Credidero. Ca. quid? St. me nihil pendere. Ca. quamdudum
Istuc, aut ubi actust? St. illico hic ante ostium tam modo
Inquid prenestinus. Ca. tonton in re perdita, quam in re
Salua Lesbonicus factus est frugalior? St. atque equidem
Ipsus ultro uenit philto oratum filio. Ca. flagitium quidem
Hercle fiet, nisi dos dabitur uirgini, postremo aedepol ego
Istam rem ad me attinere itellego, ibo ad meum castigatorem,
Atque ab eo consilium petam. St. propemodum quid illic
Festinet sentio, & subolet mihi, ut agro euortat Lesbonicum,
Quando euertit aedibus, o here charmide, quoniam absente te
Hic tua res distrahitur tibi, utinam te redisse saluom uideam.
Vt inimicos tuos ulciscar, ut mihi, ut erga te fui & sum, referas
Gratiam, nimium difficilest reperiri amicum, ita ut nomen
Cluet, quoi tuam quom rem crederis, sine omni cura dormias.
Sed generum nostrum ire ecillum uideo cum affini suo.

Quo modo: edoctus interea fuit a stasimo callicles: quo pacto lysiteles uxorem poposcerat indotatam. Inquit praenestinus: Cui ex consuetudine quadam dicere mos fuerat: tam modo. Castigatorem: Megaronidem.

SARACENVS

Quo modo tu istuc: Callicles: ut ex stasimo accepit indotatam lysitelem uelle lesbonici sororem uxorem accipere: idque patrem eius philtonem pronunciasse: quod id melius itelligat: adhuc stasimum percunctatur. Tam modo: paulo ante: quemadmodum loqui praenestini solent. Tanton: an tanto. In re perdita: in opibus suis profligatis. Oratum filio: idest uel pro filio: uel gratia filii. Flagitium quidem hercle fiet: erit criminosum. Et subolet mihi: uenit in mentem mipi. Agro euertat. i. priuet: & abalienet lesbonicum. Vt nomen cluet. Vt amici nomen habet. Rem crediderís: opes commiseris. Inter eos conuenit: idest controuersia caret. Ille: subaudi lysiteles. Repraehendit hunc lesbonicum: aliquantulum abscessero: seorsum secedam: ut horum sermonem capiam.

VALLA.

PIVS BONINO.

¶ Castigatorem megadori: qui me ueluti reum prius castigauit. ¶ Subolet. Diuinanti mihi odorem immittit. ¶ Quoniam absente: scribe: quo nam & subitellige modo. ¶ Vt nomē cluet: ut significare uidetur nomen amicitię q̄ re uera amet sine fucis: nugis: & bracteis: quorum amicitia uelata: supparataq; uocari potest. Huic cōcinit Ouidius. Illud amicitiæ sanctum & uenerabile nomen Re tibi pro uili: sub pedibusq; iacet. Cura q̄d expediat: prior est q̄ quid sit honestum. Et cum fortuna statq; caditq; fides. ¶ Crederis: p̄ credideris.

SARACENVS.

Sta illico: Verecundiæ cessurum putabat suę lesbouicus tradendam nuptui sororem esse sine dote: iccirco dictis lysitelis aliquandiu aduersatur. ¶ Facillimum facis: Nā facilius est displicere q̄ obsequi. ¶ Moros: Stultos. ¶ Morosos: moribus difficiles. ¶ Collutet: siue collutilet: coinqnet: & dedecoret. ¶ Caculā: Militarem seruum.

VALLA.

Sta illico. Lysiteles lesbonicu offendens: idē q̄ pater eius philto lesbonico exposuit. At sine dote nullo modo p̄suaderi potest: ut ei sororem locet suam. ¶ Te occultassis mihi. pro occultaueris: ab oculis enim lysitelis se subtrahebat lesbonicus. ¶ Potin: potest ne fieri. ¶ Vt me ire. iter habere. ¶ Quo profectus sum finas: quo mens mea p̄uenire contendit. ¶ In re tuam. In tua utilitatem. ¶ Indoctus. Cum non didiceris male facere: docte tamen facis. ¶ Male cōsulis. male p̄hibes. A me officiu migrat: Laudabilis actio a me nō discedit. ¶ Ante parta. Quę tibi reliquerūt bene cōparata: tu per intēperantiā profligares. ¶ Vt uindex fieres. i. ut ulciscaris: ac iugules honorem: qui uenturus erat ad posteros. Aut fias iudex honoris alieni. nēpe ut iudiciū tuū malu sequātur posteri: ita erit sensus duplex: ut uerbi duplex significatio. Siqdem uindex ultor: & uidex iudex: ut Cice. in topicis. Lex elia sanctia iubet uindicē assiduū esse assiduo. i. diuitē iudicē diuiti. ¶ Obtegere errata: occultare q̄ deliqsti. ¶ Capesis uirtutē aio. Aīum adhibe: si uis ad uirtutē. ¶ Tibi reliq: ut esset ad bñ uiuendū tibi icitamētū. ¶ Fœdari in me: cōmaculari: & uastari. ¶ Perinde merere .i. ita mereri: sicut tibi habeo gratias. ¶ Tupte pone te latebis. Tu ip̄e post honorē tuū te occultabis. i. honore carebis. ¶ Pectus obscurasse: aium p̄turbasse. ¶ Mores hoiu moros. i. stultos.

Moros q̄d sit

moros. n. grece prima p̄ducta: stultus dicit: at eadem correpta mors: morosus uero difficilis: ac q̄rulus noiatur.

Nescio quid non satis inter eos conuenit, celeri gradu
Eunt uterq;, ille reprehendit hunc priorem pallio.
Haud iuxta me astiterunt, huc aliquantum abscessero.
Est lubido orationem audire duorum affinium.

Lysiteles. Lesbonicus. Stasimus.

Sta illico, noli aduorsari, neq; te occultassis mihi. Le. potin
Vt me ire, quo profectus sum sinas? Ly. in rem tuam
Lesbonice esse uideatur gloriæ, aut famæ, sinam. Le. quod est
Facillumum facis. Ly. quid id est? Le. amico iniuriam.
Ly. Neq; meust, neq; facer didici. Le. indoctus q̄ docte facis.
Quid faceres, si quis docuisset te, ut sic odio esses mihi,
Qui bene, quom simulas facere mihi te, male facis. male consulis.
Ly. Ego ne? Le. tu næ. Ly. quid maleficio? Le. quod ego uolo,
Id quom facis. Ly. tuæ rei bene consulere cupio. Le. tu mihi
Es melior, q̄ egomet mihi? sat sapio satis in rem quæ
Sint meam, ego conspicio mihi. Ly. an id est sapere, ut qui
Beneficium beneuolente repudies? Le. nullum beneficium
Esse duco id, quod quoi facias, non placet. Ly. scio ego, &
Sentio ipse quid agam, neq; a me officium migrat.
Nec tuis depellor dictis, quin rumori seruiam. Le. quid ais?
Ly. Nam retineri nequeo quin dicam ea, quæ promeres.
Ita ne tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,
Vt uirtute eorum ante parta, per flagitium perderes?
Atq; honori posterorum tuorum ut uindex fieres?
Tibi paterq; auosq; facilem facit, & planam uiam
Ad quærendum honorem, tu fecisti, ut difficilius foret
Culpa maxume, & desidia, tuisq; stultis moribus, præoptauisti
Amorem tuum uti uirtuti præponeres, nunc te hoc pacto
Credis posse obtegere errata. Le. ah non itast. Ly. capesis
Virtutem animo, & corde expelle desidiā tuo, in foro operā
Amicis da, haud in lecto amicæ, ut solitus es, atq; ego istum
Agrum tibi relinqui ob eam rem enixe expeto, ut tibi sit, qui te
Corrigere possis, ne omnino inopiam ciues obiectare possint tibi,
Quos tu inimicos habes. Le. omnia ego istic quæ tu dixisti, scio,
Vel exignauero, ut rem patriam, & gloriam maiorum
Fœdarim meum, sciebam ut esse me deceret facere non
Quibam miser, ita ui Veneris uictus, ocio captus, in fraudem
Incidi, & tibi nunc, perinde ac merere, sūmas habeo gratias
Ly. At operā perire meam sic, & te hæc dicta corde spernere,
Perpeti nequeo, simul me piget parum pudere te.
Et postremo, nisi me auscultas, atq; hoc, ut dico, facis.
Tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor.
In occulto iacebis, quom te maxume clarum uoles, pernoui
Equidem lesbonice imperitum tuum ingenium admodum.
Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi

Pectus

Pectus obscurasse, atq; ipse amoris teneo omneis uias
Ita est amor, balista ut iacitur, nihil scit celere est, neq; uolat.
Atq; is mores hominum moros, & morosos efficit.
Minus placet magis quod suadetur, quod dissuadetur, placet.
Quom inopiast, cupias, quando eius copiast, tum non uelis.
Ille qui aspellit, is compellit, ille qui non suadet, uetat.
Insanust & malum in hospitium deuorti ad cupidinem.
Sed te moneo hoc etiã atq; etiã, ut repures, qd facere expetas.
Si istuc ut conare, facis indicium, tuum incendes genus.
Tum igitur tibi quærit cupido, genus qui restinguas tuum.
Atq; erit, si nactus, proinde ut corde amantes sunt capti,
Nesciunt illum quidem, relinques genus, qui conclusit tuum.
Facile est inuentu, datur ignis, tametsi ab inimicis petas.
Le. Sed tu obiurgans me a peccatis, rapis deteriorem in uiam.
Meam uis sororem tibi dem, suades sine dote, hoc nõ couenit.
Me qui abusus sum tantam rem patriam, porro in diuitii
Esse, agrumq; habere. egere illam autem, ut me merito oderit.
Nunq̃ erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem.
Sicut dixi faciam, nolo te iactari diutius. Ly. tanto melius te
Sororis causa egestatem exequi, atq; eum agrum me habere,
Quam te, tua qui tolleres mœnia. Le. nolo ego mihi te
Tam prospicere, qui meam egestatem leues, sed ut inops
Infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
Dedisse magis, q̃ in matrimonium, quis me improbior
Perhibeatur esse? hæc famigeratio te honestet, mecũ collutet.
Et si sine dote duxeris, tibi sit emolumentum honoris, mihi
Quod obiectent fiet. Ly. quoi te dictatorem censes fore, si
Abs te agrũ accepim, neq; uolo, neq; postulo, neq; cẽseo, uerũt ñ
Is est honos Homini pudico meminisse officiũ suũ, scio equidẽ
Te animat' ut sis studio subolet sentio id agis ut ubi affinitatẽ
Inter nos nostram adstrinxeris, atq; eum agrum dederis,
Nequicq̃ hic tibi fit, qui uitam colas, effugias ex urbe
Inanis profugiẽs, patriã deserẽs, cognatos, affinitatẽ, amicos,
Factis nuptiis, mea opera hic ꝑterritũ te, meaq; auaritia autu-
Id me cõissurũ, ut patiar fieri, ne animũ induxeris, qs me (mẽt.
Improbior peribeatur esse? hæc famigratio te honestet, me aũt
Conlutulet, & si sine dote dixeris tibi sit emolumentũ honoris.
Mihi aũt qđ obiectent, fiet. St. nõ enim possum quin exclamẽ,
Euge euge Lysiteles facile palmã hẽs, hic uictus, uicit tua come
dia.

Hic agit magis ex argumẽto, & uersus meliores facit, ẽt ob stul
Tuã te tueris, multa abomina. Le. qd tibi interpellatio, (tiam
Aut in cõciliũ huc accessio est? St. eodẽ pacto, quo huc accessi,
Abscessero. Le. i hac mecũ domũ Lysiteles, ibi đ istis reb' plura
Fabulabimur. Ly. nihil ego i oculto agere soleo, me' ut animus
Est, eloq̃r, si mihi tua soror, ut ego æquõ censeo, ita nuptũ dat
Sine dote, neq; tu hinc abiturus, quod meum erit, id erit tuum.
Sin aliter animatus es, bene quod agas, eueniet tibi, ego amic'
Nunq̃ tibi ero alio pacto sic sententia est. St. abiit hercle

¶ Qui aspellit. i. abiicit. ¶ Is cõpellit. i. colligit: congregat. ¶ In hospiciũ deuorti ad cupidinẽ: pnitiosuз inquit hospiciuз est apud cupidinem. ¶ Vt reputes: tecũ animo cõsideres. ¶ Quid facere expetas. ¶ Ad qđ cupiditate traharis: ut facias: id bonuз ne sit: an malũ. ¶ Tuũ iucũdes gen9: idest iucundũ efficies. ¶ Genus q restinguas tuũ. i. oblitteres: uel interlinas. ¶ Alienis grauis. molestus exteris. ¶ Qui suis. i. affinibus. ¶ Tua q toleres munia. i. q̃ ad te attinẽt: uñ & immunis & imune. ¶ In cõcubinatũ loco cõcubinæ. ¶ Hæc famigeratio: idest famæ promulgatio. ¶ Me collutilet. i. dedecoret: iquinet: & quasi luto aspergat. ¶ Subolet: sentio. cognosco per nebulã. ¶ Inanis profugiens: idest nullam sedem certã habens: sed modo huc: modo illuc te recipiens: nam is profugus dr̃: sicut Horatius ꝓfugos scythas uocat: ꝙ crebro mutent sedes: ita Virgilius profugum æneã: quod crebro mutare sedes cõpulsus sit. ¶ Hic agit magis ex argumento: melius comprobat: ostẽditq; quæ tenenda sint. ¶ Quid tibi interpellatio. Cur huc interrũpis. ¶ In cõciliũ: ubi cõciliandi uideamur. ¶ Bene quod agas nõ eueniet tibi. i. nihil ages boni: cuncta peruerse euenient. ¶ Accõmodem fulcimenta. i. fulciã & comparem me: ut supra quoq; dictum ad latrocinandum. ¶ Iubeam suppingi soccos. iubebo ut subter pigantur calciamenta exterorum ritu. ¶ Catulam militarẽ: me catulę loco: qui seruus sum. ¶ In saginam: ut ibi pinguescat. ¶ Mecum ꝙ feram uiaticum. i. impẽsam itineris: quo leuem mihi famẽ. & sitim. ¶ Animũ induxeris: ne me speres id facturũ. ¶ Quis me: lesbonicus loquit̃. ¶ Collutulet. inqnet. fœdet: deturpet: a spurcitie luti uerbũ deflexum. ¶ Sine dote dixeris: legendum: sine dote duxeris. ¶ Hic uictus: subintellige lesbonic9. ¶ Hic agit ex argumento: hic lysiteles argumẽto: hoc est ratiocionatiõe utitur cõmodiori. ¶ Ob stultitiã tuã cõuersus ad lesbonicũ stasimus inqt: etiaз lesbonice cum in mera stultitia dep̃hensus sis te audes tueri. ¶ Multa abomina. Abomiare: amolire: despue multa: quæ ad te tutandum dicis. ¶ Hinc habiturus. corrige abiturus absq; afflatu: nisi ob paupertateз mouebis castra latrocinatuз in Asiã. nec signa conuelles: omnia mea tibi comunia erunt. ¶ Bene quod agas. hoc est dicam tibi ualere. Cum enim comitamur in penitissimas regione discedentem dicere consueuimus. ¶ I fœlix: I numinibus: uotisq;

Profugus q dicatur

Collutolo quid sit

Abominare quid sit

Ille quidé,ecquid audis Lysiteles?ego te uolo,hic quoq; hinc
Abiit Stasime rectas solus,quid ego nunc agam,nisi uti sarcinā
Constringam,& clypeum ad dorsum accomodem,fulcimenta
Iubeam suppingi soccos,nonsisti potest,uideo caculā militaré
Me futurum aut longius,aut aliquem ad regem in saginam
Herus se coniecit meus,credo ad summos bellatores
Acrem fugitorem fore,& capturum spolia,sibi illum qui
Meo hero aduorsus uenerit,egomet auté quom extéplo arcū
Mihi & pharetrā & sagittas sūpsero,cassidé i caput,dormibo
Placide in tabernaculo,ad forum ibo,nudius sextus quoi
Talétū mutuū dedi,reposcā,ut habeā mecū quod ferā uiaticū.

secundis: & quocunq; procedes bene eueniat tibi. ⁋ Si sentētia est.lego: sic sententia est:ita ut dixi: animatus sum:hæc mihi sententia sedet. ⁋ Ille quidā:scribo ille quidé. ⁋ Fulcimenta:impedimēta:utensilia ad iter capessendum. ⁋ Suppingi.lego subpāgi hoc est sandalia nouo solo cōmuniri a ueteramentario:ut melius : & opportunius sufficiant itineri lōginquo. Dicitur latine ueteramentarius qui calceos ueteres recōcinnat. ⁋ Nō sisti pōt.non quit hic cōtineri herus meus lesbonicus. ⁋ Caculam. uilem seruū militarem calatoré. ⁋ In saginam.in aliquid regiū saginariū : ubi possit uentrem distendere:& saginare.sunt qui legunt in sagenam:hoc est in ræte regium:cui regi ueluti captus seruiet. Aut in eius conseruitio periclitabitur. De sagena ræte extat apud græcos hoc carmen. δέξο σαγηνοιο λινον τὲ τριμεvον αλιευ. ⁋ Nudiussextus:hinc ad sex dies.

Veteramētarius q̄ dicatur

ANSELMVS. Amor qui

⸿ AMOrem Apollonius Veneris filium dixit:Sappho Terræ & Cœli.Simonides Veneris & Martis. Ibycus & Hesiodus ex Chao.Proclus Lycius in hymno Veneris: Volatiles oēs nasci ex Venere imortales amores cecinit. dicitur autē in Venereis amor. Nam Pindarus.καὶ γὰρ ἑταίροις inqt ἑταίρων ἐκνίξεν ἔρως φρένας.Sed & Marcus Varro.Non uidetis:unus:ut paruulus amor ardí fera lampade arida agat amantis æstuantis? ⁋ Versus meliores.hoc est iambos magis salsos:magisq; argutos.Iābus.n.ioco per quā accōmodus est:& risui : qbus affatim scatet comœdia:alioq uersus etiānū in prosa oratione:ut passim apud Asconiū: Quintil.quoq;.Quippe cū in Bruto.M. Tullius tot millibus uersuū de romanis tantū oratoribus loquat.Itē Lactantius cū Ciceronis uerba coargueret ex libris de natura deoꝝ.O quāta:inqt:sunt uicia in his decem uersibus. ⁋ Sed qm̄ antiquitas illa tristis & impexa nō eis astricta erat legibus: quales mox Horatius:Hephestionq;:& alii tradiderunt:solét a doctis uiris traduci:si qui Plautina quæpiā se castigare asserant metri necessitate:tā & si hæc opinio fautores inuenit:adeo mēdaciuȝ in dānū potens.Quod aūt iābos diximus ioco aptos & risui:talis quædā fabella a græcis scholiographis narraẗ. Raptā aliquando a Plutone Persephoné:cū Ceres ieiuna ubiq; terrarū disquireret:forte fortuna ad Hippothoontis domos lassa:ac moriens puenit: filius autē ille fuerat Neptuni ex Alope Cercyonis:Continuo huius coiux Metanira apposuit deæ mēsam:& uinū:Negauit dea fas esse uinū bibere:amissa filia:iussitq; ex farine polline fieri sibi potionem:& ex ea potauit. Tūc iābe quædā Metaniræ serua afflictā deam:& mœrentē cōspicata risibilia quæpiam:& scōmata ad mouēdū deæ risum ꝓnunciauit. Dictiq; mox ab illa iambei metri.fuit aūt iambe Thressa genus Panos & Echus filia:hanc fabulam etiam grauissimus Poeta Nicander attigit in Alexipharmacis. Sed & Horatius iambos a maledictis uideẗ distinxisse: cuȝ ait Hic delectatur iambis:Ille bioneis sermonibus:& sale nigro.

Iambus cōmoditas

Cereris fabula

Megaronides. Callicles,senes.

Vt mihi ré narras Callicles,nullo mō pōt fieri prsus,
Quin dos deẗ uirgini.Ca.nāq; hercle honeste fieri
Non potest,ut eam perpetiar ire in matrimonium sine dote, (ferme
Quom eius ré penes me habeā domi.Me.parata dos domist,
Nisi expectare uis,ut eam sine dote frater nuptum collocet.
Post adeas tute Philtonem,& dotem dare te ei dicas,facere
Id eius ob amicitiā patris,uerū hoc ego uereor ne istæc pollici
Te in crimē populo ponat,atq; isamiā,nō temere dicát (tatio
Te benignū uirgini,datam tibi doté ei,quā dares eius a patre
Ex ea largitate illi,neq; ita ut sit data,columē te sistere illi.
Et detraxisse autumét,nunc si opperiri uis aduētū Charmidis,
Perlongust,huic ducendi interea abcesserit.Ca,nam hercle
Oia istæc ueniūt in mētem mihi.Me.uide si hoc utibile magis,
Atq; in rem deputas,ut adeā Lesbonicū,edoceā ut res sehabet.
Ca. Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem indomito,
Pleno amoris,ac lasciuiæ?minime hercle uero,nam certo scio,
Locum quoq; omnem,ubi situst,comederit,quem fodere
Metuo sonitum ne ille exaudiat,neu ipsam rem iudicet,
Dotem dare si dixerim.Me.quo pacto ergo ageẗ?Ca.clā dos

SARACENVS.

Vt mihi:Consulit megaronides,callicles dāda ne dos sit uirgini:& tandeȝ simul constituunt:ut inscio lesbonico ex patris thesauro pecunia pro dote capiatur. ⁋ Huic abscesserit:Scȝ lysiteli uoluntas. ⁋ Non petere hisce dicet : nam cum aliquid petiẗ ab aliquo:cautiōe illū uti opus est:non aūt cū ad illum mittitur.

VALLA.

Vt mihi rem narras callicles.A callicle narrata megaronide re lysitelis: suadet megaronides : ut dotē tradat:sed excogitāt inter se:ut quasi a charmide nūcius aduenerit:ita sycophantam instruāt: qui litteras perferat cum pecunia: q̄ præbeatur callicli pro dote ipsius filiæ. ⁋ Eius rē.i.thesaurū:uel relictā ꝓ dote pecuniā. ⁋ Adeas tuptete:tu ipse ad philtonē uenias. ⁋ Columē te sistere integrū:uū & incolumis utrūq; a columna:ut ueteres: ō improbāt:& a uiᴄtruuio est. ⁋ Ducēdi iterea cupido abscesserit.aius abalienabiẗ ad ducēdum uxorē.

Incolumis uū,dicatur

Depromi potest, dum occasio ei reperiatur, interim ab amico
Alicunde argētū rogē. M. potin est ab amico alicūde exorari?
Ca. Potest. Me. gerræ, ne tu illud uerbū actutū ineneris. mihi q
Hercle non est, quod dem mutuū. Ca. malim hercle ut ue(dē
Dicas. q̄ fides mutetur. Me. sed uide consilium si placet.
Ca. qd cōsilist? Me. scitū, ut ego opinor cōsiliū inei. Ca. qd est?
Me. Homo cōducat aliqs iā quātū potest, quasi sit peregrinus.
Ca. Quid is scit facere postea? Me. is homo exornet graphice
In pegrinū modū, ignota facies, q̄ nō uisa sit falsidic⁹, cōfidens,
Ca. qd tū postea? Me. q̄si ad adolescentem a patre ex Seleucia
Veniat, salutem ei nunciet uerbis patris, illum bene gerere rē,
Et ualere, & uiuere, & eum rediturum actutum, ferat
Epistolas duas, eas nos consignemus, quasi sint a patre.
Det alteram illi, alteram dicat tibi dare sese uelle. Ca. perge
Porro dicere. Me. seq̧ aurum ferre uirgini dotem a patre
Dicat, patremq̧ id iussisse aurum tibi dare, tenes iam?
Ca. Propemodū atq̧ ausculto perlubens. Me. tū tu igit demū
Adolescēti aurum dabis, ubi erit locata uirgo in matrimoniū.
Ca. Scite hercle sāe. Me. hoc ubi thesaurū effoderis suspicionē
Ab adolescente amoueris, censebit aurum esse a patre allatū
Tibi, tu de thesauro sumes. Ca. satis scite & probe.
Quāq̄ hoc me ætatis sycophantari pudet, sed epistolas
Quando obsignatas afferet, siquando obsignatas
Attulerit epistolas, non ne arbitraris eum adolescētem annuli
Paterni signum nosse? Me. etiam. tu taces? sexcentæ ad eam
Rem causæ possunt colligi, illum quem habuit, perdidit.
Alium post fecit nouom. Ca iā si obsignatas nō feret, dici hoc
Potest, apud portitorem eas resignatas, ibi inspectasq̧ esse
Me. In huiusmodi negocio diē sermōe terere segnitiesmerast.
Quamuis sermones possunt longi texier, abi effodias aurum
Iam confestim clanculum, seruos, ancillas amoue, atq̧ audin?
Ca. qd est? Me. uxorem quoq̧ ipsam hanc rem ut celes face.
Nam pol tacere nunq̄ quicquast, quod queat.
Quid nunc stas? quin tu te hinc amoues, & te moues? aperi,
Deprome, inde auri ad hanc rem quod sat est, continuo
Operito denuo, sed clanculum sicut præcepi, cunctos
Exturba ædibus. Ca. ita faciam. Me. at enim nimis
Longo sermone utimur, diem conficimus, quod iā properatost
Opus, nihil est designo quod uereare, me uide. ca. lepida est
Illa causa, ut commemoraui, dicere, apud portitores esse
Inspectas. Me. deniq̧ dei tempus non uides? quid illum putas
Natura illa atq̧ ingenio? iam dudum ebriust, quid uis
Probari poterit, tum quod maxumust afferre, non petere
Hisce dicet. Ca. iam sat est. Me. ego sycophantam iam cōduco
De foro, epistolasq̧ iam consignabo duas, eumq̧
Huc adolescentem meditatum probe mittam. Ca. eo
Ego igitur intro ad officiū meū, tu istuc age. Me. actū reddā.

dum uxorem. ⁋ In rem deputas. Ad cōmodū cessurū existimas. ⁋ Adeas lesbonicū: alloquaris: ut rē exponas. ⁋ Gerræ. nugæ: ut usquam inuenias mutuū argentū. ⁋ Iam quātū pōt. i. q̄ celerrime fieri possit. ⁋ Exornetur graphice: instruat ad id propositum cōmode. ⁋ Scite hercle sane: astute a te inuentū. ⁋ Sycophantari pudet. i. sycophātias struere. ⁋ Etiā tu taces: idest taceto. ⁋ Sexcentæ: hoc est infinitæ possunt causæ inueniri: qa senarius numerus perfectus a mathematicis: iō perhibet: q ex partibus suis integer inueniat: sexta tertia: & dimidia: solus intra denariū. Cētenarius aūt numerus quadratus: cuius latus decē: in quo omnes numeri cōcludūtur. ⁋ Illum quem habuit: enumerat nōnullas causas. ⁋ Eas resignatas. i. reclusas signo amoto. ⁋ Quāuis sermones possunt longi texier. Quantūcunq̧ orationes cōnecti possunt longe. ⁋ Quin tu te hinc amoues. Cur te nō recipis ad id: quod diximus: cōficiendū. ⁋ Apperi: subaudi locum thesauri. ⁋ Deprome: subaudi thesaurum. ⁋ Opperito denuo. i. obtege locū. ⁋ Properatost opus: opus ē pperatiōe. ⁋ Me uide: hic mos est asserēdi: ne ulla nascatur ambiguitas: ac si dicatur fac: quod ego iubeo. ⁋ Vt cōmemorasti dicere: ut tecum cōmētus es ad dicendum. ⁋ Apud portitores esse inspectas: solent enim portitores suspitionis causa amouendę: ne qua proditio occultetur: litteras recludere: quæ ultro: citroq̧ ferantur. ⁋ Afferre non petere hisce dicet: si peteret inquit pecunia posset exquirere: nū litteræ confictæ essent: necne. At cum afferatur: non petatur: non erit ut exquirat. Meditatum: idest: qui animo confinxerit quæ dicenda: quæ respōdenda sint. ⁋ Actum reddam: quod dixi: conficiam.

Senari⁹ numerus cur perfectus

Portitorum astutia

⁋ CAcula: Cacula seru⁹ militis: dicitur autē a græco: quonia fustibus clauisq̧ ligneis: ut scribit Festus: armari soliti sint ad dñorum tutelam. κᾶλον lignū dicitur: unde καλιὰν domus: sed ex lignis. quo uocabulo Apollonius Rhodius utitur lib. i. argonauticon. Veteres. n. lapidibus nōdū ad opus reptis: ligneis primū domib⁹ usi phibent. tametsi & p lapidea quoq̧ Hesiodo catachresticos. hinc & calones dicti. Talētū mutuū. Talentum atticū: sex cōtinuit milia drachmas atticas. Babylonicum: septem milia. Aeginæum: decem milia: Syrū: quingentas: & mile. ad rationē atticę drachmę. eadē in minis rō. Atticū qdē: sexaginta minas. Babyloniū: septuaginta. Aeginęū: centū. scdm analogō. Mina āt cētū drachmarū ē: & apud Athenienses: & apud alios ad pportionē cuiuslibet talēti. Scdm additionē āt: & diminutionē Sicelicō qdē talētū: minimū continebat. Antiquū. n. ut ait Aristo. q̄ttuor & uiginti nūmos: no-

ANSELMVS Cacula qd sit

Talenti pōdus



QVARTVS ACTVS.
Charmides senex.

Salsipotenti & multipotenti iouis frati tibi Nerei Neptunne.
Lætos, iubés laudes ego, & grates, gratiasq; habeo, & fluctibus salsis,
Cum penes te potestas omnis quidem foret meæ uitæ,
Quoniam tuis me ex locis in patriam redeam facis.
Atq; Neptūne tibi ante alios deos gratias ago, atq; habeo summas.
Nam te omnes sæuumq; seuerumq;, atq; auidis moribus commemorant,
Spurcificum, immanem, intolerandum, uesanum, contra, opera
Expertus, nam pol placido te, & clementi meo usq; modo, ut uolui, usus
Sum, in alio atq; hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam, &
Nobiles apud homines pauperibus te parcere solitum, diuites
Damnare atq; domare, abi laudo, sis ordine, ut æquost,
Tractare homines, hoc dis dignust, semper mendicis modesti sint.
Fidus fuisti, infidum esse iterant, nam absq; foret te sat scio in alto
Distraxissent, disq; tulissent satellites tui me miserum fœde,
Bonaq; omnia item una mecum passim ceruleos per campos, ita iam
Quasi canes haud secus circunstabant nauem turbines, uenit
Imber, fluctusq;, atq; procellæ infensæ, fregere malum.
Ruere antēnas, scidere uela, ni tua pax propitia foret præsto.
Apage me sis deinde hinc, certust ocio me dare, satis partum habeo.
Quibus ærūnis deluctaui filio, dum diuitias quæro? sed quis hic est
Qui in plateam ingreditur cum nouo ornatu, specieq; simul?
Pol quanq̄ domum cupio, opperiar, quam hic rem gerat.

Sycophanta.

---

uissimū duo & decē. ualere asit num mū ipm tria omolia. Ceterū Diodorus i lib. περὶ σικελιωτῶν apud Siceliotas inqt: Taletū atticum dictū minaq; fuit uiginti q̄ttuor: nunc tātum duodecim: ut liceat cōiectari Nūmū idē esse: qđ mna: aut non eadē sentire auctores. ¶ Ex seleucia. Seleucia primū Olbia & Hiria: mox a Seleuco: Nicatore Seleucia: est & seleucis populi genus. Egesippus libro quarto. Seleuciam iuxta amœnissimum illud: & celebre per Syriam Daphnis nemus cupressis arboribus intextū: scatentibus fontibus præter meanti fluuio loci: quem minorem iordanē uocant nutrimenta quædam lacteis uberibus infundit. ¶ Vxorē ut celes. Seruari maximæ domos: si mulier uiri archanis nō implicetur: docuisse summum uatem Homerum hoc uersu: quo Iuppiter Iunonē affatur testis est Plutar. ἥρη μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους εἰδήσειν.

Seleutia unde dicta

Homeri dictum pulcherrimū

SARACENVS.

Salsi potenti: dū ista aguntur: & parantur: charmides domū peregre reuertitur: refertq; diis gr̄as: & effugerit maris sæuitiā: sed dum iter facit: incidit in sycophātam: cū quo sibi erit longa cōtentio.

VALLA.

Salsipotenti: & multipotēti. Charmides icolumis domū reuersus gr̄as deis marinis agit. ¶ Salsipotēti. i. hn̄ti ptātē maris: notum. n. est pro mari tā sal salis q̄ salū sali dici. ¶ Et nerei: q ipse quoq; deus marinus: cuius filias nymphas quinquaginta fuisse memorat Hesiodus. de pōto aūt natum nerea ait his uerbis. νηρέα δ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο πόντος. πρεσβύτατον παίδων. ¶ Auidis morib? q2 opes multæ in mari sepeliunt. ¶ Spurcificū: q spurca efficias tuis fluctibus: & corrūpas. ¶ Cōtra opa exptus. i. experiētia ipsa didici id ipm. ¶ Mendicis modesti sint: ut erga mēdicos minus molesti. Nā si absq; te foret. i. nisi mihi tu opē tulisses. ¶ Satelites tui: q per maria uersant. ¶ Circūstabant nauē turbines. Multæ uentorū spēs: quos satellites neptuni dixit: q̄q̄ turbo uēti illa sit spēs: q̄ noiatur typho. ¶ Fluctusq;: inde fluor capil. murenæ quoq; q fluitēt poltæ ἀπὸ τοῦ πλέειν. latine fluctæ Varronis Macrobiiq; snia. ¶ Frāgere malū: ad frāgedā arborē nauis. ¶ Ruere antemnas. ad ruēdas antēnas. ¶ Foret præsto: præsens tulisset auxiliū. ¶ Deluctaui: pro deluctatus sum: ut Nonius interpretat. ¶ Filio dū di. q. hęc oia perpessus: ut filio comparem opes.

Sal salis q salum sali

Turbo qd sit

Sycophanta. Charmides ſenex.

HVic ego diei nomẽ trinũmo faciã, nã ego operã meã
Tribus nũmis hodie locaui ad artes nugatorias, adue
nio ex ſeleucia,
Macedõia, aſia, atq; arabia, quas ego neq; oculis, neq; pedibus
Vnq̃ uſurpaui, uiden egeſtas quid negocii dat homini
Miſero mali? qui ego nũc ſubigor triũ nummorũ cauſſa, ut has
Epiſtolas dicã ab eo hoĩe me accepiſſe, quẽ ego, q ſit hõ, neſcio
Neq; noui, neq; nat⁹ nec ne is fuerit, id ſolide ſcio. ch. pol hic q
Fũgino gñe ẽ, capite capite ſe totũ tegit, hillurica facies uř (dẽ
Hominis, eo ornatu aduenit. ſy. ille q me cõduxit, ubi cõduxit,
Adduxit domũ, quæ uoluit mihi dixit, docuit, & p̃monſtrauit
Prius quomodo, quiq; agerem, nunc adeo ſiquit ego addidero
Amplius, eo conductor melius de me nugas conciliauerit.
Vt ille me exornauit, ita ſum ornatus, argentum hoc facit.
Ipſe ornamenta a Chorago hæc ſumpſit ſuo periculo, nunc
Ego ſi potero ornamentis hominem circunducere, dabo operã
Vt me eſſe ipſum plane ſycophãtam ſentiat. ch. q̃ magis
Specto, minus placet mihi hæc hominis facies, mira ſunt
Ni illic homoſt aut dormitator, aut ſector zonarius, loca
Contemplat, circunſpectat ſeſe, atq; ædeis noſcitat, credo
Aedepol quo mox furatũ ueniat, ſpeculať loca magis, lubidoſt
Obſeruať qd agat, ei rei opã dabo. ſy. has regiões demõſtrauit
Mihi ille conductor meus, apud illas ædeis ſiſtende mihi ſunt
Sycophantiæ fores pultabo. ch. ad noſtras ædes hic quidem
Habet rectam uiam, hercle opinor mihi aduenienti hac noctu
Agitandæ ſunt uigiliæ. ſy. aperite hoc, aperite, heus ecquisi
His foribus tutelam gerit? ch. quid adoleſcens quæris? qd u s?
Quid iſtas pultas? ſy. heus ſenex cenſus coniuratori recte
Rationem dedi, Leſbonicum hic adoleſcentem quæro, in his
Regiõibus ubi habitet, & itẽ alterũ ad iſtãc capitis albitudinẽ,
Calliclen aiebat uocari, qui has mihi dedit epiſtolas.
Ch. Meum gnatũ hic quidem Leſbonicũ quærit, & amicũ meũ
Quoi ego liberoſq; bonaq; commẽdaui Calliclẽ. Sy. fac me ſi
Scis certior hiſce homines ubi abitẽt pater. ch. qd eos quæris?
Aut quis es? aut unde es? aut unde aduenis? Sy. multa ſimul
Rogitas, neſcio quid expediam potiſſumum, ſin unum quicqd
Singillatim, & placide percontabere, & meum nomen, &
Mea facta, & itinera ego faxo ſcias. ch. faciam ita, ut uis.
Agedum nomen tuum primum memora mihi. Sy. magnum
Facinus incipis ſic petere. Ch. quid ita? Sy. quia pater,
Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine, concubium
Sit noctis priuſq̃ ad poſtremum perueneris. Ch. opus.
Factoſt, & uiatico ad tuum nomen, ut tu prædicas. Sy. eſt
Minuſculum alterum, quaſi uaſculum uinarium. Ch. hic homo
Solide ſycophanta eſt, quid ais tu adoleſcens? Sy. quid eſt?
Ch. Eloquere iſti quid homines debent, quos tu quæritas?
Sy. Pater iſtius adoleſcentis dedit has duas mihi epiſtolas Leſ
Ch. Mihi eſt amicus, teneo hunc manifeſtariũ me ſibi (bonici
Epiſtolas dediſſe dicit, ludam hominem probe. Sy. ita ut

HVic ego diei: Conductus trinũmo egreditur ſycophãta: qui ipſe dat trinũmi nomẽ comœdię. Fũgino gñe: nã pileo ſe totũ tegebat. Heus ſenex cenſus cõiuratori recte rõnẽ dedi: hunc locũ ita legẽdũ eẽ autumo: heus ſenex (ego ut cõiecturæ recte rõnem dedi.) Ille ędepol ille: uult uideri nois nõ meminiſſe. Ad rhadamantẽ in cecropia inſula: tanq̃ a nugatore lepide conficta ſunt: nulla eſt inſula cecropia: ſ; eſt e. xii. ciuitatib⁹ una: ut Strabo meminit in terra attica: in quas quõdã cecrops multitudinẽ habitandas digeſſit: in ſequentibus pari: mõ nugať de arabia in ponto. Cinila gallinacea: De qua Plinius mentionẽ habet in decimo nono: & uigeſimo primo: dicitq; a noſtris cunilã uocari: a græcis autem origanum heracleoticum: de qua etiam Dioſcorides. Doriola: dicendum horiola quæ diminutiuum eſt ab horia. i. nauicula: uľ doliola: q locus in urbe erat: de quo Feſtus meminit. Anienem. Anio fluuius eſt ex alba decurrẽs in tyberim. Maſticheus: uel maſtigeus a maſtigia: qui dicitur dignus uerberibus. Argẽtum accipite macto infortunio: Sic legendũ eſt: argẽtũ accepi: te macto infortunio. Nõ interdũ: nã iterdũ. S; hercle: qui ſis lego: ſed nõ facio: q ſis. Cõcẽturiat conuocat.

SARACENVS.

Cecropia ubi locorũ

HVic ego diei. ſubornatus ſycophanta a Callicle: & megaronide cu; litteris: quaſi a charmide i charmidem incidit incognitu;: a quo aliquãdiu diſtinetur uerbis: & oblectatur: quo ad tandem ſe eluſum intelligit. Ad artes nugatorias. Ad ſycophantias conſtruendas. Aſia inquit Varro dicta a nympha: a qua & iapeto traditur prometheus. ἀνδρων ὁ ἁλικαρνασεὺς φησι του ὠκεανου γην μαντα πομφολυγην και παρθενω την εκ μεν παρθενομης σχειν ευρωπην. ἐκ δε πομφολυγης ἀσιαν και λιβυην ὁθεν ὀνομασθαι τας ἠπειρους. Fungino genere eſt. ob pilei geſtamẽ in capite fungiñ dixit. Illurica facies. Ita ueteres: nũc qa ypſilõ inter nr̃as lrãs aſciuimus dicimus illyrica. De me nugas ↄciliauerit. ob iſta nugatoria ſuã rẽ melius egerit. Ipſe ornamenta a chorago. i. eo: q diſpẽſat ſcęnaq; ornamẽta: nã: ut i captiuis diximus: p̱ter alia ſignificata: id ẽt choragus ſignificat. Suo periculo: ſubaudi ſi ammittať. Hominẽ circũducere. i. fallere: ut hæc mihi habeã ornamenta. Aut dormitator: qui gaudeat

VALLA.

Ch. At etiam male dicis? Si. imo saluos quandoquidem
Aduenis Di te perdant, si te floccifacio, an periisse prius,
Ego ob hanc operam argentum accepi te macto infortunio.
Sed herum qui sis, qui non sis floccum, nam interdum
Ibo ad illum, renunciabo, qui mihi treis nummos dedit,
Vt sciat se perdidisse, ego abeo, male uiue & uale,
Quod di te omnes aduenietem peregre perdant Charmides.
Ch. Postq̃ ille hinc abiit, post loquendi libere uidetur
Tempus uenisse, atq; occasio, iamdudum meum ille
Pectus pungit aculeus, quid illi negocii fuerit ante ædeis meas.
Nam epistola illa mihi concenturiat metum in corde,
Et illud mille nummum quam rem agat, nunq̃ ædepol
Temere, tintinabulum nisi qui illud tractat, aut mouet,
Mutũ tacet, sed quis hic est qui huc in plateã cursuram incipit.
Lubet obseruare quid agat, huc concessero.

nitiuus anienis. ¶ Depr̃sptũ cibum: ioui paratũ. ¶ Aetatẽ exegerĩ. Diu uixerim. ¶ Philippeũ. ꝑ philippeorũ: de q̃ syncopa abunde supra. ¶ Sycophãtari uolo. i. me facere sycophãtã. ¶ Mille nũmis philippeis circunducere. i. fallẽdo auferre: ut dicam?: circunduco te hac re. ¶ Si ca. res fiet. i. uitę imineąt pi̇culũ. ¶ Hic hõ ma. idest uerberalis: mastizo nanq; græce flagello significat: unde & mastix mastigis flagrũ. nam mastiche masti ches gumi est illud notũ oibus ex frutice: q plurimus in chio: & uñ magni reditus. ¶ Numeratũ in mẽsa mãu. i. qđ mihi manu sua tradidit: & in mẽsa dinumerauit. ¶ Neqcq̃ hercle es. frustra mihi fueris. ¶ Meapse. i. mea ipsius pua occasiõe. ¶ Scriptu; qdẽ: subaudi aurum. ¶ Mulctari male. i. ualde cruciari. ¶ Heo is tu es. Interiectio heo admirantis. ¶ Ipsissimus: suplatiuũ a pronomine fecit: ut in Plauto comœdia urbanissimus quoq; Aristophanes autotatos dixit: qđ ualet ipsissimus. ¶ Vapulas: pro uapulabis. ¶ Nouoꝝ ædilium. Qui ludis scenicis præerant. ¶ Periisse prius te uelim. subaudi q̃ huc adueneris. ¶ Te macto infortunio. te despicio: & contẽno ad infortuniũ usq;. ¶ Sed haud facio qui sis: qui nõ sis floccũ. i. non floccifacio. i. contẽno siue sis charmides: siue non sis. ¶ Interi ibo ad illũ: subaudi callicle. ¶ Male uiue: & uale. Nã uale tã in malã q̃ in bonã partẽ accipit. Terẽ. Valeãt qui inter nos dissidium q̃runt: ita ualetudo bona: & mala dr. ¶ Mihi cõcẽturiat metum. i. cõgregat: ac cõgerit. ¶ Nunq̃ ædepol temere tintinabulum: hoc ꝓuerbialiter dictũ est: ubi quippiã sine cã non fieri uelimus ostẽdere. ¶ Mutũ tacet. i. nunq̃ perstrepit: nisi cum attractat. ¶ Huc cõcessero: seorsum me recipiã: ut quidnã sit acturus perpendam.

Vale uerbũ medium est

ANSELMVS. Numus qd sit

